



CIV-638-~~had~~¹¹⁸



K.000015333/1

F.A. 061

U.B.

162. 10. 1. 2.

ANTONII
AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
OPERA OMNIA.

INTRODUCCIÓN
INTRODUCCIÓN
INTRODUCCIÓN
INTRODUCCIÓN

ANTONII
AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
OPERA OMNIA

Quæ multa adibita diligentia colligi potuerunt.
Volumen Tertium

QUO

DE EMENDATIONE GRATIANI LIBRI DUO

DE QUIBUSDAM VETERIBUS CANON. ECCLESIASTICORUM COLLECTORIB. JUDICUM AC CENSURA

CANONES PÆNITENTIALES CUM NOTIS

NOTÆ IN CANONES HADRIANI PAPÆ

CONSTITUTIONUM PROVINCIALIUM TARRACONENSIVM LIBRI QUINTI. ITEM DE TARRACO-
NENSIBUS PONTIFICIBUS BREVIS COMMENTARIUS

CONSTITUTIONES CONCILII PROVINCIALIS TARRACONENSIS ANNI MDLXXXIV.

CONSTITUTIONUM SYNODALIUM TARRACONENSIVM PARTES QUINTA

Continentur.



L U C Æ MDCCLXVII.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.



PLATE MDCCXAI.

THE JOSEPHI ROCCHI



JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

P R A E F A T I O.

Magnum ingenium ANTONII AUGUSTINI Tarragonensis Pontificis, ejusque incredibile optimarum artium studium, tum juris præsertim prudentiæ totiusque antiquitatis ab eo percepta doctrina in iis rebus maximè floruerunt, quæ publicam respicserent utilitatem. Nam, ut alia permulta omittam, quæ nec loci nec temporis hujus sunt, quum essent nonnulla juris civilis, & pontificii volumina vetustate temporis, & librariorum in primis inscitâ mirum in modum depravata, homini eruditissimo nihil potius fuit, quam ut illorum errores corrigeret atque emendaret. Itaque libros edidit Emendationum & Opinionum, quibus ea juris civilis volumina, quæ Digesta appellantur, emendari possent; deinde Dialogorum de Emendatione Gratiani libros duos confecit, quibus illud juris pontificii volumen, cui Decreto Gratiani nomen est, emendaretur. Probè enim vir excellenti ingenio intelligebat, quum respublica legibus regatur, omnia penitus disturbari funditusque perverti, si ipsæ sint leges erroribus imbutæ, malisque ingenii nimiam dari eâ re facultatem omnia in obliquum trahendi inquinandique. Neque verò id nunc agimus, ut de utriusque emendationis utilitate differamus: Nam & nos in prioris voluminis præfatione id persecuti sumus, & summus vir Gregorius Mayansius Siscarius Valentinus de illis plura scripsit in suo de ANTONII AUGUSTINI vitâ Commentario. At sanè eâ potissimum ratione summa laus viris doctis tribui solet, quod illorum industria magno usui reipublicæ fuerit. Nam, si verum fateri volumus, ea litterarum studia, quæ vix ad publicam utilitatem referri possunt, curiositatis habent plurimum, sapientiæ non ita multum.

Sed, ut ad institutum revertar meum, illi, de quibus dixi, DIALOGORUM DE EMENDATIONE GRATIANI LIBRI DUO priorem in hoc tertio volumine locum obtinent. Notationibus illi quidem exquisitissimis, ac doctrinâ eruditioneque insignibus aucti maximeque illustrati fuerunt primùm ab ipso eorum authore ANTONIO AUGUSTINO, tum ab eruditissimo viro Stephano Baluzio Tutelensi, denique a viro doctissimo Gerh. Mastrichtio Ubio. His enim ab ANTONIO AUGUSTINO scriptis Dialogis fuit Romæ typis editum volumen Gratiani jussu Gregorii XIII. Pontificis Maximi emendatum. Id igitur occasionem præbuit AUGUSTINO, quare suis ipse Dialogis multa adderet, ut suum de emendando Gratiano opus perfectum existeret. Præfationes quoque eorum Dialogorum sanè luculentas & Baluzius, & Mastrichtius conscripserunt. Sed suâ Mastrichtius Præfatione, qua quidem juris pontificii historiam comprehendit universam, planè confecit volumen, quod ab AUGUSTINI Dialogis sejunctum exstat, atque inscribitur *Gerh. V. Mastricht. J. C. Historia Juris Pontificii*. Ego itaque, cui constitutum certè est, reliquum nihil facere, ut ANTONII AUGUSTINI scripta illustrata quammaximè meis edantur typis, & duorum hominum litteratissimorum notationes, & Baluzii Præfationem jam typis descripseram. De Mastrichtii verò historiâ non satis mihi constabat, an locum in volumine

habere

habere deberet; propterea quod mihi videbatur non nimis ad AUGUSTINI Dialogos pertinere. Ex aliâ verò parte non satis commode Mastrichtii notationes intelligi posse videbam, nisi illius etiam historia præ oculis haberetur. Itaque cum animi eâ re penderem, viri amplissimi, neque unquam satis pro dignitate laudati Gerardi Meermani Roterodamensis accepit auctoritas, ut omni dubitatione sublatâ historiam quoque Mastrichtii huic volumini adderem. Quod ut facerem, vir præstantissimus Meermanus ex Batavis usque ad me misit ipsum Mastrichtianæ historiæ volumen, quod perratum certè est, quodque editum fuit Duisburgi ad Rhenum Sumptibus Joh. Frider. Hagenii An. MDCLXXVI. Quod eò scribo, ut omnes sciant, quanto perre vir præclarus de litteris bene mereri nunquam non studeat; cui quidem tantum ego debedo, quantum vix animo, & cogitatione comprehendere possum. Itaque quod ad hanc ANTONII AUGUSTINI de Emendatione Gratiani Dialogorum editionem attinet, primùm habetur, in ipso voluminis initio, Gerh. Mastrichtii Ubii Historia Juris Pontificii ex eo, de quo dixi, Duisburgensi exemplo exscripta; Deinde Stephani Baluzii Tutelensis Præfatio; Tum ipsi habentur Dialogi notationibus ipsius Augustini, & Baluzii, atque Mastrichtii aucti, maximeque illustrati; Ad denique habetur Liber observationum Stephani Baluzii, quæ quidem ad Gratiani emendationem pertinent, atque inscriptæ ab illo fuerunt *Notæ ad Gratianum*. Hæc omnia ego exscripti ex duobus optimis exemplaribus, quorum unum editum fuit Duisburgi ad Rhenum Sumptibus Joh. Frider. Hagenii An. MDCLXXVII. atque missum ad me liberalissime fuit ab eodem illo summo viro, de quo ante dixi, Gerardo Meermano; alterum verò Neapoli, vel, ut adscriptum in eo est, Parisis Sumptibus Joannis Gravieri An. MDCCLX. quæ quidem duo exempla simul accurate conferenda curavi; ac Baluzii & Mastrichtii notationes, quæ in illis exemplis reperiebantur in libri finem rejectæ, ego locis, quibus oportebat, subjeci. Enim verò quia nihil antiquius mihi esse debet, quam ut in volumina, quæ meis typis eduntur, nulli planè irrepant de religione errores, vel si quid minus sapienter, minusque omnino religiose dictum in illis sit, id omne animadversionibus opportunis accuratissimè purgetur, atque veritatis luce detegatur, ne nocere possit: Idcirco quum in Gerh. Mastrichtii scriptis quædam essent infane dictæ, propterea quod homo, superstitione majorum forte inductus, a verissimâ religione dissentiebat, atque in scriptis etiam Stephani Baluzii Tutelensis nonnulla essent, quæ non satis religiosè dicta viderentur; ego omnibus his animadversiones subjeci theologicas a sacerdote probatissimo, in primisque docto, ac theologiæ jurisque pontificii maxime perito comparatas. Pauca etiam ex Mastrichtii Historiâ rejectimus, quæ iniquo prorsus, infestoque animo scripta nos nullo modo ferenda duximus. Ea obtinebant Capitis CCCLXXXVI. postremam partem, tum totum Caput CCCLXXXVII. atque Epilogi partem priorem. Nihil plane erat in illis, quod ad Historiam ac eruditionem verè spectaret: Sed ut plurimum maledicta asperè & ferociter in pontificium jus coniiciebantur, eaque ab Calvinianis sæpius Scriptoribus, quorum verba Mastrichtius referebat: quod quidem a doctorum hominum prudentiâ longè alienum (ut levissimè dicam) nemo non putarit. Quod reliquum est, ad hunc fortasse locum pertinere etiam poterat ea ANTONII AUGUSTINI luculenta plane epistola, quam ad Gregorium Decimumtertium Pontificem Maximum scriptit Herda Idib. April. An. MDLXXIII. Nam quum sapientissimus ille Pontifex de Gratiani Emendatione toto, ut dicitur, pectore cogitaret, litteras ad AUGUSTINUM dedit; quibus petebat, uti sibi libros quosdam mitteret, qui multum ponderis in eo emendando volumine habituri essent. Verum ea epistola aptiorem habebit locum inter reli-

quas

quas ANTONII AUGUSTINI epistolas, quæ quidem apud me quamplurimæ exstant.

Post Gratiani emendationem habetur ANTONII AUGUSTINI DE QUIBUSDAM VETERIBUS CANONUM ECCLESIASTICORUM COLLECTORIBUS JUDICIUM AC CENSURA. Opus hoc non fuit ab ipso AUGUSTINO typis editum. Itaque cum Romæ Epitome Juris Pontificii fuit typis descripta, in illud volumen libellus injectus est, cui quidem Libello AUGUSTINUS extremam manum haud addiderat; quinimò quamplurima in eo vacua spātia reliquerat, quæ quidem complevit illius ex Fr. Nepos Antonius Augustinus Jesuita. Nos itaque ea omnia, quæ Augustino Nepoti debentur, eo typorum genere descripsimus, quod hominis scripturam imitatur * maximè; atque ad ea, quæ ex aliis scriptoribus AUGUSTINUS refert, notam „ in margine apposuimus. Est vero hic liber idem ille, qui in Bibliotheca Vaticana asservatur una cum alio quodam ANTONII AUGUSTINI opusculo, quo continetur perbrevis Conciliorum historia, quodque longissimè abest, ut perfectum absolutumque dici possit, ac propterea nunquam fuit typis editum: Atque volumen, quod continet hæc duo opuscula, ita inscriptum reperitur: *Observationes de Synodis & Collectoribus Canonum*. Sed de his satis differuit eruditissimus Mayansius in sua * Historiâ.

Tum sequuntur CANONES PENITENTIALES CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS; Cui quidem libro adjecta etiam ab ipso AUGUSTINO Præfatio est splendida sane, multaque eruditio conferta, qua de remediis peccatorum ac satisfactiōne abunde docteque differit, atque universam illius rei historiam accuratè, neque ineleganter exponit. Notationes quoque, quibus totum opus AUGUSTINUS persecutus est, mirificam hominis eruditionem planè declarant; eaque, cum libri finem antè tenerent, à me singulis paginis aptatae fuerunt. Hunc verò librum ego exscripti ex exemplo edito Venetiis Ann. MDLXXXIV. *

Postea descripsimus HADRIANI PAPÆ CAPITULA INGILRAMNO EPISCOPO TRADITÀ &c. CUM ANTONII AUGUSTINI NOTIS. Hæc Hadriani Decreta ab AUGUSTINO notationibus illustrata LXXII. numero esse reperiuntur. Ab Jacobo Sirmondo illa ipsa LXXX. numero edita fuerunt. Verumtamen inter utrumque id unum differt, quod quædam ex iis, quæ apud Sirmondum duo vel tria efficiunt Decreta, apud AUGUSTINUM unicà scripturâ, unicoque Decreto continentur. Nos itaque ANTONII AUGUSTINI divisionem sequuti sumus. At, ne quid diligenteremus, Sirmondi etiam divisionem in margine indicavimus, & inscriptiones quoque intus cum hac notâ * apposuimus. Atque item in margine Regum ostendimus Decreta. Cæterum AUGUSTINI notationes longe maximam libri partem conficiunt, eximiamque eruditionem atque vetustatis notitiam continent. Eas etiam ab extremis libri paginis, quas antè occupaverant, nos ad singulas revocavimus. Sane hic Liber est idem cum eo, de quo Martinus Baillus, Andreas Schottus, & Henricus Brencmannus memoria prodiderunt, quod inscriberetur *Ad Hadrianum Liber Singularis*.

Hæc Hadriani Pontificis Maximi Decreta consequuntur CONSTITUTIONUM PROVINCIALIUM TARRACONENSIVM LIBRI QUINTI AB ANTONIO AUGUSTINO EMENDATI ET AUCTI; Ejusdemque DE TARRACONENSIBUS PONTIFICIBUS BREVIS COMMENTARIUS.

Tum CONSTITUTIONES CONCILIi PROVINCIALIS TARRACONENSIS EDITÆ MENS. NOVEMBR. ET DECEMBR. ANNI MDLXXXIV.

Ac denique CONSTITUTIONUM SYNODALIUM TARRACONENSIVM PARTES QUINTAE.

Tria hæc opuscula plurimi fane facienda sunt ab iis præsertim omnibus, qui sacris præfunt. Habentur enim in illis omnia, quæ ad religionem resque sacras pertinent: atque, quod

raro

* Typis
cursoriis.

* Pag.
LXII. §.
Parvus eit
¶. pag.
XCIV. §.
Juris ponti-
ficini ¶. &
pag. CIII.
§. In ipsius
¶.

* In quarto.

raro fieri videmus, omnia in illis cum dignitate, nec sine elegantiâ explicata sunt. Piores illi Libri Quinque fuerant jam antè sub Hieronymo Auria Cardinale ac Tarracensi Pontifice digesti & editi. Eos AUGUSTINUS cum tabulis veteribus contulit emendavitque, ac novis decretis, tum suo de Pontificibus Tarraconensibus Commentario magnopere auxit: Atque ita auctos curavit edendos Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXX.

Deinde quum Provinciae Conventum Tarracone habuisset Mens. Novembr. & Decembr. An. MDLXXXIV. Decreta, quæ in eo Conventu, se præside & auctore, facta fuerant, in ordinem redigenda atque edenda curavit Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXV.

At quoniam Dioecesis quoque Tarraconensis sua habebat Decreta, a Provinciae Decretis sejuncta, atque magnâ ex parte ipso auctore AUGUSTINO confecta; hæc etiam in ordinem collocavit ediditque Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXI.

Itaque hæc omnia Philippi Mey typis edita Tarracone fuerunt. Exempla rarissima quidem sunt. Ea ad me liberalitate, ac benignitate insigni misit summus vir Gregorius Mayan-sius Valentinius, cuius maxima in me beneficia nec silentio prætermitti ullâ ratione possunt, nec oratione satis declarari. Nam, ut de ceteris taceam, misit ad me vir eximus omnia, quæ, diù multumque conquisita, apud illum erant, ANTONII AUGUSTINI scripta rarissima partim typis edita, partim manu exarata: adeout affirmare non dubitem, meam hanc editionem expletam, absolutam, perfectam omnino fore.

Voluminis finem facit plenissimus Index rerum & verborum, quæ in toto volume notari debeant, a me qua potui maximâ diligentia comparatus.



Sum-

Summaria Tractationis

GERHARDI VON MASTRICKT.

- 1 **O**rigo, & causa Conciliorum.
 2 Concilia primis seculis rara.
 3 Concilii decretum canon dicebatur, & quare.
 4 Origo vocis canonis.
 5 Variae significaciones vocis canonis.
 6 Prima.
 7 Secunda.
 8 Tertia.
 9 Quarta.
 10 Quinta.
 11 Examinatae ha significaciones.
 12 Unde proprie constitutiones ecclesiasticae canones dicta.
 13 Diversa canonum efficacia.
 14 Antiquis magis canonis, quam juris nomen placuit, quod postea successit.
 15 Differentia seu species canonum.
 16 Δογματα & decreta que.
 17 Novella 131. explicata.
 18 Differentia inter δογματα & canones non est perpetua.
 19 Paucitas canonum primis seculis, quia pauca concilia habita.
 20 Concilium Hierosolymitanum.
 21 Concilium Romanum contra Novatum.
 22 Primi Canones Codicis canonum, in synodo Antyrana scripti, quando haec habita, & quot ejus Canones.
 23 Secundi in Neocesariensi, ejusque tempus & numerus canonum.
 24 Laodicena synodus, ejusque tempus, & numerus canonum.
 25 Gangrense concilium, ejusque canones.
 26 Nicena synodus prima & Oecumenica, ejusque canonum numerus.
 27 Cur Niceni canones in codices canonum Catholice Ecclesie, primo loco positi.
 28 Quando cœperint colligi canones.
 29 Concilium Constantinopolitanum primum, Oecumenicum secundum, & ejus canonum numerus.
 30 Ephesina synodus Oecumenica tertia, & numerus canonum.
 31 Concilii Chalcedonensis Oecumenici quarti canonum XXIX. claudunt codicem, canonum Ecclesie universae.
 32 Canones conciliorum antiquiores, sed non relativi in codicem canonum; velut concilii Eliberini.
 33 Canones penitentiales Petri Alexandrini Episcopi.
 34 Quæ initia, habuerit codex canonum.
 35 Qui canones cum Nicenis recepti.
 36 Quot canones in principio habuerit codex canonum.
 37 Quot postea accreverint.
 38 Ecclesia post tempora Nicenæ concilii scriptura & canonibus cœpit regi.
 39 Codices duo, scripture, & canonum, in conciliis propositi.
 40 Testimonia de codice S. Scriptura.
 41 Item de codice canonum.
 42 Adserita collectio canonum post concilium Nicenum.
 43 Nomina hujus collectionis, corpus canonum.
 44 Codex canonum.
 45 Testimonia antiqua de codice canonum.
 46 Editio hujus Codicis, & error Justelli.
 47 Vocatur corpus canonum, & corpus codicis canonum, liber canonum, Patrum canones &c.
 48 Causa cur canones in corpus congregati.
 49 Canones in diptyca Ecclesiastica relati.
 50 Quid in novella 115. verbum περπτυασται significet.
- 51 Confirmatur in concilio Chalcedonensi, & a Justiniano Imperatore.
 52 Codex canonum est pars juris civilis.
 53 Novella 131. explicata.
 54 Quid additum post Justiniani tempora.
 55 Iterum confirmatus a concilio Niceno secundo.
 56 Ab hoc Codice jus Canonicum habet originem.
 57 Collectionis canonum studium ex Oriente progressum in Occidentem, & Africam.
 58 Occidens quando cœperit uti canonibus.
 59 Prima collectio materiam dedit sequentibus.
 60 Nullum habuit certum auctorem.
 61 Accepit postea nomen etiam ab iis, qui sequentium synodorum canones addiderunt, ut patet exemplo Stephani Episcopi Ephesini.
 62 Duo Errores Hear. Justelli filii.
 63 Codex Ecclesie universae, a posteriori codice Ecclesie Orientalis distinctus.
 64 Refutatus Perroni error.
 65 Adseritus titulus Codicis Ecclesie Catholice, seu universae.
 66 Regressus ad Ecclesiam Romanam, quæ non diu usus solis canonibus Nicenis.
 67 Id probatum, spuria seu fraudolenta collectione Zosimi Pape.
 68 Origo erroris LXXX. canonum concilii Nicenæ.
 69 Verus numerus canonum Nicenorum adseritus.
 70 Probata iterum versio antiqua Latina Codicis canonum.
 71 Ipsa versio antiqua edita a Justello.
 72 Quandiu usus sit Romana Ecclesia antiqua versione.
 73 Quis fuerit Dionysius Exiguus; & quæ ille Codici in sua versione addiderit.
 74 Quid differat Codex Dionysii Exigui, a Codice Romane Ecclesie.
 75 Dionysius primus collector Decretalium.
 76 Decretales incipiunt a Siricio.
 77 Differentia inter codicem Dionysii Exigui, & Ecclesie Universae in dinumeratione canonum.
 78 Dionysii collectio, & versio statim Rome recepta.
 79 Convenientia & dissensus codicis Romani cum ordine memorato Leonis Pape.
 80 Aliæ Ecclesie Occidentis præter Romanam; habuerunt quoque olim Codicem canonum, habuit Gallia.
 81 Cujus versionis disquisitum.
 82 Duplex Codex Ecclesie Gallicæ.
 83 Quomodo creverit codex Gallicus ex conciliis Africani.
 84 Ex decretalibus.
 85 Quæ Decretales in Codicem Gallicum recepta.
 86 Codex canonum in Hispania receptus.
 87 Duplex ille Ecclesie universæ.
 88 Et alter specialis conciliorum Hispanie.
 89 Codex Ecclesie Britannicæ.
 90 Specimen codicis Britannici.
 91 De Auctore hujus codicis disquisitum, ubi negotiatur esse eum Theodorum Archiepiscopum.
 92 Adseritur eum esse codicem Ecclesie Romane.
 93 Probatur neque esse ab eo collectum.
 94 Germani quem codicem, quam canonum collectionem habuerint.
 95 Africa duplēm habuit codicem.
 96 Ecclesia universæ.
 97 Et specialem Africanorum conciliorum.
 98 Num privata auctoritate, an vero publica sit collectus ille codex Africanus.
 99 Scriptus primum Latine, postea in Græcum versus.
 100 Inseritur codici Ecclesie Orientalis.

Tom. III.

X

- 101 Receptus quoque in codicem Romana Ecclesiae.
 102 Ordo ejus.
 103 Editiones.
 104 Auctoritas codicis canonum Ecclesiae universae.
 105 Objectio de constitutionibus & canonibus Apostolicis.
 106 Constitutiones Apostolicae examinate, & ydētas accusate.
 107 Quis fuerit ille Clemens Romanus, quibus adsinguntur constitutiones Apostolicae.
 108 Quae ejus scripta supposita, & genuina.
 109 Varia judicia de constitutionibus Apostolicis.
 110 Probantum.
 111 Improbantium.
 112 Antiquorum judicia Latinorum.
 113 Ätiopum.
 114 Græcorum.
 115 Rationes quare pro spuriis habendæ constitutiones Pseudapostolice.
 116 Non sunt scriptæ a Clemente.
 117 Non noto patribus virum primorum seculorum.
 118 Vix note Latinis usque ad Bovii editionem.
 119 Conjectura de tempore scriptioris & suppositionis.
 120 Unde hauſte.
 121 Cardinalis Bonæ judicium rejectum de constitut. Pseudapostolicis.
 122 Canones Apostolorum pars constitutionum Pseudapostolicarum sunt, juxta quosdam.
 123 Verius autem & probabilius videtur, Impostorem hos canones sus farragini inseruisse.
 124 Sententia Doctorum de canonibus dictis Apostoli.
 125 De scriptore eorum.
 126 Græcorum sententia.
 127 Novella 6. Just. explicata de canonibus Apost.
 128 Canones Apostolici pars corporis juris.
 129 Latinorum sententia de canonibus Apostolicis.
 130 Auctoritas apud Latinos non eadem que apud Græcos.
 131 Causæ quare propugnant posteriores Pontificiū constitutiones & canones Apostolicos.
 132 Auctoritas & argumenta pro canonibus Pseudapostolicis examinata.
 133 Quinquaginta priores canones examinati.
 134 Origo, auctor & tempus suppositionis horum canonum.
 135 De numero canonum Apostolorum error Lambert. Gruteri notatus.
 136 Alii canones Apostolici Antiocheni spuri & ficti.
 137 Methodus & modus diversus colligendi & dirigendi canones.
 138 Primus.
 139 Corporis & codicis differentia Capelli.
 140 Rejecta.
 141 Anoludia nayōw quæ.
 142 Ταξις τῶν νανόνων.
 143 Secundus modus collectionis.
 144 Editiones conciliorum.
 145 Tertius modus colligendi & dirigendi.
 146 Duplex.
 147 Breviatio canonum & breviarium canonum quid.
 148 Concordia canonum quæ.
 149 Quarta dirigendi ratio.
 150 Nomocanon quis dictus.
 151 Quintus colligendi modus.
 152 Aliae collectionum differentiae.
 153 Digestiones post codicem canonum Ecclesiae Universæ.
 154 Dionyſii Exigui due collectiones.
 155 Fulgentii Ferardi collectio.
 156 Quis fuerit quando vixerit.
 157 Quando desierit vivere.
 158 Scripta ejus.
 159 Breviatio canonum.
 160 Errores Baronii.
 161 Convenientia & differentia Ferrandi & Cresconii.
 162 Joannis Antiocheni Presbyteri collectiones.
 163 Quare Scholasticus vocatus.
 164 Fuit Presbyter & Apocrisiarius; & quale hoc officium.
 165 Postea Patriarcha Constantinopolitanus factus est.
 166 Scripta ejus collectione.
 167 Συντάχση οὐκόνων.
 168 Nouonavon.
 169 Theodoreto quidam collectionem hanc adseribunt.
 170 Auctoritas collectionum Johan. Scholastici.
 171 Marinus Bracharenſis, eodem tempore in Hispania collectionem aut versionem novam fecit.
 172 Scripta ejus.
 173 Collectio canonum ejus.
 174 Quando facta.
 175 Quare suam collectionem fecerit Martinus.
 176 Unde hauserit.
 177 Quomodo diviserit.
 178 Editionum diversitas.
 179 Canones Apostolici Martino Ignati, error Divitii cavendus.
 180 Martini hac collectio per errorem, pro Martini Pace canonibus habita.
 181 Progressus ad Cresconium, quis ille.
 182 Scripta ejus historica.
 183 Canonica.
 184 Disquisitio de opere Cresconii accuratior.
 185 Initium Concordie canonum Cresconii, ab alie- na manu additum.
 186 Editiones variae.
 187 Cresconius primus decretales Epistolas Pontificum Romanorum inter canones locavit.
 188 Codex Ecclesiæ Orientalis.
 189 Quid additum sit Codici Ecclesiæ Orientalis, quod in codice Ecclesiæ universæ non continetur.
 190 In codicem canonum Ecclesiæ Orientalis, pri- mum recepte sententia Patrum,
 191 Hadriani Pace collectio.
 192 Caroli Magni Leges Ecclesiastice.
 193 Ansegisi Abbatis collectio capitularis Caroli Ma- gni & Ludovici Pii.
 194 Auctoritas, vita, & obitus.
 195 Collectio Benedicti Levite.
 196 Prefatio ejus collectioni premissa.
 197 Lotharii nomen quomodo in prefationem Ansegisi irreperitur, conjectura Pithei.
 198 Quid contineat collectio Benedicti Levite.
 199 Libri posteriores diversos collectores habuisse vi- dentur.
 200 Unde hauſti & collecti libri posteriores.
 201 Benedictus Levita quis fuerit.
 202 Fautor Pontificis Rom. fuit.
 203 Conjunctio collectionis Ansegisi & Benedicti Levite.
 204 Collectiones he confuse factæ & nullo ordine.
 205 Auctoritas capitularium.
 206 De integritate capitularium.
 207 Quis capitularia primus ediderit.
 208 Ludovici Pii liber, qui Reformatio abusuum cleri inscribitur.
 209 Caroli Calvi Capitulare.
 210 Sirmondi editio capitularis Caroli Calvi.
 211 Aliorum sequentium Regum Gallie capitula.
 212 Ex quibus libris collecta & edita sunt.
 213 Differentia inter capitularia Caroli Magni & Ludovici Imp. & Caroli Calvi.
 214 Quare capitularia & capitula vocentur.
 215 Κεφαλαια.

- 216 Capitulare Gregorii secundi Pape.
 217 Benedictus capitula Caroli collegit in *instinctus* Otgari.
 218 Antiqua capitularia M. S. carent titulo, & unde titulus hodiernus.
 219 Baronius capitularia consensu & auctoritate Pontificum prodidisse multis conatur afferere.
 220 Isidori Mercatoris collectio.
 221 Elogium e Blondello.
 222 Quid supposuerit.
 223 Quibus supposuerit *Decretales* Isidorus.
 224 Isidorus Hispanensis, ut a quibusdam dicitur, non est auctor hujus suppositionis.
 225 Vocatur hic Isidorus Pecator vel Mercator in aliquibus libris.
 226 Cujus fuerit suppositor ille.
 227 Benedictus Levita suspectus de suppositis vel collectis epistolis.
 228 Argumenta contra Epistolas, easque suppositas evincientia.
 229 Testes Isidori Mercatoris collectionem suspectam habentes, reiicientes & damnantes.
 230 Quid Pseudo-Isidori collectio continet.
 231 Auctoritas hujus collectionis.
 232 Qua versione usus sit Isidorus in sua collectione.
 233 Scopus collectionis Pseudo-Isidoriana & defensionis Turrianicae.
 234 Defensio Turriani qualis.
 235 Auctores a Turriano M. S. non extantes citati.
 236 De Turriano elogia, & ejus errores historici.
 237 Quenam auctoritas Isidoriana collectioni defenda.
 238 Photius.
 239 Scripta ejus.
 240 Nomocanon.
 241 Ex quibus Conciliorum & Patrum canonibus compilatus sit.
 242 Quando compilatus.
 243 Ejus diverse interpretationes.
 244 Argylei veri melior.
 245 Nova editio, qua exstat in bibliotheca juris canonici veteris commendata.
 246 Codicis Dionysii Exigui accessiones, utque ad Leonem IV. Papam.
 247 Progressus ad seculum XI.
 248 Burchardus Wormatiensis.
 249 Ad utilitatem sue Ecclesie colligit decretorum lib. XX.
 250 Fontes & Materia hujus collectionis.
 251 Summa librorum viginti Burchardi.
 252 Ubi & quibus auxiliis decretorum libros compilarerit.
 253 Nomen Operis.
 254 Quid de hac collectione habendum.
 255 Potentia Romana ad summum culmen seculo XI. surrexit.
 256 Gregorius VII. alias Hildebrandus potentiae Papalis stabilitor.
 257 Ejus DICTATUS.
 258 Quare DICTATUS vocati.
 259 Ex dictatibus hisce crevit jus canonicum, & nomen adsumpsit juris.
 260 Anselmus Lucensis quo tempore vixerit.
 261 Scripta ejus.
 262 Ejus Collectio canonum.
 263 Ivo Carnotensis.
 264 Ejus scripta.
 265 Canonum collectiones ejus nomen referentes.
 266 Decretum.
 267 Pannomia.
 268 Error Contii duplex.
 269 Hugo Catalanus auctor Pannomiae.
 270 Compendia Burchardi & Ieronimi, tantum in usu.
- 271 Editiones Decreti Pannomiae & operum Ieronimi.
 272 Isidori Mercatoris spurias decretales in opus suum adsumpsit.
 273 Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & aliud scriptum de privilegiis Romane sedis.
 274 Gregorii Presbyteri collectio, quae Polycarpus dicitur.
 275 Bernardus Papiensis, & auctor libri Populei.
 276 Seculo XII. inter Grecos & Latinos feruit studium canonicum.
 277 Jo. Zenaras.
 278 Drungarius Magnus fuit & quis ille.
 279 Monachus factus scripsit historiam.
 280 Et ad Photii Nomocanone item canones conciliorum.
 281 Alexius Aristinus.
 282 Ejus & oīis seu Epitome canonum.
 283 Constantinus Harmenopulus.
 284 Quid fuerit.
 285 Quo tempore vixerit.
 286 Quid scripsiterit.
 287 Epitome canonum.
 288 Matthaeus Blaftares.
 289 Scripta.
 290 Simeon magister, & logotheta.
 291 Quis magister.
 292 Logotheta quis.
 293 Simeonis Epitome canonum.
 294 Gratianus.
 295 Quis fuerit.
 296 Natales ejus.
 297 Professio.
 298 Tempus quo vixit.
 299 Ubi vixerit, & canones collegerit.
 300 Volumen decretorum.
 301 Eugenio oblatum.
 302 Ejus auctoritas.
 303 Bacillarii & Bacalaurei unde dicti.
 304 Tempus collectionis.
 305 Titulus operis.
 306 Ratio ejus.
 307 Quid eum ad colligendos canones impulerit.
 308 An pro lege aut canone valeat decretorum volumen.
 309 Varia sententie hac de re.
 310 Fentes Decretorum.
 311 Conciliorum canones cuius auctoritatis sint.
 312 Et Epistole decretales.
 313 Item Gratiani dicta cuius auct.
 314 Palea unde dicta.
 315 Cujus sint auctoritatis.
 316 Legum auctoritas in decreto.
 317 Pseudepigrapha supposita & confusa, que in decretem retulerit Gratianus, nullius sunt auctoritatis.
 318 Judicia de Gratiano.
 319 Non omnino reiiciendum opus Gratiani, ejus uetus indicatur contra Pontificios.
 320 Operis Gratiani consideratio ejusque partes.
 321 Doubtant quidam, an de penitentia & confessione sint tractatus Gratiani.
 322 Adseruntur Gratiano.
 323 Allegationes seu citationes Decreti.
 324 Notæ emendatorum, & rejectiones ad auctores: item, partes Gratiani.
 325 Numeri & summaria capitum unde.
 326 Inscriptiones distinctionum & questionum.
 327 Quid vos SUPRA quid EXTRA in allegationibus significet.
 328 Gratiani facta & obitus latent.
 329 Epitaphium.
 330 Cardinalem facit Albericus.
 331 Omnibus Magister Compilator Concordantie discordantium canonum, ejusque opus Oninibonum.

- 332 *Judicium Chiffletii de Cardinalitia dignitate Gratiani.*
 333 *Verior titulus Magistri; qui tum Doctoribus datur.*
 334 *Glossatores Decreti.*
 335 *Glossographi unde. Glossa quid.*
 336 *Decretalium collectiones.*
 337 *Decretates quid, eorum origo & progressus.*
 338 *Prima collectio Decretalium Bernardi Circæ.*
 339 *Theodorus Balsamon.*
 340 *Quis fuerit.*
 341 *Nomophylax & Chartophylax quis.*
 342 *Primus Blachernorum.*
 343 *Balsamo Patriarcha Antiochiae.*
 344 *Scripta ejus.*
 345 *Editiones & interpres Balsamonis.*
 346 *Sæculum XIII. Collectio Decretalium secunda.*
 347 *Gilbertus & Alanus.*
 348 *Jo. Gallensis vel Vallenensis.*
 349 *Tertia Decretalium Collectio Bernardi Compostellani.*
 350 *Petri Beneventani, seu Innocentii III. collectio.*
 351 *Quarta collectio Innocentii III.*
 352 *Quinta collectio Tancredi Bononiensis.*
 353 *Sexta collectio Gregorii noni, facta per Raymundum de Pennaforti.*
 354 *Utilitas priorum collectionum.*
 355 *Raymundus quis fuerit & ejus vita, scripta & series decretalium.*
 356 *Glossographi hujus compilationis.*
 357 *Bernardus Bottonus Parmensis.*
 358 *Boatin Mantuan.*
 359 *Frater Jacobus Canonic. S. Joannis in Monte.*
 360 *Damasius.*
 361 *Druzianus, Guandulfus.*
 362 *Petrus Mandecator.*
 363 *Capellani Sunni Pontificis qui dicuntur.*
 364 *Censorum Romanorum labor in hac Collectione.*
 365 *Arsenius Monachus, & Patriarcha collegit synopsim Canonum, seu Nomocanonum.*
 366 *Bonifacii octavi compilatio.*
 367 *Liber sextus Decretalium vocatur.*
 368 *Qualis fuerit.*
 369 *Inimicitie cum Rege Galliarum Philippe.*
 370 *Ob eas liber sextus in Gallia non est receptus.*
 371 *Sæculo XIV. Clemens V. Clementinas collegit.*
 372 *Joannis XXII. Extravagantes.*
 373 *Regule Cancellarie auctorem habent Joannem XXII.*
 374 *Joann. XXII. multa pro sede Romana invenit, nempe Reg. Cancell.*
 375 *Reservations ac taxas beneficiorum.*
 376 *Annatas revocavit.*
 377 *Divitias in gentes reliquit.*
 378 *Cupidi fuit animi & audacissimi.*
 379 *Rotam ordinavit.*
 380 *Fuit Curiosus.*
 381 *Quid sint regule Cancellarie & cujus sint auctoritatis.*
 382 *Constitutiones Marchie Anconitane.*
 383 *Sæculo XV. Extravagantes communes prodierunt.*
 384 *Corpus Juris Canonici comparatum cum Corpore Juris Civilis.*
 385 *Cause incrementorum juris Canonici.*
 386 *Auctoritas juris Pontificis.*
 387 *Quenam Doctorum Virorum judicia de jure Canonico.*
 388 *Sæculum XVI. Institutiones Pauli Lancelotti.*
 389 *M. Antonii Cucchi Institutiones Juris Canonici.*
 390 *Pius IV. Pontifex vulgat concil. Tridentinum.*
 391 *Eligit Roma Cardinales, & Doctos Viros ad emendationem Gratiani.*
 392 *Pius Quintus aliquot addit.*
 393 *Gregorius tertius vulgat Decretum emendatum.*
 394 *Decretales etiam emendatae, & restituta.*
 395 *Ex collectionibus anterioribus.*
 396 *Et regestis vel registris Pontificum, & quid illa.*
 397 *Originale quid.*
 398 *Bullaria.*
 399 *Cherubini.*
 400 *Quarante.*
 401 *Prosperi de Augustino.*
 402 *Bulle quid.*
 403 *Commonitoria que.*
 404 *Ex commonitorib[us] Pontificum canones excerpti.*
 405 *Professiones fidei Pontificum Romanorum.*
 406 *Enimundi Bonifidii digestio juris Orientalis.*
 407 *Septimus decretalium liber a Petro Matthæi collectus.*
 408 *Jo. Leunclavii jus Greco-Romanum.*
 409 *Incerte collectiones.*
 410 *Leonis primi.*
 411 *Alterius, cuius meminit Jo. Scolasticus.*
 412 *Tertia, quarta, & quinta.*
 413 *Septima manuscripta in Bibliotheca Auctoris.*
 414 *Sæculum decimum septimum.*
 415 *Christopherus Justellus.*
 416 *Henricus Justellus & Guillelmus Voellus.*
 417 *Laurentii Bochelli Decreta Ecclesiæ Gallicane.*
 418 *Operis epilogus.*



GERHARDI VON MASTRICHT
JURIS CONSULTI ET ANTECESSORIS
HISTORIA JURIS ECCLESIASTICI
ET PONTIFICII
 S E U

*De Ortu, Progressu, Incrementis, Collectionibus,
 Auctoribusque Juris Ecclesiastici, & Pontificii*

T R A C T A T I O .

Servator noster Jesus Christus perfecto negotio redemptionis nostræ, in cælum, Ecclesiæ suæ supremus Rex, abiturus, Apostolos suos, quos vivus elegerat, ad colligendam Ecclesiam Christi, nam per universum orbem, cum potestate docendi & scribendi misit. Hi fidei nostræ principia modumque cultus, novo foederi congruum, cum fideliter tradidissent, & sanguine doctas veritates plerique obsignantes, ad Patriam cælestem ὄμιαν illam ἀχειροποίητον, αὐτὸν εὐ τοῖς ὑψηλοῖς, ad cuius spem & præmium fideles erudierant, abiissent; non diu populus Christianus in dogmatibus fidei, aut disciplina morum & ritibus ecclesiasticis [quorum magnam partem liberæ cujusque Ecclesiæ determinationi, observata tantum ordinis decentia, reliquerant Apostoli] concors fuit; sed in primordiis fere vel astutia Sathanæ, summi concordiæ, & veritatis ecclesiasticae osoris; vel humani ingenii superbia, inquietudine, mutabilitate, rerumque novarum studio & pruritu, in fide, moribus & ceremoniis ecclesiasticis, a prima simplicitate & veritate, ad superstitionem (ad quam, utpote propria figmenta, indoles humana propender), & exitialia dogmata multi deflexerunt: neque deflexisse satis erat, aut invenisse errores, debuerunt etiam defendi, & propagari tanquam salutaria inventa. Quibus hominibus & dogmatibus perditis, cum ii, quibus reipublicæ Ecclesiasticae cura mandata erat, se opponerent, necesse aliquando fuit conavocare Presbyteros, seu Episcopos [ejusdem enim officii utrumque nomen primis Christianismi primordiis fuit] Doctores, aliaque ecclesiæ membra illustriora & in rebus fidei versatoria; idque vel unius aliquando urbis seu collegi, vel diversarum, aut aliquando etiam, si negotii pondus id exigeret, latiusque exitiale dogma serperet, omnium quantum possibile erat, per totum Christianum Orbem Ecclesiarum, ut illi unanimi sententia, invocato Spiritu sancti auxilio, de dogmate disquererent, probarent vel improbarent, & quid imposterum observandum esset, decernerent. In his imitati Apostolos, qui primum istiusmodi conventum Hierosolymæ instituerunt, cum quidam in re Christiana nondum satis eruditæ, συμβίβονται Judaici & Christiani cultus urgerent. Hæc initia & causæ conciliorum & synodorum fuerunt, quæ primis tribus Christianismi sæculis purioribus, & a superstitione magis alienis rarissima fuerunt, quarto & quinto invalescere, & sequentibus in consuetudinem abire coepérunt. Quidquid in his a Patribus decernebatur, illud canonis nomen accepit, quod regulam & normam præscriberet credendi & vivendi; Apposite Socrates lib. 1. cap. Hist. Eccles. Tότε, οἱ δὲ τῇ τυνόδῳ ἐπίσκοποι καὶ ἄλλα, ποντικοὶ ἐγγράφονται, ἡ πανόντας ὄντος ἐπίθεσιν, αὐτοῖς κατὰ πόλιν ἐπιτῶν ἐχώρησαν. Et Sozomenus Hist. Eccles. lib. 1. cap. 22. οὐ δὲ συνόδῳ ἐπανορθώσαι τὸ βίον, σπάδεξτα πῶν περὶ τοὺς εὐηληπτούς διατελέσθωτον, ἔθετο νόμους, ἃς πανόντας ὄντος ἐπίθεσιν. Concilium vero ad mores eorum, qui in Ecclesiis etatem degunt, rite instruendos omni cura & cogitatione incumbens, leges, quas vocant, canones sancivit. Mutuo sumpto nomine a scripturis sacris, iisque canonicis, ideo sic dictis, quia suprema Lex credendi & vivendi in iis tradebatur; ad quas tamen etiam translata est vox primum ab artificibus mechanicis, qui ad canonem exigebant, an quid rectum esset; apposite Ἀschines. Ὅπερ ἐν τῷ πεπτωτικῷ, ὅταν εἰδένει τὸ ὄρθον καὶ τὸ μή, πανόντα προσφέρομεν. Ab his postea omnes cæteræ significations sumptæ, & per metaphoram vox translata est ad leges, quibus quod rectum præscriptum; item ad scientias, in quibus regulæ, seu canones inventi & traditi, ad quos restitudo scientiarum examinanda erat, docente id eleganter Porphyrio in Harmonicis, ex Ptolemaide Cyrenaica clarissima foemina, de scientia canonica, quæ postea Harmonica dicta est, a qua ad alias scientias hæc transversi possunt; verba Ptolemaidis hæc refert Porphyrius. Ήγεναντικὴ πραγματεία κατὰ πίνας μᾶλλον ἐστὶ παθόλος; κατὰ τὸς Πυθαγορικὸς. Ήγεναντικὴ Αρμονικὴ λέγομεν, ἐπεινοὶ Κανονικὴ ἀνόμαλον. Από πυθαγορικῶν αὐτὴν λέγομεν; Οὐχ' ὡς ἔνοιαι νομίζονται, απὸ τῆς πανόντος ὄργανης παρονομασθεῖσαν, αλλ' απὸ τῆς Αὐτοτοπίας, οἷς διὰ ταῦτα τῆς πραγματείας τὸ ὄρθον τὸ πόντον ἐνρόπτητο. Latine sic verti possunt: Canonicum vero studium, juxta quos est generalius? Juxta Pythagoricos. Quam enim nos nunc vocamus Harmonicam, illi appellabant Canonicam. Sed cur illam Canonicam vocamus? Non ut censem quidam a Canone instrumento, sed a rectitudine. Quoniam ratio invenit id, quod rectum est, quando uititur regulis seu canonibus harmonicis. Hic canon num a Πτολεμαῖος ducatur, ut Stephanus notat, quod septuaginta Interpretes καλλιμονοὶ reddunt, unde & Canna, videtur esse, quod antiquitus ea recti esset mensura; an rectius per Metathesin ab :γνωμ. quod canonem seu perpendicularum notat; ut ex Beckmanni originibus, hoc cum multis aliis notat Clarissimus Vossius, aliis dispiciendum relinquimus. Neque etiam nunc evagandum in disquisitione variarum significationum huius vocis, abunde id viri Doctissimi fecerunt, & maxime de lingua Graeca bene meritus Henr. Stephanus in The-

1 Origō, &
causa concilio-
rum.

2 Concilia
primis sæculis
rara.

3 Concilii
decretum ca-
non dicebatur,
& quare.

4 Origō vo-
cis canonis

5 Varie si-
gnificationes
vocis canonis.

6 Prima

in Thesauro; nobis tantum tradenda significationes ecclesiasticae, quae potissimum ad institutum nostrum faciunt. Harum quinque Magnus Beza Stephano suggeſſit, quas praepotero ordine recensebimus, quia is maxime facit ad rem praesentem. Primo ιανώ, est ἐκκλησιαστική τάξις Synod. Laod. 24. id est catalogus eorum, qui ecclesiis in quoconque munere serviunt, quorum alios vocabant Clericos generali nomine, ut *Apost. Can.* 25. 31. 85. & 1. *Constant. synod. can.* 6. & horum rursus alii *separato* vocabantur, puta Episcopi, Presbyteri & Diaconi, quos Ordines postea maiores vocarunt, alios vero Clericos speciali nomine, ut animadvertere licet ex *Apostolico canone* 17. & *Laodic. Syn. c.* 24. 27. 30. & aliis non nullis. Ceteros autem sic a laicis distinguebant, ut non essent quidem ἐν ιανώ πατριαρχικόν, quoniam χειροθεοῖς non habebant, ut loquitur 2. canon Chalced. synod. qui etiam dicuntur οἱ ἐν ιανῷ τάγματειusdem *synod. can.* 6. & ιανειλεγχμένοι *can.* 10. & eis ἐκκλησίαν τελεγύτες *can.* 20. sed illa generali appellatione dicerentur ἐν τῷ ιανῷ ἔχεταιζόμενοι, ut *Nic. syn. can.* 14. & οἱ τῷ ιανῷ Chalc. *syn. can.* 2. Secundo ιανώ λειτυργίας, a quibusdam Græcis Theologis & Latinis recentioribus certa benedictionis cœna mysticæ formulam denotat. Tertio ιανώ est positus, pro fidelium episcoporum & praesertim Martyrum catalogo, quorum in solemnibus precibus memoria celebraatur; cujus consuetudinis aliqua vestigia in Græce & Latinæ liturgiæ canone adhuc retinentur. Hunc autem olim etiam morem fuisse ex quorundam veterum Theologorum scriptis liquido constat, & ex recentioribus scriptoribus, Nicephorus praesertim multis explicat lib. 14. cap. 25. & 26. ubi contentionem illam narrat de Chrysostomi nomine in Mysticas tabulas referendo, inde factum arbitror, ut canonizati dicti sint, quorum memoria publico Ecclesiæ consensu celebraatur, unde orta tandem divisorum invocatio (1). Porro ιανώ ideo pro catalogo ponitur, quod catalogus certa norma & regula esset, iis dignoscendis, qui in illo recensebantur. Quarto ιανώ pro sacrorum librorum catalogo, ut multis locis nominat Eusebius, quorum inviolabilis est auctoritas, & ad quos velut certissimam normam exigenda sunt omnis Christianæ religionis dogmata, ut in *canone Apostolico* 85. hanc inscriptionem habent quædam editiones, ηγιανώ βιβλίον ιανώ, qui hujus voci usus invenitur in *synopsi divine scriptura Athanasio* attributæ, ubi & ιανονινὰ βιβλία vocantur libri ea comprehensi. Tandem quinto ιανώ est regula & norma disciplinæ sive politiæ Ecclesiasticae, ut est Apostolicis primum παραδόσεων, deinde synodis legitimis descripta, unde & canones vocantur constitutions his de rebus factæ; interdum copulantur hæc duo, διοικητικές & ιανόνες, tum alibi, tum in Græca concilii Nicæni historia. Ab hac autem ιανώ significatione jus canonicum, quod vocant, nomen invenit. Verum harum significationum prima & tertia, sunt eadem, & est tum ιανώ idem cum diptychis ecclesiasticis, de quibus late a nobis actum est in *Schediasmate de Susceptoribus Infantium ex baptismo*. Ubi dypticha ecclesiastica distinximus in vivorum & mortuorum, vivorum dyptica sunt ιανώ eorum, qui Ecclesiis serviebant in quoconque munere; Mortuorum vero sunt in quæ nomina, status, ordo, & obitus Episcoporum referebatur. *Vid. pag. 37.* & seq. Ubi & de aliis dyptichis. Secunda significatio ad quintam referenda est, quia ιανώ ille λειτυργίας nil aliud est, quam definitio per canonem ecclesiasticum formulæ, quomodo mystica cœna benedictio peragi debeat; quemadmodum ιανώ in jure & legibus vocatur, quod lege est definitum & determinatum; item tributum illud, quod certa lege est statutum & indicatum, ut videri potest apud *Asconium Pædianum*, qui inter penititationum genera vocat canonem, oblationem, & indicationem; & qui hunc canonom exigeant canonici, vocantur *Novella* 30. & 136. item apud *Cassiodor. lib. 11.* & 12. var. & Centies in jure nostro *canon* vocatur praefatio quædam, quæ legibus vel pactis est definita. Cujus tractatio non est hujus loci: Sed, quod magis affine est nostræ tractationi, ιανονινούσμένου συνόδοι leguntur, in *synodi Chalcedonensis canone*, qui in *Codice canon. Eccles. universo* est 197. istius *synodi* 19. quas interpretatur Justellus, *canonibus constitutas synodos*, Dionysius Exiguus & *ad. canorum Eccles. Rom. statuta concilia*; intelligit autem canon iste, provincialia ista concilia, quæ canonibus ecclesiasticis sunt statuta & mandata, ut bis quotannis convocentur. Quarta vero significatio est primaria & vere ecclesiastica, qua libri sacri, quia perpetuam vitæ & morum regulam præstant, canonici sunt dicti; a qua, ut supra memoratum, decreta ecclesiastica, quæ dogmata fidei vel ritus determinant, aut mores informant, canones sunt dicti, quod ad instar scripturarum vitam hominis Christiani dirigant. Non tamen pari virtute & obligatione. Major enim sine ulla comparatione scripturarum canonicae est auctoritas, quam canonis ecclesiastici in concilio decreti; illius

7 Secunda

8 Tertia

9 Quarta

10 Quinta

11 Examina-
tæ hæ signifi-
cationes.12 Unde pro-
prios constitu-
tiones ecclesiasti-
cae canones
dicti.13 Diversa
canonum effi-
cacia.

(1) In more fuisse Apostolicis etiam temporibus, Sanctorum, & praesertim Martyrum nomina in tabulis mysticis conscribendi, inter alios rerum Ecclesiasticarum peritissimus Franciscus Florentinus tradit in animadversione 2. suo *præmissa Martyrologio*; idque factum adfirmsat, ut juxta præceptum Apostoli, eorum memoria recoli posset, qui in Domino obdormierant. Non quidem cultus, & invocatio Sanctorum ex Tabulis originem suam in Ecclesia dignoscunt, cum potius Tabularum usus ad invocationem, & cultum cum ordine præstandum fuerit fortassis inventus. Invocatione servorum Dei longe antiquior quam Tabulae adiunxitur, cum in Judæorum etiam Ecclesia servaretur, ut Divina testantur monumenta: „Propter David „servum tuum (ajebat Salomon, Psalm. 131.) non „avertas faciem Christi tui“ Danielis 3. „Ne ante-“ ras misericordiam tuam a nobis propter Abraham di-“ lectum tuum, & Itac servum tuum, & Israel San-“ ctum tuum“. Hæc verba tanquam canonica admisit Ecclesia, quanvis in Hebraicis exemplaribus, atque S. Hieronymi superioribus deessent, cum in versioni-

bus Theodotionis, Aquila, & Simmachi, nec non septuaginta Interpetrum legerentur; Ecclesia tunc temporis Theodotionis utebatur versione, ut testatur S. Hieronymus in proœmio ad Danielem. Jacob Patriarcha, dum Josephi benedicebat filiis Genesis 48. V 16. „Angelus, ait, qui eruit me de cunctis malis benedictus, cat pueris istis, & invocetur super eos nomen meum; „nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Isaac“. Quodnam clarius valeat proterri ex veteris testamenti scripturis testimonium, quo Protestantium impudentia revincatur, dum sanctorum invocationem conantur expungere? Verum in scriptis etiam Apostolicis non deesse pro Sanctorum invocatione monumeta compertum est ex Apocalypsis cap. 1. V 4. ubi legimus: „Gratia vobis, & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu Troni ejus sunt“. Hoc autem modo ab Angelis pacem deprecari, quid aliud est, quam eorum advocare Patrocinium? In Divina ergo revelatione sanctorum invocatione contineri certum est, non autem ex mysticis tabulis sumptis exordium. W.

Ius enim præatoria est, hujus nulla, nisi illi innitatur & cum ea consentiat. Illius infallibilis est, hujus fallibilis, quod multis canonibus vel unius concilii Tridentini firmari posset, si quis hospes in antiquitate Ecclesiastica de eo dubitaret. Non dant concilia ejusque canones nobis novas veritates in scriptura non revelatas, sed sunt tantum suffragia & sententia, de veritatibus antea revelatis, quas mali quidam, aut non satis docti detorserunt in pravum sensum, aut non recte intellexerunt. Hæc de dogmatibus fidei intelligimus, in quibus concilia ejusque decreta, nobis non magis sunt norma fidei, quam Judicis sententia juris & justitiae. Sed ut hæc secundum jus & justitiam ferri debet, ita illa scripturæ inniti, siquidem nos ad credendum obstringere velut [2]. In ritibus autem Ecclesiasticis, quæ libertati Ecclesiæ Christus & Apostoli sape reliquerunt, magis proprie decreta conciliorum canonem seu regulam vivendi & parendi præscribunt, quam quisque observare tenetur, dummodo generalis illa ordinis decentia, sit observata. Utraque tamen definitio conciliorum & de dogmatibus fidei, & de ritibus ecclesiasticis, non inconcinne nomine *canonis* toleratur, ut sint regula fidei ac morum, quatenus Scripturaræ innituntur, & veritates illius comprobant, aut morale illud ordinis determinant. Placuit id nomen antiquis magis, quam illud *juris* nomen, aut *juris ecclesiastici*, aut *juris canonici*, quod serius, forte fastu & æmulatione Romani Pontificis introductum est; de quo postea pluribus [3]. Exinde patet canoness esse duplicitis generis, quidam agunt de fidei capitibus eaque ex scriptura determinant, quidam vero tantum mores, disciplinam, ritusque ecclesiasticos respiciunt, quod & specialibus vocibus veteres vindentur indicasse, eos enim canones conciliorum, quibus fidei capita determinant δόγματα, latini decreta, quibus vero mores & disciplina Ecclesiæ regitur, canones appellantur. Illustrè hujus rei documentum habemus in *Imp. Nostri Justiniani Nov. 131.* quæ inscribitur περὶ τῶν ἐκκλησιαῖς τῶν νομίνων, καὶ προνοιῶν τὸν τὸν δόγματα ἐκκλησιαῖς: quod in rubrica vertitur, de Ecclesiasticis titulis & privilegiis: in procœdio vero, de regulis ecclesiasticis & privilegiis, melius. In hac Novella capite primo, disertim δόγματα & νομίνες distinguuntur a se invicem, & tamen in principio omnes sub nomine canonum ecclesiasticorum continentur. Cape Verba Imperatoris Graecæ: Θεοπίζουμεν τοῖναι, τὰξιν νόμους ἐπέχειν τὰς ἀγίας ἐκκλησιαῖς τονόντας, τὰς ὑπὸ τῶν ἀγίων πεσόντων συμόδων ἐπεδέντας ή βεβιωθέντας, τὰς τὰς ἐν Νικαιᾳ τῷ πη. καὶ τὰς ἐν Κωνσταντινούπολει τῷ ἀγίῳ ρυ. πατέρων. καὶ τὰς ἐν Εφέσῳ πρώτης, ἐν ἡ Νεστοριᾷ πατέρεσθη. καὶ τὰς ἐν Καλαχηδόνοι, παθ' ἦν Εὐτύχης μετὰ Νεστορίου ἀνεδεματίστη, τὰς γάρ προειρημένων ἀγίων συμόδων καὶ τὰ δόγματα, καθάπερ τὰς θείας γραφά, δεχόμενα, καὶ τὰς νομίνας ὡς νόμους φυλάττομεν. Quæ ita vulgo versâ leguntur, sive a Berguntio Pisano ut vult Anton. Augustin. sive ab alio; dubitat enim *Contius in Dedicatione Novellarum ad Jacobum Cambraeum*. Sancimus. igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, qua a sanctis quatuor conciliis expedita sunt, aut firmatae, hoc est, in Nicæna trecentorum decem & octo, & in Constantinopolitana sanctorum centum quinquaginta patrum, & in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus, & in Chalcedonia in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Predictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges observamus. Manifeste Imperator ecclesiasticos canones in principio vicem legum vult obtinere, sub quibus illa de fide capita, & de moribus & ritibus regulas simul complectitur, quæ postea distinguunt, illa dogmata (quam vocem interpres quoque retinuit, cum potuisset vertere *decreta*) has canones vocans. Postea etiam Imperator in fine verborum cito ratorum, quoad observantiam diversitatem quamvis male, videtur agnoscere inter canones & dogmata seu decreta; dum dogmata quatuor istarum synodorum sicut sanctas Scripturas, nos dicit accipere, canones sicut leges observare. Apud Euseb. quoque lib. 6. cap. 35. H. E. ubi de Concilio Romano contra Novatum agit, in quo doctrina ejus: non dandam esse penitentiam lapsis tempore calamitatis & persecutionis fratribus, damnatur; quod Episcopi ceterique decreverunt, δόγμα vocatur: δόγμα, inquit, παρεστάται τοῖς πᾶσι. quod Christophorus reddit a quibus omnibus tandem decernitur nimis generaliter, ita ut emphasis vocis pereat: melius, decretum ab omnibus factum est. Locum totum Eusebii paulo post adduco. Ipse etiam Lucas illa quæ in concilio Hierosolymitano Act. 15. decreta erant δόγμα-

14 Antiquis
magis canon-
nis, quam ju-
ris nomen pla-
cuit, quod po-
fle sucessit.

15 Differen-
tia seu species
canonum.

16 δόγμα-
ta & decre-
ta que.

17 Novella
131. explicata.

(2) Maximum utique inter Canonicas scripturas, atque Conciliorum etiam universalium definitiones, ut infallibiles, interesse discrimen Catholici omnes contentur: Omnis quippe scriptura divinitus inspirata est, monente Paulo 2. ad Timoth. 3. v. 16. Spiritu enim Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines, ut ait S. Petrus Epist. 2. cap. 1. v. 21. Nova itaque revelatio scriptoribus sacris affulgebat, Divinusque Spiritus eorum mente, & calamum ita dirigebat, ut vel in minimis etiam errori non essent obnoxii; nulloque studio, & humana scientia, quidquid scripsere, proferebant; quod quidem Episcopis in Synodo congregatis nequaquam contingit, cum eis, utique assistat, præsideatque Spiritus Sanctus, ne, in fidei, vel morum doctrina definienda, erratici inveniantur. Sunt ergo Ecclesiæ Pastores, & Episcopi, custodes Divini depositi, non vero revelationis novæ precones, sicuti erant scriptores sacri, spiritu veritatis affiliati; hinc priusquam definitiones suas edant Episcopi, diligenter in scripturis perscrutandis, in conquirenda traditione; in quæstionibus expendendis adhibere tenentur; quo facto, juxta promissiones Jesu Christi toties in Evangelio repetitas, in fidei dogmatibus, & in morum doctrinis decernendis inerrantia donatos esse Epi-

scopos legitime congregatos non diffitemur, eo quod eorum decisiones Divinæ scripturæ, doctrinæque revelatae, si de fide, & moribus factæ sint, semper congruere, nec a Christi doctrina posse discrepare, fide Divina creditus, cum Christi promissa deficeret nequeant. Neque in Tridentina propterea, neque alia quacumque œcumenica synodo ab Ecclesia tamquam legitima suscepit quid erratum in rebus fidei, & morum inventire poterunt Hætherodoxi, quidquid clamitet Maastrichtius cum suis. W.

(3) Injuria prorsus ἐγγράψατε in Romanos. Præfles Maastrichtius, quasi ex eorum ambitu fastuque contigerit ut *Canonis* nomen *Juris Ecclesiastici* appellacionem fuerit transformatum; nonne compertum est omnibus *Jus* ab *justo* derivari, ut in *Can. Jus generale* 2. dist. 1. notatum est? *Juris* nomine cum possit ulterius collectio quædam intelligi præceptionum ad bonum, & æquum pertinentium, ut celeberrimus tradit Duarenus cap. 2. in titulo de *Justit. & Jure*; quid mirum si *juris Ecclesiastici* nomine data fuerit illa canonum collectio, in qua leges, atque præcepta Ecclesiæ disciplinam divinunque religionis cultum spectantia continentur? W.

dōymata vocat. *Aetor.* 16. v. 4. Ω's δὲ διεπερδόντο ταῖς πόλεις, παρεδίδεν ἀυτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα ταὶ κερμένα ὑπὸ τῶν Αποστόλων καὶ τῶν πρετβυτέρων τῶν ἐν Γεογαλήνῃ. ubi Beza δόγματα vertit, *Placita*; *Piscator*, *Instituta*; vulgatus retinet græcam vocem, quam tamen *Aet.* 17. v. 7. verit decreta. ut & *Ephes.* 2. 15. 2. *Col.* 2. 14. ubi Beza illud ἐν δόγματι vertit in ritibus. *Lucæ* vero 2. uterque vertit δόγμα editum, *Glossa nomica* a *Labbæ* edita, δόγμα interpretantur θεσπίσμα. Non tamen inficias imus istam differentiam inter canones & dogmata ubique forte non semper, neque tam accurate observari, quin unum pro alio positum inveniatur. Maxime posterioribus temporibus & conciliis, quibus indifferenter omnia decreta, sive dogmata fidei, sive ceremonias ecclesiasticas respiciant, canones vocarunt. Item *decreta* & *capitula*, probantibus id assatim conciliorum inscriptiōibus. Primitus tamen temporibus & postea diu adhuc, saltem ad tempora usque Justiniani Imperatoris nostri, ut patet ex ejus supra addicta *Novella* 131, videtur distinctio decretorum seu dogmatum & canonum alicujus observationis fuisse, quamvis nec hoc affirmare ausim, perpetuum fuisse, ut non aliquando unum pro alio positum sit. Nunc ad originem canonum progrediendum. Primitus Christianismi temporibus usque ad saeculum tertium tantum scriptura in ecclesia audita est, nulli fere canones, quia paucissima concilia habita, velut Hierosolymitanum illud, quod actis Apostolicis insertum est; in quo actum de legibus ceremonialibus Mosaicis, & an Christianos obligarent; adserta in eo Christiana libertas, decreta facta, ut ob scandala Judæorum in districtu Antiochiae, Syriae & Cilicie, abstinerent ab idolothytis, sanguine, suffocato & scortatione (4). Saeculo secundo conventus quidam in Asia, Syria, Palestina, in Occidente Romæ & in Gallia habitu contra heresies Montani & Cataphrygum, & controversiam Pascalem. Dein medio fere saeculo tertio & quod excurrit Romæ contra Novatum ejusque sequaces, in quo tamen, canones non sunt editi, sed δόγμα istius resert. Eusebius lib. 6. Hist. Ecclesi. cap. 35. εφώσιωδε μεγίστης ἐπὶ Ρώμης συνκροτθεῖσης ἔχοντα μεν τὸ αὐτιθμὸν ἐπιτικόπων, πλειόνων δέ ἐπιμέλλον πρετβυτέρων καὶ δικτύον, ἰδίως τεκνά τὰς λοιπές ἐπαρχίας τῶν πατέρων χώρων ποιμένων περὶ τὰ πρωτίς διατηνόμενων, δόγμα παρίσταται &c. Ob quam rem concilium maximum Rome cogitur, in quo sexaginta Episcopi & Presbyteri totidem & amplius, una cum diaconis in unum conveniunt. A Pastoribus etiam separatis per singulas cuiusque regionis provincias, quid ea de re agendum esset, deliberantibus, colloquia fiunt. Ab omnibus δόγμα decretum constituitur, Novatum ejusque fautores tanta superbia inflati & quotquot illius inhumanissime & a fraternali charitate alienissime opinioni assentirentur, in eorum numero, qui erant ab ecclesia exclusi haberi; Fratres autem qui casu infelici prolapsi fuisse, penitentie medicamentis curari, & ad sanitatem restitui. Aliæ quoque hoc saeculo habitæ synodi paucim in Africa, Asia, Occidente, sed nulli fere in his canones in diptyca ecclesiastica & ex his Codicem Canonum relati. Primi canones, qui in eo extant, scripti sunt in synodo Ancyra provinciali, viginti quatuor; qui tantum genuini sunt; habita est hæc Ancyra civitate Galatiae, principio saeculi quarti, ut quidam volunt sub Imp. Diocletiano, alii sub Constantino Imperatore, & Silvestro Papa Romano, A. C. 314. inter quos est Baronius. Pontacus An. Chr. 302. habitam putat. Hanc exceptit & supplevit synodus Neocæsarienses, idem provincialis Neocæsaria habitu, ut quidam coniiciunt, (de tempore enim certi quid statui vix potest, neque etiam multum nostra interest ad præsentem tractationem) Sub Constantino & Miltiade Pontifice, Anno 318.; Baronius in Annum 314. coniicit. Canones habet quatuordecim, qui quoque in Codicem canonum conjecti. Post has synodos quidam ceaserent habitam synodum Laodicenam, in qua LIX. canones scripti, qui etiam leguntur in codice canonum Ecclesiæ universæ. Hujus sententia est Baronius qui Laodicenam locat inter Neocæsariensem & Nicænam ad annum 319. velut ejus epitorator eam recenset An. 314. quam tamen alii reiiciunt in Annum 364. Pontacus in annum 368. alii 355. ut recte doctissimus Lydius de tempore hujus concilii dixerit, Quidam illud non facile divinare posse, Baronii rationes ante Nicænam habitam hanc synodum valde probabiles sunt de tempore Laodicenæ Synodi & sententia Baronii & Biuui, vide quæ habet Dalæus in *Pseudep. Apostolic.* pag. 517. & pag. 675. ubi anno 364. habitam dicit. Apparet quoque in Codice canonum antiquissimo Ecclesiæ Catholicae viginti canones synodi Gangrensis, cuius quoque certum tempus ignoramus, quia vero per Osium Gangris Civitate Paphlagonia habitu fuit, ex tempore quo Osium in Oriente ab Imperatore Constantino ex Hispania evocatus, habet, recte coniicit Baronius Anno 319. circiter habitam esse, Pontacus reiicit in annum saeculi quarti XXVIII. alii in XXXVI. tum alii longius. Clarissimus Dalæus eodem anno cum Nicæna, atamen post eam habitam ceaseret, in *Pseudep. Apostoli* lib. 2. cap. 21. pag. 675. Est hæc quoque provincialis ut præcedentes. Eam excipit famosissima illia Nicæna, Synodus Ecumenica 318. Episcoporum, a plerisque in annum C. 325. conjecta, in qua XX. Canones scripti, teste vel unica codice canonum Ecclesiæ universæ, quos plerique antiqui & recentiores tantum pro authenticis habent, rejectis octuaginta, quos Turrianus & Pisanus ex Arabico Latinos fecerunt & orbi obtrudunt, cujus erroris causam postea sumus detecturi. Hi quia in synodo Ecumenica scripti, primo loco in codice canonum Ecclesiæ universæ, seu catholicæ comitantur. Quam rationem etiam ipse codex canonum Catholicae Ecclesiæ adducit post canones Nicænos

(4) Plures Apostolorum temporibus pro Ecclesiæ regimine conditas fuisse leges, nec solius scripturæ auctoritate, sed aliorum etiam præceptorum invaluisse primis tribus saeculis, non solum Canonistæ arbitrantur, sed etiam ex divinis Literis, ac veteris, quæ supersunt, scriptorum monumentis compertum est; quæ invis eiusmodi leges, atque sanctiones viva plerumque voce, non scriptis, fideliū mentibus insinuari solement. Harum legum, & præceptorum, non obscurum legimus testimonium in 2. ad Corinth. cap. 11. V. 2. ubi laudat Apostolus illus Ecclesiæ Christianos, quod sicuti illis tradiderat, præcepta ejus retinuerent: Et v. ultimo ejusdem Capitis promittit Apostolus,

lus, varia dispositiū cum eo pervenerit; hinc legitime concludi potest plurima fuisse ab Apostolis præscripta tam circa Sacramentorum administrationem, quam circa alia Ecclesiæ disciplinam respiciantia, quorum nonnulla a S. Justino Martyre in Apologia 2. pro Christianis versus finem, nec non a Tertulliano in libro de corona militis, commemorantur, quæ ab omnibus servabantur fidelibus, & in sola traditione continebantur; nec primis itaque Ecclesiæ saeculis sola utebantur Scriptura Christi fideles, & Sacerdotes, quemadmodum Mastrichtius ad elevandam Canonum auctoritatem, & Ecclesiasticas traditiones clamitat. W.

18 Differencia inter δόγματα & canones non est perpetua.

19 Paucitas canonum primis saeculis, quia pauca concilia habita.

20 Concilium Hierosolymitanum.

21 Concilium Romanum contra Novatum.

22 Primi Canones Codicis canonum, in synodo Ancyra scripti, quando haec habita & quot eis Canones.

23 Secundi in Neocæsariensi, ejusque tempus & numerus canonum,

24 Laodicena synodus, ejusque tempus, & numerus canonum.

25 Gangrense concilium ejusque canones.

26 Nicæna synodus prima Ecumenica, ejusque canones numerus.

27 Cur Nicæni canones in codice canonum Catholicae Ecclesiæ, prima loco positi.

nos, τῆς ἐν Αγκυρᾳ σιωόδε πανόντες οἱ τινες παρογενέσθαι μεν ἐστιν τὸν Νικαῖαν ἐκτεθέντων να-
ρώνων, διατερεύστι δὲ διὰ τοῦ τοῦ αὐτομενικῆς οντότητος αὐτοτείχου. Concilii Ancyranī canones XXV. qui
quidem priores Nicenīs, sed ideo postpositi sunt propter auctoritatem synodi Ecumenicā, & iterum post
hos Canones: Concilii Neocæsariensis canones XIV. qui quidem sunt Ancyranīs posteriores, Nicenīs vero
antiquiores. Ab hoc tempore probabile est, coeptam esse collectionem canonum, ita ut canones Ni-
cēni primo loco ponerentur, iisque subneceterentur canones, Nicenīs anteriores, jam relati Ancyranī,
Neocæsariensis, Gangrenēs, & Laodicei hoc enim ordine in codice sepe citato canonum Ecclesiæ
Catholicae comparent. Nisi quod Laodicenī, præmittantur Antiochenī XXV. scripti in synodo Antio-
chiae habita a provincialibus Episcopis in causa Athanasii potissimum; sub Constantino & Constante
Imperatoribus & Julio Papa Romano anno Christi 341. De hujus Concilii canonibus hoc est Ma-
gni Dalaii judicium lib. 3. cap. 21. Pseudopigr. Apostol. pag. 672. fin. & seq. esse eos profectos ab au-
toribus parum probatis Arianiisque merito suspectis conditos. Tum sequuntur in eodem Codice septem ca-
nones Concilii Ecumenici secundi, Constantinopolitani vero primi, quod habitum sub Theodosio Im-
peratore, anno Christi 381. juxta Baronium, juxta alios 383. vel 386. contra Macedonium. Hos exci-
piunt Ephesini concilii Ecumenici tertii, Canones oīo, quae habita est saeculi quinti anno XXXI.
contra Nestorium sub Theodosio secundo. Claudunt tandem codicem canonum XXIX. canones Con-
cilii ecumenici quarti Chalcedonensis, sub Martiano Imperatore habiti, saeculo quinto medio fere con-
tra Eutychen. Ex horum conciliorum canonibus conflatus est Codex Canonum Ecclesiæ Catholicae,
quorum tantum ideo placuit facere mentionem, quia faciunt ad institutam a nobis Historiam Juris
Ecclesiastici. Sunt quidem alia concilia, synodique & in iis scripti canones, antiquiores relatis; velu-
ti concilium Eliberinum, quod in Hispania in principio saeculi quarti, anno nimirum, ut melior fert
sententia, quarto vel quinto ad restituendam collapsam lapsorum disciplinam in Occidente habitum.
Cui rei quoque in Oriente Petrus Alexandrinus Episcopus eodem tempore scripsit suos canones po-
nitentiales, qui & hodie perennant, & leguntur in bibliotheca Patrum tomo septimo, & apud Theod.
Balsamonem in Nomocanonis fine. Habita item Arelatensis concilia, primum & secundum, sed quia
horum canones in codicem ecclesiæ universæ non sunt relati, ideo consulto praterimus, & inquirimus
porius, quando habuerit initia sua iste codex canonum Ecclesiæ universæ. Valde verisimile est, ut jam
dictum, initia ejus fuisse latim post concilium Nicenū, cuius quisque Episcopus exemplar ad eccle-
siam suam & ibidem in dyptica ecclesiastica retulit. Non vero solos tantum canones Nicenīs, sed eti-
am memoratos supra, Nicenīs anteriores, quia itidem ad disciplinam ecclesiasticam faciebant, & a
Nicenīs patribus adoptati & confirmati esse videntur; probante id non obscure Novella Imperatoris
nostrī 131, in qua per βεβαιωθέντας, intelligit Imperator canones priorum conciliorum. Ex quibus
verosimile, quod primus codex canonum habuerit tantum canones, CXXXVIII. viginti nempe Nicenīs,
XXV. Ancyranīs, XIV. Neocæsariensis, LIX. Laodicenīs, & XX. Gangrenēs. Qui postea crevit
ad tempora concilii Chalcedonensis, a quo ut & Imperatoris Justiniani Novell. 131. confirmatus est,
ad canones CCVII. accedentibus Antiochenīs XXV. Constantinop. VII. Ephesinīs VIII. & Chalce-
donensis XXIX. Ordo horum conciliorum in concilio Constantinopol. in Trullo canone ἐπιτρόπῳ ιζούει
est idem, qui in Codice universæ Ecclesiæ invenitur observatus. Post tempora itaque synodi Nicenæ
primæ, ecclesia dupli jure cœpit regi divino, quod in sacris literis, & canonico, quod in Codice
canonum continebatur. Qui codices ambo in conciliis in medio confessus ponebantur, ut ex iis dogma-
ta pietatis explorarentur, obortæ hæreses refutarentur, & controversiae ad disciplinam ecclesiasticam,
sacramque politiam, pertinentes, dirimarentur. De sacris propositis literis testimonium habemus, in
Epistola synodica concilii Aquilejenīs, tom. I. concil. cui præfuit Ambrosius Mediolanensis Episcopus,
ad Gratianum Valentianum & Theodosium Imp. Propositō, inquit, divina in medio scripture; item in
Apologia Cyrilli ad Theodos. de synodo Ephesina Ecumenica tertia, & passim in aliis conciliis Chalcedo-
nenīs, Constantinopolitani in Trullo, Nicenī secundi, quorum loca Doctissimus Christophor. Justellus,
optime de jure & antiquitate ecclesiastica meritus, in prefatione ad Codicem canonum Ecclesiæ universæ
refert. De proposito codice caronum habemus testimonia concilii Chalcedonensis, quod ex eo canones
citat, & de controversiis ex iis pronunciat. Sic actione IV. Etius Archidiaconus Constantinopolis, dixit:
Regula est hæc cum aliis posita a sanctis Patribus, quam custodientes sanctissimi Episcopi, docent & Cle-
ricos & Monachos & omnes Christum colentes: si autem inveniant aut insultantes, aut acquiesceret non vo-
lentes, hac utinetur, regula: & Codice relegit hæc (nempe canonem V. concilii Antiochenī) si quis
Presbyter aut Diaconus suum contemnens Episcopum &c. Omnes Episcopi clamaverunt, hæc justa regula,
hæc regula patrum. Iterum actione XI. Stephanus Episcopus Ephesi dixit; supplico ut canones relegantur,
qui dicunt: ut is, qui in alia civitate ordinatus est, constitui non possit in altera. Gloriosissimi judices di-
ixerunt: relegantur hi canones: Leontius reverendissimus Episcopus Magnesia ex Codice relegit regulam no-
nagesimam quintam[est iste canon 16. concilii Antiochenī, in codice vero canonum Ecclesiæ univer-
sæ, canon XCV.] si quis Episcopus vacans, super ecclesiam vacantem &c. Idem Reverendissimus Leon-
tius ex eodem Codice legit regulam nonagesimam sextam. Si quis Episcopus Ordinationem accepit Epi-
scopatus &c. tandem Actione XIII. Gloriosissimi judices dixerunt: Canones legantur. Beronianus Se-
cretarius divini Confessorii ex Codice legit: Episcopos oportet quidem præcipue ab omnibus Episcopis pro-
vincialibus ordinari &c. qui est canon quartus synodi Nicenæ. Exinde patent duo, primum, quod vo-
lebamus probare, etiam codicem canonum in conciliis præsto fuisse, & ex eo direuntas controversias;
Item alterum, quod quadam collectio canonum, post concilium Nicenū facta fuerit; quod ex eo
dem Chalcedonensi concilio etiam odoratus est; Beronius tomo 3. An. 341. n. 34. Illud compertum est,
inquit, ex quadam antiquiori nobis incompta collectione (quæ nunc edito Codice canonum Ecclesiæ Ca-
tholicae Græco notissima est) in concilio Chalcedonensi duos canones Antiochenī synodi, in actione IV. at-
que XI. ad verbum esse citatos, sed absque titulo Antiochenī concilii, quorum quidem in eo codice, qui in
synodo probatus & lectus est, actione XI. prior nonagesimus quintus, alter nonagesimus sextus erat nume-
ro consignatus; cum tamen idem in concilio Antiocheno sextus decimus & septimus decimus ordine descri-
bantur. Ut plane appareat non ex ipso Antiochenī concilii codice editos esse, sed ex quadam ante jam facta
collectione, communī majorum auctoritate probata. Hujus concilii Chalcedonensis beneficio, modum re-
stituendi codicem antiquum expiscatus est Auctor anonymus, sed Doctissimus, consultationis de contro-
ver-

28 Quando
cœperint colligi
canones.

29 Concili-
um Constanti-
nopolitanum
primum; Ecume-
nicum se-
cundum & e-
jus canonum
numerus.

30 Ephesina
synodus Ecume-
nica tertia,
& numerus ca-
nonum.

31 Concilii
Chalcedon-
ensis Ecumeni-
ci quarti ca-
nones XXIX.
claudunt codi-
cem canonum
Ecclesiæ uni-
versæ.

32 Canones
conciliorum
antiquiores,
sed non relati
in codicem ca-
nonum; velut
concilii Elibe-
rini.

33 Canones
penitentiales
Petri Alexan-
drini Episcopi.

34 Que i-
nitia habuerit
codex ca-
nonum.

35 Qui ca-
nones cum Nicenī
cum recepti.

36 Quot ca-
nones in prin-
cipio habuerit
codex canonum.

37 Quot po-
stea accre-
vint.

38 Ecclesiæ
post tempora
Nicenī conci-
lii scripture &
canonibus cœ-
pit regi.

39 Codices
duo scripture,
& canonum in
conciliis pro-
positi.

40 Testimo-
nia de codice
S. Scripture.

41 Item de
codice ca-
nonum.

42 Adserita
collectio ca-
nonum post con-
cilium Nicenī.

xviii Gerhardi Von Maastricht

Versio inter Paulum Quintum Papam Romanum & Remp. Venetam, qui est *Jacobus Lescasserius*, ubi docte multa de hoc codice commentatur. Eoque concilii Chalcedonensis testimonio nost: Antonius Augustinus, lib. 1. dial. XI. nostræ editionis pag. 64. probat Canones Antiochenos esse authenticos & probatos. *Receptos*, inquit, esse constat, & in corpore canonum positos ante concilium Chalcedonense, ut in ejus concilii actione XII. Grecis, Latinis XI. appareat: ex libro etiam Latino, quem eodem nomine, Corpus Canonum dicimus, quem aperte Leo IV. in Epist. ad Episcopos Britannie approbat. Vocat Augustinus librum illum corpus canonum, quem nos cum antiquis rectius, Codicem canonum dicimus, adstipulantibus citationibus plerisque sequentibus. Βιβλον γενεται Grecis appellatur. Hujus etiam mentionem Justellus in doctissima sua *Præfatione*, fieri testatur in synodo Bracharense prima, can. XVIII. Toletana IV. can. III. apud Nicolaum & Leonem quartum Papas Romanos, quos citat Gratianus, c. Si Romanorum dist. 19. & de libellis dist. 20. Burchardus quoque memorat eum inter libros, quibus in sua collectione est usus, & Gratianus. Ha vero 27. q. 1. item Gregorius Pontifex Romanus in inscriptione c. Non licet. 10. de præbend. & dignitat. Tribus manuscriptis exemplaribus hujus codicis ex vaticana bibliotheca depromptis, usos se testantur in Præfatione, selecti sæculo anteriore viri ad emendationem Gratiani. Putat Doctissimus Justellus editum fuisse hunc codicem primum Moguntiæ sæculi anterioris anno XXV. dein Lutetiae anno superiori [id est nono hujus sæculi] quum is ea scriberet, sed is, quod & credo de Exemplaribus manuscriptis Vaticanis, non est Codex ecclesiæ universæ, sed Ecclesiæ Romanæ, qui Moguntiæ 1525. & Parisiis 1609. est editus, attamen ex illo codice Ecclesiæ universæ depromptus, quod & confitentur ipsi Recognitores Romani, de quo postea, ubi ad collectionem Dionysii Exiguæ pervenero. Græce primus sæculi superioris anno quadragesimo ex antiquis. Ecclesiæ Hilarianæ Pictaviensis codice, Canonum codicem edidit Jo. Tilius, Lutetiae, qui post hanc editionem, quam Cardinali Turnonio dicaverat, Episcopus Mâlensis est factus, sedulus in hisce antiquitatis ruderibus eruendis & publicandis; dedit quippe & Codicem Theodosianum; item auro contra caros, libros Caroli Magni, de imaginibus, quos ipse primus sub nomine Eli Phili in Gallia publicavit, sæculi anterioris anno 1549. addita sua præfatione, cujus authenticum exemplar adservamus in bibliotheca nostra, contra Pontificiorum vanos conatus, hunc scutum. νοῦς ita scilicet & exemplaria bona notæ in Gallia edita, abolentium. Vide sis Amicum nostrum Virum Nobiliss. & Consul. Dn. Vincentium Placium J. C. Hamburgensem, quem honoris causa nominato, in Tractatu nuper edito, de Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis detectis, in *Caroli Magni Imperat. scriptis* pag. 174. (5) Cœpit postea hic Codex canonum vocari corpus canonum, observante id Ant. Augustino nostro, loco jam adducto. & c. Si Romanorum dist. 19. ubi corpus codicis canonum appellatur, item Innocentio III. in Epistola ad Petrum Compostellanum tom. 2. concil. Emeritense, sunt verba ejus, concilium authenticum esse, multis rationibus adstruebas, tum quia cum aliis concilii continetur libro, qui CORPUS CANONUM appellatur. Vocatus etiam est Liber canonum: vide infra Bedam & Gregor. Turon. Inscriptio Codicis M S. Chr. Justelli. Incipit liber, qui appellatur corpus canonum, qui tamen fuit Isidori Mercatoris: Item Patrum canones & canoniarum constitutionum liber. synod. Nicæna. II. a. II. Tharasius sanctissimus Patriarcha inquit: legatur canoniarum constitutionum liber. Quare autem in corpus vel volumen certum compactum a veteribus fuerint Canones; tradit Lescasserius, in laudata consultatione; Voulerunt, inquit, Patres, Ecclesiam habere corpus certum regularum sui juris; quas ex certis conciliis collegirent, & concilia certo ordine disposuerint, certoque & immutabili numero canones illorum complexi sint, cui neque addi neque detrahi a quoquam posset, ut hoc quasi vallo & muro seprum juris corpus adversus falsi crimen undique tutum esset. Neque tantum ut falsum prævenirent solebant veteres jura sua in certa corpora colligere, sed etiam ut vim omnem juribus extra collectiones publica auctoritate factas vagantibus & dispersis adimerent. Ob easdem causas Theodosius Imperator Novella de confirmatione corporis suarum Novellarum, ait se in corpus unius codicis constitutio:nes prædecessorum suorum redegisse: ne aliter nisi ex ipso codice in judicio proferrentur. Eadem rationem & consilium sequutus Justinianus codicem suum fecit, constitutiones in multa volumina dispersas in unum corpus colligendo, quod ipse testatur, l. unic. C. de emendatione codicis Justiniani: unde jura extravagantia posteritas appellavit, quæ non in corpore codicis, sed extra corpus divagarentur, ut Justiniani verba usurpem, quibus eodem loco usus est. Ea fuit primum, antequam componeretur codex Theodosianus,

pro-

(5) Non immerito dubium inter nonnullos Catholicos communionis criticos emerit an libri de Imaginibus ad Hadrianum Papam a Carolo Magno transmissi, genuinum sit ejusdem Imperatoris opus; vel potius collectio sit ex diversorum Auctorum scriptis congregata, & a Carolo Pontifici summo, ut de ea iudicium proferret, directa; Quandoquidem si Hadriani consideretur Epistola, qua Libri isti refelluntur, quæque apud Labbe Tomo 8. Concil. column. 1553. videri potest, non leve defumitur fundamentum opinandi, libros illos non Caroli esse legitimum sacerdotum, sed plurimum Auctorum opiniones in unum collectas volumen. Pontifex siquidem iste plures semper indicat auctores, dum objecta refellit; in responsione enim ad cap. 26. action. 5. „O infania, inquit, frementium „contra fidem, & religionem Christianam, ut affe- „rant non colere, aut venerari imagines, in quibus „figurae sunt Salvatoris“. In responsione ad cap. 51. „Isti, ait Hadrianus, qui hoc ex sensu scriperunt“ & in responsione ad cap. 56. „Ecce ipsum unum te- „norem in hoc capitulari sacerdus referunt“. In re- „sponsione denique ad reprehensionem cap. 11. action. 4. subiungit Hadrianus, „In hoc capitulo, qui bæc

„scriperunt incriminari moluntur, & contradicere „veritati nituntur“. His alisque Pontificis testibus, plures, non unum respicientibus auctorem, nec non alii urgentibus conjecturis merito suspicari videntur Baronius ad annum Christi 794. Num. XXX., Bisius in notis ad Francofurtiensis Concilium apud Labbe Tom. 9. Concil. column. 115., Bellarmine Lib. 2. de Imaginibus cap. 15. quod Carolo Magno Libri isti adscribantur immerito. Plures Catholicorum ab opposito in ea versantur opinione, in qua perlitit Mastrichtius, quamquam Pontificios omnes, ut ipse ait, sed injuria certe νοῦς horum librorum stare contendat. Sibi retineant Heterodoxi auro contra caros hujusmodi libros, de quibus ita cum Bellarmine lib. citato concludimus „Quod si etiam constaret, Caro- „lum ipsum hunc Librum scripsisse, & in omnibus „cum Calvinistis convenire, quid haberent aliud, quam „testimonium unius hominis laici, & militis, quod „opponere velle Concilio Generali Episcoporum stulti- „tia est manifesta. Nam ut recte ait Damascenus orat. „2. de Imaginibus, Christus non commisit Ecclesiam „regibus, & Imperatoribus, sed Episcopis & Pa- „ribus“. W.

43 *Nomina
hujus collectio-
nis, corpus ca-
nonum.*

44 *Codex
canonum.*

45 *Testi-
monia antiqua
de Coatre ca-
nonum.*

46 *Editio
hujus Codicis,
& error Ju-
stelli.*

47 *Vocatur
corpus ca-
nonum & corpus
codicis ca-
nonum, liber ca-
nonum. Pa-
trum Ca-
nones &c.*

48 *Cause
cur canones in
corpus congregati.*

providentia & vigilancia Patrum Ecclesiae catholicæ, quæ collectionem suam *corpus codicis canonum* nunc cupavit, quemadmodum & Imperatores *corpus codicis constitutionum* suarum dixerunt. Quare etiam in more habebat Ecclesia alia jura, quæ illi obrudebantur codice suo non comprehensa, velut notha & adulterina nulliusque auctoritatis reiicere, quod Gallicani Episcopi factitarunt, teste acerrimo auctoritatis Romanæ defensore Nicolao I. Papa, qui in epistola quam ad illos scriptis relata in codicem Gratiani can. Si Romanorum dist. 19. hæc illorum verba recenseret, *Quamquam*, inquit, *quidam vestrum scripserint haud illa decretalia præforum pontificum in toto corpore codicis canonum inventi descripta. Neque illud negligendum canones Ecclesiasticos in diptycha Ecclesiastica & quidem speciatim ad hanc rem comparata, fuisse conjectos. Fidem faciet Justiniani l. 7. C. de summ. Trinit. §. 5. Μηδεις τοιμιαι καταστασιν οτι μηδεις ενχυτοι των επιμενον. δ. σωματιδων επράξιμεν την των αυτων αγιων δ. lati.*

ημας ταρχητω ελπιδι ματαιοι κρατημεν Θ οτι μηδεις ενχυτοι των επιμενον. δ. σωματιδων επράξιμεν την των αυτων αγιων δ. lati.

η πράξιμεν η πραχθηναι παρα τιοι τυχων την των αυτων αγιων δ. περιπεθηκαι την των αυτων αγιων δ. lati.

σωματιδων οτιαν μηδηλισ ει των ειρημενων της εκκλησιας διπτυχων ανεξόμενα. Nullus itaque frustra nos turbet spe vana inpiratus, quasi nos contrarium a supradictis quatuor conciliis fecerimus aut faciamus, aut fieri a quibusdam permittamus, aut aboliri eorumdem sanctorum quatuor conciliariorum piam memoriam ex dictis Ecclesiæ diptychis sustinemus. Quod confirmatur sexta synodo collat. 2. Nam sanctas quatuor synodos Majestas ipsius (Justinianum intelligit) sacris diptychis inseri Θ publicari fecit: quod ante imperium ei divinitus concessum non procedebat. Hocque forte denotat verbum περιπτυχεσθαι in Novell. 115. cap. 4. §. 14. pr. quod tum perperam verteretur amplecti & recitare, melius diptychis inserere vel inscribere, tuncque hæc verba ejus Novellæ, ει η πλούτες οι μακριωτατοι Πατριαρχαι τας αγιας τεσσαρος σωματιδων, την εν Νικαιᾳ καὶ την εν Κωνσταντινopolει, την εν Εφέῳ πρωτη καὶ την εν Χαλκηδονι, περιπτυχεσθαι, ηγεν αναφέρει γιγωπιωται; melius sic verterentur: si qua beatissimos Patriarchas sanctas quatuor synodos Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam Θ Chalcedonensem in diptychis describere Θ publice recitare compertum est. Quod, ut & morem hunc observavit quoque Philippus Bertherius. πιθανω diatrib. 2. cap. 6. pag. 226. Alium etiam morem, quod veteres Patres, cum convenienter Imperatoris auctoritate in Conciliis Ecumenicis, canones conscriptos & subscriptos postea ad Imperatorem mitterent, petentes solemnai formula confirmationem. Vide in Prefat. Justelli ad cod. Eccl. Afr. pag. 310. Bibliotheca juris canon. veteris. Confirmatus est Codex ille, canonie primo concilii Chalcedonensis, sexcentorum & triginta Episcoporum saeculo quinto medio fere. Canones sanctorum Patrum per unamquamque synodus nunc usque constitutos obtinere statuimus. Postea eundem confirmavit Imperator noster Justinianus Novella 131. quæ scripta anno 541. Ex qua merito cum clarissimo Eichelio præfatione, ad Procopii ἀνέδοτα colligimus, Codicem hunc esse partem nostri juris Justinianæ. Meritoque istam novellam constitutionem sequeretur, utpote qui Justiniani auctoritate confirmatus, vim legis obtinet. Verba Constitutionis supra sunt relata. Maxime cum statim ex synodi textæ collatione 2. adserum, hoc primum ab Imperatore Justiniano introductum, ut prima quatuor concilia Ecumenica in diptycha Ecclesiastica referrentur, publice recitarentur, & vim legis haberent (6); quod quando factum sit, indicat victor Tunnunensis in Chronicō: Justiniano Augusto Cos. Orientales Ecclesiæ ejusdem Principis iussione quatuor synodos presentibus sacrificiis publica voce suscipiunt recitari. Nostandum porro, Imperatorem mentionem facere in d. Nov. 131. canonum θρο των αγιων τεσσαρου σωματιδων εκτεθέντων, η βεβαιωθέντων constitutorum, aut confirmatorum: per constitutos canones intelligit canones in ipsis quatuor conciliis sancitos, per confirmatos intelligit canones priorum conciliorum ante Nicenam primum, qui in eo sequentibus sunt suscepti & confirmati, nempe synodorum Ancyranæ, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiochenæ, Laodicensis. Quorum canones pari passu, in iisdem diptychis asservabantur, in quibus ipsi canones quatuor conciliorum. Ex hoc codice passim deponit suas constitutiones Ecclesiasticas Imperator noster Justinianus, qui in Codice & Novellis extant, quod demonstrat passim in notis Christophorus Justellus doctissimus, quas ad hunc codicem scriptis. Post Justinianum Imperatorem Græci quædam huic codici addiderunt, quæ enumerantur in synodo sexta Ecumenica, can. II. anno 681. celebrata. Canones nempe Apostolorum LXXXV. de quibus postea dicimus, Sardicensis concilii canones XXI. item Africæ concilia, sanctorumque Patrum canones sive Canonicas quasdam Epistolas, Theophili, Dionysii, Petri, Athanasii, Timothei Alexandrinorum Episcoporum; Gregorii Neocæsariensis, Basilii Cæsareæ Cappadociæ, Gregorii Nysseni, Gregorii Theologi, Amphiliachi, Ieonii & Gennadii, Patriarchæ Constantinopolitanæ. Quem postea sic auctum confirmat synodus Nicæna secunda anno 787.; citat enim ex eo canonem LIII. Apostolorum, & VIII. synodi Nicæna I. Videatur ejus actio II. Θ Christophori Justelli Prefat. ad codicem illum saepe jam laudata, ubi recte ab hoc Codice jus canonum quod nunc vocamus, dicit, originem daxisse; atque antiquissima illa canonum collectione, utramque cum Orientis, tum Occidentis Ecclesiæ diu usum sive. Ex Oriente quippe canones & eorum collectiones in Occidentem & Africam transiverunt; ita ut Orienti originem juris canonici merito tribuamus. Occidentalis Ecclesia ante concilium Nicænum nullos canones noverat, sed sacrae scripturæ auctoritate, moribus seu jure non scripto urrebat; post Nicænum concilium, ejus canones solos recepit, usque ad tempora Innocentii Primi, qui saeculo quinto

c 2

49. Canones in diptycha Ecclesiastica von lati.

50. Quid in novella 115. verbum περιπτυχεσθαι significat.

51. Confirmatur in concilio Chalcedonensi, & a Justiniano Imperatore.

52. Codex canonum est pars iuriū civilis.

53. Novella 131. explicata.

54. Quid additum post Justiniani tempora.

55. Iterum confirmatus a concilio Nicæno secundo.

56. Ab hoc Codice jus Canonum habet originem.

57. Collectionis canonum stadium ex Oriente progreditur in Occidentem & Africam.

58. Occidentis quanto caperit uti canonicis.

sæc. Valentianino seniori, de quo ita scriptis S. Ambrosius Epist. 32. lib. 5. Editionis Parisiensis 1539. „ Nec quisquam contumacem judicare me debet, cum „ hoc afferam, quod augustæ memorie pater tuus non „ solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: in causis fidei, vel Ecclesiastici aliquius ordinis eum „ judicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimili. Hæc enim verba rescripti sunt; hoc est sacerdotes „ de sacerdotibus voluit judicare“. Si ergo isti solummodo possunt judicia preferre, ab ipsis etiam leges Ecclesiasticae vim habent obstringendi, non ab Justiniano. W.

(6) Nil clarius in Divinis Literis, sanctorumque Patrum scriptis fortassis offendit potest, quam quod Canones Conciliorum universalium res Ecclesiæ, atque religionis cultum respicientes vim legis obtineant ab Episcopis & Ecclesiæ Pastoribus, a quibus tantummodo conditiqueunt. Episcopi sunt, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Actor. 20. V. 28. Hinc eorum est leges Ecclesiasticas edicere, quibus fidèles obligantur; nec quid roboris, aut valoris eis præmit sua confirmatione adiungere Justinianus, cum sacri canones extra sphaeram omnino sint laicæ potestatis: hoc perspicuum ipsius Imperatoribus fuit, & pre-

in eunte seu anno secundo ad Episcopatum Romanum pervenit, quod probat ejus *Epistola ad Clerum Constantinopolitanum apud Sozomenem*, lib. 8. c. 26. relata his verbis: ὅτι καὶ περὶ τῆς τῶν ιαγόνων παραφύλακτῆς τέτοις δεῖ ἔτεσθαι γράφουμεν ὅπινεν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τῷ ὀρισμένῳ, οἷς μόνοις ὁφεῖται ἔχοντειν ἡ Καθολικὴ Εκκλησία, καὶ τέτοις γνωρίζειν εἰ δὲ ἔτεροι ὑπὸ τινῶν προτεροῦται ὅπινεν απὸ τῶν ιαγόνων ἐν Νικαίᾳ διαφορεῖται, καὶ ὑπὸ αἱρετιῶν ἐλέγχονται σωτετάχθαι, οὓτοι παρὰ τῶν Καθολικῶν ἐπισκοπῶν ἀποβάλλονται &c. Nos enim quantum ad canonum observantiam attinet, illis obsequendum esse scribimus, qui Nicæni determinati sunt, quibus solis obtemperare ὁ suum suffragium addere Ecclesia catholica debet. Si qui vero ὁ ἄλλοι quibusdam proferuntur, qui a canonibus Nicæni discrepant, ὁ ab hereticis compositi reprehenduntur, hi vero ab Episcopis catholicis reiiciuntur. Hereticorum enim commenta catholicis canonibus adsuere non licet, semper enim vel per contraria, vel per illicita, labefactare student voluntatem concilii Nicæni. Non solum igitur his non obtemperandum esse dicimus, sed ipsa potius una cum hereticis ac schismaticis dogmatibus esse condemnanda: Quomodo ὁ αντει in Sardicensi synodo ab Episcopis predecessoribus nostris factum est. Ira ex recitato loco Sozomenis arbitratur Petrus de Marca, lib. 3. cap. 2. de concord. sacerd. ὁ Imperii. Vereor tamen, ne sub Nicæni canonibus in hac Epistola Innocentii, etiam lateant ii, qui ante synodum Nicænam in particularibus conventibus sunt sancti, quos supra retulimus esse confirmatos & receptos a synodo Nicæna, ut & hos habuerit Ecclesia Romana, cum Nicæni primos in diptychis suis Ecclesiasticis, seu in corpore suo canonum. Quamquam eos conetur removere cap. 3. loc. cit. Petrus de Marca. Quod mihi ideo probabilius videtur, quia ut supra adserum n. 28. & 34. post Nicæna tempora cœptum est studium colligendi canones atque in corpus seu codicem congerendi, & in prima conceptione fuerant præter Nicænos, Synodorum provincialium anteriorum canones, probati & suscepiti a patribus Nicæni, quos per Bezzioνēντα intellexit Justinianus Novella 131. Si itaque Romana Ecclesia recepit Nicæni canones, oportet quoque eos qui in eodem corpore, seu libro cum Nicæni edebantur Ancyranos, Neocæsariensis, Gangrenes & Laodicenos receiverit, quia hi omnes apud antiquos saepe nomine Nicænorum tamquam primorum & principalm veniebant; ut patet ex fraude Zosimi, qui studens eminentiæ Episcopi Romani, collegit Nicæni canones, iisdemque Sardenses subjicit, hōque etiam sub Nicæni vendere voluit; quam collectionem quia a Nicæni orfis fuerat, ab iis quoque sequentes denominaverat omnes, de qua fraude postea [7]. Illud hic inferendum est, quod supra post numerum marginalem trigesimum septimum ponni debuisset; istam primam collectionem materiam sequentibus vel collectionibus vel additionibus dedisse, primamque illam Nicæni concilii & in eo adsumptorum canonum non habuisse certum auctorem, nulliusque collectoris nomen; sed postea cum cresceret illa collectio, ab illis qui sequentia addiderunt, aliquando accepisse nomen. Sic cum Stephanus Episcopus quidam Ephesinus, tempore a Theodosio Magno, post Concilium Constantinopolitanum primum, canonibus Nicæni, Ancyranis, Neocæsariensis, Gangrenibus, Antiochenis & Laodicenibus, addidisset Constantinopolitani primi canones septem, sūm quoque nomen præfixit, quod prætulit Codex vetus bibliotheca eheu! quondam Palatiniæ, quem vidit Christophorus Justellus, ut refert Petrus de Marca, Archiepiscopus Tholosanus. Ex quo male deducere mihi videtur, Henricus Justellus, Christophori filius, qui patris bibliothecam juris canonici veteris, cum Guilielmo Voello Parisiis ante quatuordecim annos edidit, in Praefatione bibliothecæ isti præmissa; Codicem Ecclesiæ universæ, copiæ demum post concilium Constantinopolitanum primum, id est post annum 381. sub Theodosio Magno, ejusque collectorem esse Stephanum illum Ephesinum Episcopum, idque ob memoratam inscriptionem codicis, quondam Palatini; cum ille Nicæni canonibus, & qui cum Nicæni ambularunt, tantum septem Constantinopolitanii concilii, aut forte etiam XXV. Laodicenos provinciales addere potuerit, Nicæni vero cum quatuor concilii anterioribus, in unum collecti corpus ante eum fuerint. Accurarius idem postea in Praefatione præfixa Codici canonum Dionysii Exiguī, in tempus inquirit. Vide eum in Biblioth. juris veteris canon. Stephanum illum postea imitati sunt Episcopi sequentes, qui suo tempore addiderunt canonis concilii Ephesini & Chalcedonenses. Isque fuit Codex Ecclesiæ universæ, seu Catholicæ, quo usus Oriens, & quem Occidens in Latinum vertit. Quem Justellus sæculi hujus anno X. vulgavit & restituit, iterumque publicavit filius anno 1661. in bibliotheca juris canonici veteris, additis canonibus Ephesini & Chalcedonensis. Qui paulo obscuratus fuit, postquam Græci habita synodo Constantinopoli in Trullo ediderent alium Codicem, qui fuit Codex Ecclesiæ Orientalis, paulo diversus, a Codice Ecclesiæ universæ. Quæ neglecta & ignorata distinctio impulit Cardinalem Perronium in respons. ad Magnæ Britannie Regem lib. 1. c. 53. ut imperiū & malæ fidei sine causa Christophorum Justellum ar-

(7) Solita est Reformatorum consuetudo pro sua honestate, ac benignitate reformata in pravum sensura Romanorum Pontificum gesta semper interpretari; ita Magdeburgenses Centuriatores, & post eos se gessit in Sanctissimos Pontifices Zosimum, Bonifacium, & Cælestium Maastrichti, cui nil posse accommodari exprobari, quam verba Quenellii in praefatione ad Opera S. Leonis expressa „Alterum est, inquit, „ex eodem codice repellit, ac funditus convelli im- „pudentem calumniam, quam famosi illi Magdebur- „genses Centuriatores adversus sanctissimos Ponti- „fices Romanos Zosimum, Bonifacium, & Cælesti- „num sceleratissime struxerant; cum eos palam, & „publice traducunt velut Nicænorum canonum adul- „teratores, falsatores, corruptores: quasi per invanum scelus „& impietatem, ac furiosam ambitionem a Zosimo Papa „scienti ac volente suppositi sint Sardenses canones „pro Nicæni, cum illos sub Nicænorum nomine „Carthaginensi concilio per legatos suos obtulit in ce-

„lebratissima illa Apparii Presbyteri causa... cer- „ta erit deinceps ex codicis inspectione non dicam „modo apud Catholicos, sed & apud quovis non de- „sperata conscientia homines, & scelerata hominum „mente corruptorum protervia; & sinceritas, can- „dorque Episcoporum Romanorum, qui quod acce- „ptum a majoribus in suo Codice legebant, bona fi- „de protulerunt: quos ob eam rem ignorantia ac- „cusare non possis, quin Africanos Episcopos, Ori- „tales ac plerosque Occidentales pariter infirmules, „quibus nullatenus, vel obscure admodum innotue- „rant Sardenses canones, ac Nicænorum numerus, „de quo ad nostram usque ætatem perseveraverit e- „ruditorum controversia“. Hæc Quenellii verba ad quincunque retundendam, quæ poscit in Maastrichtii Historia reperiri, accusationem in Romanos Pontifices quamvis sufficiunt; videatur tamen observatio [32] in notis Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

arguerit, quod in Codicem universae Ecclesiae Sardicenses canones non admiserit. Cum certissimum sit, sunt verba filii patrem excusantis, in prefat. bibliotheca juris canonici praesixa, ut omnes eruditii norunt Codicem Ecclesiae universae, non debere confundi cum eo, qui nunc Orientalis Ecclesiae Codex dicitur, qui a Jo. Tilio [ex quibus rogo, ut explicet, quæ supra num. 46. de Tili, editione dicta sunt] editus est primum Lutetiae, anno 1540. ex M. S. Codice Ecclesiae Pictaviensis, illius summus viri tota argumentationis strues corruat necesse est, cum falso innatur fundamento; Et certe non erat cur in Justello genuinum infringenter ob canones Sardicenses; cum inter emuncta naris viros compertissimum sit, synodi Sardicensis Canones in illo primario codice non extitisse. Hujus assertio testis idoneus est Dionysius Exiguus, qui codicem Grecum versione nova donavit, dum in Prefatione ad Stephanum Episcopum ait, in Chalcedonensis synodi decreta finem esse Gratorum canonum, quibus se subiictere Sardicensis. ¶ Africani concilii decreta, que Latine sunt edita, declarat. Ex quibus verbis colligimus, synodum Sardensem a Grecis inter Orientales synodos non suisse relatum, quippe cuius canones non Grecce sed Latine primum editi fuissent; sed alia eaque potissima ratio extitit, cur statim ab initio illius synodi canones ab Orientalibus Ecclesiis; non fuerint admissi; nimis ob canones de appellationibus ad Romanam sedem, qui e Diacmetro canonibus Antiochenis adversabantur, quos Episcopi Orientales ediderant, qui appellationes extra diocesim graviter. ¶ iniquo animo ferebant. Quemadmodum ¶ Africani patres, qui eandem ob causam Sardenses canones neglexerunt, nec appellationes trasmarinas lubenter admittebant, quippe qui eadem quæ Orientales prærogativa se tuebantur, ut ex variis Codicis Ecclesiae Africanae canonibus palam est. Vindicandus etiam hic est titulus, Codicis canonum, qui dicitur esse Ecclesiae universae seu catholice, quem perstringit Franciscus Florens in dissert. de orig. jur. Canonic. part. 2. Idque verbis ejusdem Justelli, quia nobis non licuit inspicere istam Florentis dissertationem, etiam si longe lateque conquisitam: Rationes inquit, quas ad astriundum, decorari codicem illum, titulo specioso ¶ nimis generali ECCLESIAE UNIVERSÆ, adsumit Fr. Florens, adeo leves sunt, ut per se facile dissolvantur. Non enim necesse est, ut illa collectio codicis universae Ecclesiae titulo gaudeat, ut omnes conciliorum canones a singulis Ecclesiis receptos ¶ editos complectatur; sed sufficere videtur, quod primis Ecclesie temporibus, quibus editus fuit hic Codex, illo solo, nec alio uteatur Ecclesia universalis in disceptandis de disciplina controversis, quemadmodum a concilio Chalcedonensi factum legimus. Sed e diverticulo in viam, certum est non diu Ecclesiam Romanam solis Nicæni, & qui cum Nicæni ambulabant canonibus, usum fuisse. Sed eam eodem studio cum Orientalibus collegisse canones, quibus cum iisdem hostibus, qui utramque impugnabant Ecclesiam pugnaret. Eos autem conquisivit ex Oriente; & in Latinam linguam vertit. Fuisse enim Codicem canonum in Ecclesia Romana, ante versionem Dionysii Exigu, atque attatum: primo ex fraudulenta illa collectione Zosimi Pontificis Romani, qui saeculi quiri anno decimo septimo, ad synodum sextam Carthaginem 227. Episcoporum Faustum Potentia Episcopum, Philippum & Aselium Ecclesiae Romanae presbyteros misit, portissimum ut Episcopi Africæ ad Romanum appellarent. Quod ut probaret allegavit canones synodi Nicæna, sed ex sua collectione, quæ continebat Nicenos canones XX. Ancyranos XXV. Neocæsarienses XIV. Sardenses XXI; qui simul computati faciunt canones LXXX. Haec collectionem Zosimus nomine canonum Nicænorum protrusit patribus; a posteriori parte nemore canonibus Nicæni, & Nicæna synodo probatis, quibus adjunxit Sardenses ab Orientalibus ut statim adserendum & Africanis patribus repudiatos, iisque tamquam Nicæni adstruere appellationes ad Romanam sedem voluit. Tantum etiam negotii patribus illis fecit, ut pro detegenda fraude ad Constantinopolitanum, Alexandrinum & Antiochenum Episcopos mitterent, petrum canones authenticos Nicænos. Vide totam rem accurate narratam & examinatam a D. Mornato in Mysterio iniquitatis, mihi pag. 51. edit. Gorichenensis. Inde forte natus error de LXXX. canonibus Nicæni, & disputatio de numero canonum Nicænorum. Quorum tamen constat, vixi tantum esse genuinos, quos probant, præter Codicem canonum Ecclesiae universæ, ejus versiones variae & historia Ecclesiastica verior. [8]. Vide Theodoretum itemque Socratem. Stephanum Papam cap. 13. l. 16. quam rem disquisitioni accuratori reservabimus: & nunc tantum Lectorem remittimus ad observationem Christoph. Justelli, ad Codicem canonum Ecclesiae Africanae, ad illa verba Codicis Africani. Statuta quoque Nicæni Concilii in XX. capitulis similiter recitata sunt; in Bibliotheca juris canonici veteris pag. 420. & auctor monemus istos LXXX. quos Alphonsus Pisanus & Franciscus Turrianus Jesuitæ ediderunt ex Arabicis translatos, esse spurios & suppositos. Accepérunt autem illos, ut fertur, ab Alexandrino Patriarcha duo Legati, quos ad eum miserat Pius Quartus, ut ad concilium Tridentinum invitarent. Secundo patet versionem antiquam Codicis canonum, usque ad Chalcedonensem synodum habuisse Ecclesiam Romanam, ex iustis Dionysii Exigu querelis, ad Stephanum Episcopum Salonianum, cuius hortatu suam versionem suscepit: in qua se præcisæ translationis confusionem offensum dicit, quod & Magaus Baronius ad annum 527. n. 72. adserit; Dionysium ideo Græcos canones translatisse, non quod Latina Ecclesia habetens caruisset iisdem canonibus latinitate donatis, sed quod sive vitio interpretis, sive librariorum incuria iisdem reperirentur valde mendosi. Sed quid opus est conjecturis, cum ipsam versionem antiquam habeamus ex bibliotheca Christophori Justelli, quam filius eius in bibliotheca juris canonici veteris tomo primo pag. 277. repræsentavit. Est illa a ceteris editionibus editis latinis diversa. Edita ex Codice M. S. literis majusculis & bene quadratis, quod antiquitatem istius Codicis demonstrat. Praefat. Henr. Justelli in Bibliotheca juris canonici veteris, pag. * IIII. Coniicit enim Justellus scriptorium annorum fuisse. Continet canones conciliorum Ancyrae, Neocæsariensis, Nicæni, Sardensis, Gangreni, Antiocheni, Laodicensis, Chalcedonensis, & Constantinopolitan. Perierant injuria temporis in illo Codice canones Laodiceni omnes, maxima pars Sardensem, & pars postrema subscriptionum concili.

65. Adser-
tum titulus
Codicis Eccl-
esiæ Catholicae
seu universae.

66 Regressus
ad Ecclesiam
Romanam que-
non diu ipsa so-
lis canonibus
Nicæni.

67 Id pro-
batum, spuria
seu fraudulen-
ta collectione
Zosimi Pape.

68 Origo er-
oris LXXX.
canonum con-
cili Nicæni.

69 Verus nu-
merus canonum
Nicænorum
adseritus.

70 Probata
iterum versio
antiqua Latini-
na Codicis ca-
nonum.

71 Ipsa ver-
sio antiqua edi-
ta a Justello.

(8) De Philippi Mornati, viri, ut Mastrichtius ait, doctissimi, Libro Misterium iniquitatis inscripto, hoc Sacra Parisiensis Theologia facultas die 22. Augusti anni 1611. in solemnibus Comitij ista de causa subjuramento habitis, judicium protulit, Omnes & simili magistri Theologiae censuerunt dictum librum, (mysterium iniquitatis) tamquam legi divinæ, naturali, & canonicae Patrum antiquorum doctrinæ,

, praxi Ecclesiae Catholicae, sacrificante ritibus ab omni memoria hominum in Ecclesia usitatis, ac receptis omnino contrarium, hereticum, furiosissimum, sed rigorissimum, impudentissimum calumnias, atque mendacias refertissimam, damnandum, execrandum, ac populo Christiano penitus interdicendum. Sibi propterea tanti viri doctrinam vendicent, invidia procul Reformatores. W.

lii Nicæni. Justellus putat hunc interpretem & collectorem non dignitatem conciliorum, sed ordinem temporis secutum fuisse, quod Ordo enumeratus conciliorum, qui & sic in editione invenitur, satis probat: neque obstat, quod Chalcedonensis synodus ante Constantinopolitanam ponatur, & canon XXVIII. Chalcedonensis inter Constantinopolitanos; hoc enim magis descriptori quam collectori imputandum esse videtur, ut & errata quæ passim in isto libro occurrunt, & ex religiosa antiquitatis observantia, ut invenerat, a Justello sunt typis expressa, additis sphalmatis in margine. Putat Petrus de Marca in Concordia sacerdotii & imperii lib. 3. pag. 414. Post synodum Chalcedone habitam canones Græcos Latinitate donatos esse, & Occidentibus communicatos, interpretatione in eam rem elaborata, cuius meminit Dionysius Exiguus. Meminit ibidem exemplaris quod extat in antiquissima bibliotheca vaticana, & alterius quem habuit Justellus, quem editum esse diximus. Ex allato supra Innocentii primi testimonio, vereor ne aliter statuendum, nempe jam ante tempora Chalcedonensis synodi in Ecclesia Romana receptos canones Nicænos, & cum iis a Nicæna synodo adoptatos, iremque versos ex Græco, & post concilium Chalcedonense tantum sequentium coaciliorum canones additos & versos fuisse. Uia est Ecclesia Romana antiqua codicis Graci versione minus accurata, usque ad tempora Imperatoris Justiniani, quibus vixit Dionysius Exiguus Abbas Romanus, qui rogatu Stephani Episcopi Salonianus (male Sixtus Bibliothecarius lib. 2, observante idem Cl. Justello, putat id fecisse Stephanum urbis Episcopum cum temporibus Justiniani neque duobus saeculis post ea federit Romæ Stephanus) vertit ex græco Codicem canonum. Fuit autem hic Dionysius ex Scythia oriundus, Exiguus cognominatus, instituto Monachus, dignitate Abbas. Elogium Bellarmini de eo est hoc: *Dionysius Exiguus, natione Scytha, sed moribus Romanus, quemadmodum cognomentum Exiguus, sed doctrina & sanctitate Maximus.* Sub Theodosio Rege & successoribus claruit, & scriptis: Qua de re est elogium H. ur. Justelli in Praefatione editionis Codicis hujus nostri Dionysii, (quod vide) & quidem primo Cyclum Paschalem, ab an. 525. in quo, omisso profana numeratione annorum ærae Diocletiani Imp. computare annos cœpit a nativitate Domini Nostri. Illustre est ejus elogium apud *Cassiodor.* ejus synchronum de Divin. let. cap. 23. quod affabre virum hunc depingit: Generat etiam hodieque Catholica Ecclesia viros illustres probabilium dogmatum decore fulgentes: fuit enim nostris temporibus, & Dionysius monachus, Scytha natione, sed moribus omnino Romanus, in utraque lingua valde doctissimus, reddens actionibus suis, quam in libris Domini legerat æquitatem, qui scripturas divinas tanta curiositate discusserat, atque intellexerat, ut undecunq; interrogatus fuisse, parvum haberet competens sine aliqua dilatatione responsum, qui tecum Dialecticam legit, & in exemplo glorioi magisterii plurimos annos vitam suam Domino præstante transagit. Pudet me de consorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas: ut in nullo se vel extremis famulis anteficeret, cum dignus eset Regum sue dubitatione colloquiis. Interveniat pro nobis, qui nobiscum orare consueverat: ut cujus hic sumus oratione suffulti, ejus possimus, nunc meritis adjuvari. Qui peritus a Stephano Episcopo Salonianus, ex Græcis exemplaribus canone, Ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magna eloquentia luce composuit, quos hos die usu celeberrimo Ecclesia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos assidue legere, ne videamus tam salutares Ecclesiasticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex Græco transtulit in Latinum, quæ utilitati postulant Ecclesiae convenire. Qui tanta Latinitatis & Græcitatis periti fungebatur: ut quoscunque libros Græcos in manibus acciperet, Latine sue offensione transcurrenerat iterumque Latinos Attico sermone legeret, ut crederes hoc esse conscriptum, quod os ejus inoffensa velocitate fundebat. Longum est de illo viro cuncta retexere, qui inter reliquias virtutes hoc habuisse probatur eximium, ut cum se totum Deo tradidisset, non aspernaretur saecularium conversationibus interesse. Causa nimium, cum alienas quotidie videret uxores, mitis cum fere genitum vesano turbine pulsaretur. Fundebat lacrimas motus compunctione, cum audiret garrula verba letitia: jejunabat sine exprobratione prandientium, & ideo coavivis gratauerit intererat, ut inter corporales epulas inquisitus spirituales copias semper exhiberet. Quod si tamen aliquando comederet, parvo quidem cibo, sed tamen eis communibus utebatur. Unde summum genus aestimo patientia, inter humanas esse delicias, & abstinentia custodire mensuram. Sed, ut bona mentis ejus infuscata laude referamus, erat torus Catholicus, totus paternis regulis perseveranter adjunctus, & quicquid possunt legentes per diversos querere, in illius scientia cognoscerebatur posse fulgere. Cujus nomini aliqua pravi homines caluniose nituntur ingerere, unde sua videantur errata aliquatenus excusare. Sed ille jam saeculi perveritatem derelicta, præstante Domino, in Ecclesiæ pace sepultus, inter Dei famulos credendus est habere confortum, dicerem adhuc fortasse reliqua de sancto viro quæ nobis totius probationis veritate comperra sunt, sed necesse est ut propositum nostrum potius execquamur, ne cum sumus debitores alterius promissionis, aliud diu referre importuna loquacitate videamur. Addo aliud Bedæ, de temp. rat. cap. 45. *Primi decennalis circuli cursu temporum ordo prefigit; quem Græci calculatores a Diocletiani principis annis obseruavere: sed Dionysius venerabilis Abbas Romane urbis & utriusque lingue Græco videlicet & Latine non ignobilis prædius scientia, Paschales scribens circulos, voluit eis [sicut ipse testatur] memoriam impii persecutoris innescere, sed magis elegit ab incarnatione Domini Nostri Iesu Christi tempora prænotare; quatenus exordium spei nostraræ notius nobis existerer, & causa reparations humana, id est, passio redemptoris nostræ evidentius eluceret.* De eo Jo. Trithemius quoque & ejus operibus in lib. de scriptor. Eccles. hac habet Dionysius, Abbas Romanus, cognomento Exiguus, vir ingenio & scientia Magnus atque Clarissimus, in scripturis sanctis eruditus, & in disciplina saecularium literarum nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, computista & calculator temporum egregius, scriptis latino sermone nonnulla opuscula. De quibus ego tantum reperi subjecta. Annorum DXXXII. Cyclum Paschalem Magnum. Transtulit de Græco in Latinum vitam sancti Pacomii Abbatis, librum quoque Gregorii Emisseni de conditione hominis, & scripta Proterii Alexandrini Episcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoavit autem Cyclum suum anno Domini DXXXI. claruit sub Justiniano Magno anno DXL. Hæc ex supra relatis sunt emendanda. Roma ejus summam estimationem fuisse, adserit Baron. ad ann. 533. n. 30. fin. Scripta ejus in Bibliotheca sua fuisse testatur *Cassiodorus in divin. instit. cap. 23.* Quid autem Dionysius hic præstiterit in versione canonum, id ex ejus Epistola ad Stephanum Episcopum Salonianum patebit, quam ex collectione canonum Cresconii subiungimus. Habet eam quoque Baronius in Annal. ad annum 527. n. 73. Et edita est cum Indice canonum

72 Quam-
diu usæ sit Ro-
mana Ecclesia
antiqua ver-
sio-
ne.

73 Quis fue-
rit Dionysius
Exiguus; &
quæ ille Codici
in sua versione
addidicit.

Historia Juris Ecclesiastici.

xxiii

num collectionis ipsius ex manuscripto Viri eruditissimi N. Fabri, tandemque inserta bibliotheca
Juris Pontificii Henrici Jutelli.

Domino venerabili mihi, patri Stephano Episcopo Dionysius Exiguus in Domino salutem.

Quamvis charissimus frater noster Laurentius assidua & familiari cohoratione parvitatem nostram regulas Ecclesiasticas de Greco transferre impulerit, confusione credo prisca translationis offensus: nihilominus tamen ingestum tue beatitudinis consideratione suscepit, cui Christus omnipotens Deus, solita populo pietate propiciens, summi sacerdotis contulit dignitatem; ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Ecclesiam Domini morum sanctitatem condecoras, etiam sacratissima jura Pontificalibus per Dei gratiam digestis conventionibus intemerata conservans, perfecto reginine clerum plebemque moderareris; nullatenus nostri saeculi more contentus, quo prouius desideramus recta nosse quam facere: sed divino iunctus auxilio, que fieri pricipis, ante perficias, ut efficacissimo Fidelibus proposito exemplo. Magna est siquidem jubentis auctoritas, eadem primitus iusta complebitis: quatenus involvula Ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permanens, ad capessendum perenne premium Christianis omnibus prestat accessum: per quem & sancti Presules paternis munitantur regulis & obedientes populi spiritualibus imbuantur exemplis.

In principio itaque canones, qui dicuntur Apostolorum, de Greco transtulimus: quibus quia pluri-mi consensum non praebuere facilem, hoc ipsum ignorare vestram noluimus sanctitatem: quamvis postea quodam constituta Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicene Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, sive que ante eam, sive que postmodum facta sunt usque ad Synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum quintum, sicut habetur in Greca auctoritate, digestissimus. Tum sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his Greorum canonum finem esse declaramus.

Ne quid preterea notitia vestre videamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis concilii, atque Africani, que Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta. Universarum vero definitionum titulos post hanc prefationem stricilius ordinantes, ea, que in singulis passim sunt promulgata conciliis, sub uno aspectu locavimus, ut ad inquisitionum cujusque rei compendium aliquod attulisse videamur.

Ex qua pater, Dionysium Exiguum suae interpretationi, in qua Graecos canones continua, nec interrupta serie numerorum computavit ad modum codicis Graeci, addidisse Canones, qui vocantur Apostolorum, Sardicense concilium, item Africana quedam concilia. Cujus codex in eo diversus est a Codice Romano, qui Moguntiae & Parisiis est editus, ut supra notatum, quod hic non numeret canones una serie, seu non interrupto ordine; sed cuique concilio suos adsignet, atque novo incipiente concilio, novos quoque incipiat numeros; decurrit autem Dionysii Codex usque ad numerum CLXV. qui est tertius canon concilii Constantinopolitanus primi, cuius septem inveniuntur in codice Ecclesiae Universae Graecae, tres vero etiam tantum in Codice canonum Romano. Canonum Ephesinorum non meminit Dionysius, forte quod Codex Graecus in concilio Constantinopoli finitus fuerit. Quæ forte etiam causa est, quare in Codice Romano non inventi sunt canones Ephesini, quia ab Dionysio non erant versi nec inventi; sunt tamen a Justiniano cum aliis probati. Postea apud Dionysium nova numeratione sequuntur XXVII. canones concilii Chalcedonensis, & nova item numeratione canones synodi Sardicensis, qui tantum Latine editi sunt. Tandem claudunt zamen ex variis Africanis conciliis, itidem nova numeratione ejus canoniam collectionem CXXXVIII. canones Africani. Adeo ut Dionysianus hic codex partim ex Greorum partim ex Occidentalium synodis collectus & compilatus fuerit. Meminit hujus collectionis Hincmarus Remensis Archiepiscopus, in opusculo LV. capit. adversus Hincmarum Laudanensem Episcopum cap. 43. Qui sunt, inquit, quos & Apostolica sedes, & omnes Episcopi per universum Orbem, & omnis Ecclesia catholica canones appellat? Quique a Niceno concilio, quod primum in nostris codicibus, quos ab apostolica sede maiores nostri acceperunt sequendos, per ordinem usque ad Africanum con ilium, pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis, retinent. Hisce conciliorum canonibus Dionysius Exiguus Romanorum Pontificum decreta, quotquot inveniri potuerunt, sub una numerorum serie, eodem quo patrum canones digesti modo, & primus collectioni canonum subjunxit. Antiquiores enim Collectores decretales Pontificum Romanorum Epistolas omiserunt, synodorum contenti regulis. Incipit autem a Siricio, quod indicium, cum antiquiores non reperisse: in Anastasio definit. Quæ vero ab Hilario ad Gregorium Juniorum visuntur, ad hanc primam collectionem Dionysii non pertinent, sed ab aliis Dionysio posterioribus additæ sunt. Est vero hæc collectio Decretalium inscripta Juliano presbytero, titulo S. Anastasiæ, a Dionysio; qui Presbyter subscriptis synodis Romæ celebratis, sub Felice Papa Dinamio & Siphidio Cosf. ann. Christi 488. & sub Sytamacho post Cosf. Paulini, ann. 499. Hocque nobis monstrat tempus collectionis Dionysianæ, nempe vel sub finem saeculi quinti, vel principio saeculi sexti factam esse, & quidem primo eum vertisse canones Graecos, postea collegisse Decretales. Ipsa Epistola ad Julianum præmissa est a Justello Patre & Filio, collectioni decretalium ejus. Hæc est collectio, quam Zacharias Papa in Epistola ad Pipinum majorem domus, & Episcopos Galliæ LIBRUM DECRETORUM vocat, atque ex eo citat quædam capitula Siricii, Innocentii, Leonis, & Gelasii. Observanda quoque obiter differentia inter codicem Dionysii Exiguui, & Codicem Ecclesie universæ, nam canones, I. IV. V. XVI. & XVII. concilii Antiocheni, quod ex concilio Chalcedonensi probatur, in veteri Graeco codice XXX. XXCHI. XXCIV. & XCIV. & XCVI. fuere, qui in Latino Dionysii Exiguui codice LXXIX. XXXIV. XXXV. XCVI. & XCVII. sunt. Verum hæc differentias, orta videtur, quod Ancyranum concilium in Graeco canonum codice habeat viginti quinque canones, & Neocæsariense quindecim, in Latina vero Dionysii collectione quatuordecim & viginti quatuor tantum. Canonesque quartus & quintus Ancyranii concilii, item tertius & quartus decimus Neocæsariensis pro unico habeantur; ut ex codicium collatione facile est observare. Vide sis, Doctissimum Leschafferum in consultatione de contr. inter Paul. V. & Remp. Venetam, & Henr. Justell. Prefat. in codicem Dionysii Exiguui. Illud de collectione & versione Dionysii observandum ex ejus συγχρόνῳ Cassiodoro supra relato, eam potissimum ab Ecclesia Romana esse probatam & receptam, quare etiam absolute CORPUS CANONUM appellari meruit c. i. dist. 19. eoque nomine a posterioribus laudari solet. Quod confirmant Gratiani emendatores Romani, in prefat. quam Gratiani decreto prefixerunt: Accusat tamen eam Mejer. in Prefat. Cod. canon. Eccles. universæ: præmissa, quod labore studio partium, & Dionysius nimium addictus sedi Romanae fuit.

74 Quid dif-
ferat Codex
Dionysii Exi-
gui, a Codice
Romane Ec-
clesiae.

75 Dionysius
primus collector
Decretalium.

76 Decreta-
les incipiunt a
Siricio.

77 Differen-
tia inter codi-
cem Dionysii
Exiguui, & Ec-
clesie Univer-
se in dinume-
ratione cano-
num.

78 Dionysii
collectione & ver-
sio flatim Ro-
mae recepta.

suerit: Hæc ab Adriano I. Papa Carolo Magno ad ordinandas Ecclesiæ occidentis Romæ data est. Quod quando factum disquirit Doctiss. Sirmund. in Tomo II. conciliorum Gallie pag. 117. ubi probat non epitomen canonum Orientalium & Africanorum, quæ edita Ingolstadii primum tomo II. Antiq. Lect. Canisi, deinde Coloniae tom. III. conciliorum, ut ibidem dicitur; sed integrum collectionem canonum & decretalium Dionysii Exigu, quæ codex canonum vocatur, Carolo Magno oblatam esse. Hoc declarant plurima, quæ in Bibliothecis Galliae visuntur, collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa est, Hadriani ad Carolum epistola, quæ primis singulorum versuum litteris hunc titulum reddit, DOMINO EXCELL. FILIO CARULO REGI HADRIANUS PAPA. Epistola autem ipsa sic habet, tum in aliis passim, tum in vetustissimo S. Germani codice, Caroli ipsius Magni temporibus exarato, anno regni ejus XXXVII. id est Christi DCCCV.

Epistola Hadriani Papæ ad Carolum magnum Regem, quæ in antiquis exemplaribus Codici Canonum preponitur.

D Ivina fulgens doctrina sceptræ præcellit regni,
O rigo regum felix, semper genitura beata,
M olem perspicimus legis gratiam laudis habere.
I usto dignitur rege Ecclesiæ almæ defensor,
N umquam enim vinci potest disciplina cælestis,
O lym jam sumens paterni triumphans regni
E exemplum, quo devota fides victoria gaudet,
C hristo juvante, ac beato clavigero Petro,
C unætas adversas gentes regalibus subdit plantis,
E n radix beata instar contulit prole.
L àeta Deum colere, legem semper amare divinam,
L audabilem servare fidem, sanctamque defendere vitam.
F autorem prorsus habens janitorem in triumphis cæli.
I ipsius, freta virtute viætrice persistit semper.
L umen sequens doctrinæ fidei Apostolicæ Sedis,
I in hanc sanctam sedem magnus Rex Carulus splendet.
O mnibus per eum ditata bonis triumphat ubique,
C aleste semper in his habere meruit regnum.
A rma sumens divina gentes calcavit superbas.
R eddedit præsa dona Ecclesiæ matri suæ,
U rbesque Magnas, fines simul & castra diversa.
L angobardam & Erulam virtute divina prostravit gentem.
O vans amplectitur fidem, quam suscepit ab avis.
M agna profapia hæc in toto rutilat mundo:
A ltus, nobilis, nites, regit diversa regna.
G audens celer ad limina venit Apostolorum fôspes,
N imis laudibus hymnisque populo celebratur ab omni.
O bnixe pro se summum orare Antistitem poscit,
R edimi sibi noxas a juventute commissas.
E xurus suffragiis almis spondebat lingua magistro
G enium servare sanctæ Ecclesiæ in ævo Romanæ,
I ustitias almi Petri sui protectoris tueri.
H abilem ut super donans in ejus Confessione libavit.
A dhæc Hadrianus Praeful Christi prædictus triumphos,
D extera protegi diu divina Petro comitante Pauloque.
R omphæam victoræ donantes, atque pro te dimicantes,
I nlæsus cum tuis victor manebis, nempe per ipsos
A ditum perunt urbis Papiæ te ingredi victorem.
N efa perfidi regis calcabis Desiderii colla,
U vires ejus prosterrens merges baratro profundi.
S eptus Langobardorum regno, munus reddes tuum
P ollicta sacra dona clavigeri aulæ Perri,
A amplius donans tibi victoriam, simulque honorem
P er sæcla regnare cum tuis hic, in fuuroque soboli.
A A lege nunquam discede, hæc observans statuta.

Hactenus Hadriani Epistola, ut ex corruptis exemplaribus elicì potuit. Et ea monumentum vergentis ad barbariem sæculi. Quod vero ad tempus attinet, cum Carolum ter in urbem Hadriano superstite venerit, anno nimirum DCCLXXIV. cum Papiam ob sideret, anno iterum DCCXXCI., cum ejus filii Pippinus Italiae, Ludovicus Aquitanæ Reges ab Hadriano inuncti sunt, anno denique DCCXXCVII. cum inde Capuam quoque, ac Beneventum adversus Grimoaldum Ducem profectus est: nos, tametsi res incerta est, codicem Hadriani ad postremam potius profectionem referendum diximus, quam quod aliis placuit ad primam, cui multa, quæ in ejus Epistola leguntur, convenire vix possint. Præter Sirmondum in Gallia multa exemplaria manuscripta prostare testatur *Anonymous*, in *Præfatione Breviarii canonum Fulgentii Ferrandi*, quam præfixit editioni Parisensi anni 1609. Inferuntur postea huic codici, ut dictum, Epistolæ Paparum Romanorum, Syrici, Innocentii, Zosimi, Cælestini, Leonis & Gelasii; Quorum etiam meminit Cresconius in suo Breviario, item Hilarii Symachi, Hormisdæ, Simplicii, Gregorii Junioris, qui Episcopatum Romanum sæculo quarto decurrente usque ad octavum incipiens, administrarunt. Hoc ordine quoque recenset seriem codicis hujus Leo IV. Papa. Apud Gratianum e. de libellis dist. 20. De libellis, inquit, & commentariis aliorum non

con-

convenit aliquem judicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum canonibus, quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, sunt canones Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrenium, Antiochenium, Laodicenium, Constantiop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium, & cum illis regulæ præstulum Romanorum, Sylvetri, Syrici, Innocentii, Zoimi, Cælestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Qui ordo comparet quoque in Codice canonum Romano Moguntiæ & Lutetiarum edito, nisi quod ille codex non habeat Epistolam decretalem quæ Sylvestro tribuitur, & synodi Ephesinæ canones oœto; sed loco eorum Joannes Wendelinus, qui istum codicem Moguntiæ primus anno 1525. edidit, se synodicalm Epistolam Ephesini concilii, cum XII. capitulis contra Nestorium huic adjunxit scribit. Quod facile condonandum homini, qui isto saeculo quod potuit præstitit, & non animadvertisit, istos anathematismos non esse concilii Ephesini, sed esse Cyrilli & synodi Diocæsos Egypti. Quod inscriptio epistolæ, quæ actis concilii Ephesini inserta legitur in editione Romana anni 1608. sat probat, & observavit Doctiss. Justellus ad canonum 171. Cod. Eccles. univers. cuius filius istam Epistolam cum anathematismis in Bibliotheca juris Pontificii, Gr. & Lat. Codici Dionysii Exigui, ex ejus interpretatione subjecit, cum Præfatione ad Petrum quendam Episcopum; vide sis Præfat. Henr. Justelli ad Cod. Dionys. Exig. in fine. Habet deinde iste Codex Bonifacii I. & Anastasi secundi Epistolas, quarum nec Cresconius, neque Leo in citato C. de libellis meminit. Est & alia levis differentia, quam observavit Anonymus ille in consultatione de controv. inter Paulum Quintum & Rempub. Venetam, quem diximus esse Doctiss. Jacob. Leschafferium. Quod nimur canon XVI. synodi Antiocheni, in codice canonum, quo usq; est synodus Chalcedonensis, sit nonagesimus quintus in codice vero Romano, in quo suo loco restitui debet omisum concilium Ephesinum (quod tamen non animadvertisit, saltem non monuit Leschafferius) nonagesimus quartus, & in codice Greco quem edidit Tilius, sit nonagesimus sextus, unde differitas illa promanet, ipse Leschafferius late disquirit, & causas indicat, quæ eadem fere sunt, quas nos retulimus supra, num. 77. Hæc initia & progressus sunt codicis canonum in Ecclesia Romana, nunc lustrandæ aliæ Occidentis Ecclesiæ, videndumque quæ fata in iis habuerit. In Galliam eum deportandum dedisse Carolo Magno Adrianum Papam Romanum saeculi octavi an. 773. ut vult Justellus, anno vero 787. ut voluit supra Sirmondus, dictum. Sed ante hæc tempora Galliam habuisse codicem Latinum, vel ex antiqua versione, vel ex versione Dionysii Exigui probat illustris locus ex Gregorio Turonensi, seu potius acta concilii Parisiensis ann. 580. in causa Prætextati Episcopi Rothomagensis, a Gregorio relata. Ipse vero (Rex Chilpericus) ad metatum discessit, transmittens librum canonum, in quo erat quaternio novus adnexus, habens canones quasi Apostolicos, continentes hæc: Episcopus in homicidio, adulterio & perjurio deprehensus, a sacerdotio divellatur. Est ille canon apostolicus 25. Ita censet Doctissimus Justellus. Mihi ex hoc loco valde probabile, imo certum videtur, Ecclesiæ Gallicam habuisse versionem antiquam primo, non illam Dionysii Exigui; Quod in secunda editione Præfationis codicis canonum Ecclesiæ universæ video probasse Christoph. Justellum pag. 21. uti præfixa est a filio Bibliotheca jur. can. veteris. Quia Gregorius dicit, librum illum canonum, habuisse adsum quaternionem novum, in quo continebantur canones quasi Apostolici. Hi enim in versione antiqua non continebantur; ex Præfatione enim Dionysii Exigui supra relata, patet, eum primum eos vertisse, & suæ collectioni inseruisse. Ita ut probabile sit, Chilpericum codici illo antiquo & in Gallia recepto (novum enim nunc concilio obtrudere non audebat) addidisse ex versione Dionysii istos canones quos vocat Gregorius quasi Apostolicos, ad hæc usque tempora in Gallia incognitos, saltem nota receptos. Imo circa tempora Dionysii Exigui mentio Gallicanorum canonum invenitur; refert Gratianus c. Si quis Diaconus, dist. 50. testimonium Hormisdæ Episcopi Romani, anni 515. Secundum titulos antiquorum Patrum sancto spiritu suggeste conscriptos, & secundum sententias CCCXVIII. Episcoporum, quas etiam GALLICANI CANONES continere videntur, clerici in adulterio deprehensi. Facit & horum mentionem canon XI. concilii Tarragonensis anno 517. habitu. Ut nullus Monachorum Forensis negotii susceptor vel executor existat, nisi id quod monasterii possit utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante. Canorum ante omnia Gallicanorum de eis constitutione servata. An vero per Gallicanos illos canones sit intelligendus codex canonum Ecclesiæ universæ, ambigo, probo hac in re Doctissimi Justelli sententiam, qui [quod etiam in plerisque aliis Ecclesiis videmus factum, ut postea patebit] duplum codicem Ecclesiæ Gallicanæ agnoscit, * unum quem cum Ecclesia universa recepit; alterum, qui Gallicanos canones habuit, id est eos qui in conciliis Galliarum erant decreti. Probat id Hormisdæ Papa apud Gratianum, c. Si Diaconus, dist. 50. Adde Christ. Justellum in Præfat. cod. canon. Ecclesiæ universæ, secunde editionis, uti ea premissa est bibliotheca juris canon. veteris., pag. 23. Quod non obscurè collegit ex duobus Agobardi Lugdunensis Episcopi locis, qui sub Ludovico. Caroli M. Filio vivit. Primus est ex libro de dispens. Eccles. Sunt, inquit, qui Gallicanos canones aut aliarum regionum putent non recipiendos, ea quod Legati Romani seu Imperatoris in eorum constitutionibus non interfuerint. Ex quo clarum loqui illum de Galliarum conciliis, & hos eum vocare canones Gallicanos. In oecumenicis enim conciliis & legati Imperatoris, & Episcopus Romanus vel ipse vel legati ejus comparebant. Alter est ex Epistola ad Imperatorem de duello. Huc accedit quod pia consideratione dignum videtur de canonibus scilicet Gallicanis, qui quasi superflui aut inutiles a quibusdam respiuntur, eo quod Neoterici Romani eos non commendaverint, cum antiqui religiose eos venerati sint; neque hoc idcirco dicitur, ut passim omnium Episcopatuum conventuum sanctiones æquali auctoritate recipiente credantur, ut Niceni, Chalcedonensis & ceterorum Generalium ex totius Mundi consensu congregatorum & receptorum; sed quia congrua veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides sit eis adhibenda religione debita. Quod idem videtur confirmare concilium Valesiense II. anni 529. canonie primo, dum distinguit, inter canones antiquos & novellos; ubi per antiquos canones indicatur codex canonum Ecclesiæ universæ, per novellos vero ii, qui proprii sunt conciliorum Galliarum. Clarius id probat causa Ingeltridis, sub Childeberto Rege, in qua Gregorius canonum Nicænorum nomine citat canonem XVI. concilii Gangrensis, Canonum, inquit, Nicænorum decreta relegi, in quibus continetur. Quia si qua reliquerit virum & thorum in quo bene vixerit, dicens quia non fit portio in illa cælestis regni gloria, qui fuerit conjugio copulatus, anathema sit. Vid. Gregor. Turon. lib. 9. c. 33. Præterea & Synodi quedam Gallicanæ, ut Valentina, Rhagensis, Arelatensis II, Agathensis, & Epaonensis

Tom. III.

79 Convenientia & disensus codicis Romani cum ordine memorato Leonis Papæ.

80 Aliæ Ecclesiæ Occidentis præter Romanam, habuerunt quoque olim codicem canonum, habuit Gallia.

81 Cujus versionis diffinissimum.

82 Duplex Codex Ecclesiæ Gallicæ.

* Et affabre demonstrat Christ. Justellus in Præfat. ad Cod. Can. Ecclesiæ Africæ que fides addit pag. 312. Bibliotheca juris canonici veteris.

xxvi Gerhardi Von Maastricht

citant canones Nicænos, Aneyranos & Laodicenses ex veteri translatione apud Gallos tunc recepta, quæ apud Isidorum Mercatorem reperitur, qua semper liberius usi sunt, quam Dionysiana, usque ad Caroli Magni tempora, ut ferunt curæ secundæ Christoph. Justelli in *Prefat. Cod. canon. Eccles. univers. premiss. Bibliothec. jur. canon. veter.* a filio pag. 21. unde cætera repeate. Successu temporis in hunc codicem Gallicum adoptati etiam canones exterorum conciliorum. Veluti Africani, qui & in codicem Ecclesiæ Romanæ sunt recepti. Colligi id potest ex *Conciliis Matriconensis II.* quod celebratum an. 588. canone VI. Jam enim (sunt verba canonis) de tali causa, & in conciliis Africanis definitum est, quam definitionem nostrum quoque dignam duximus sociare decreto & adlocare: ut sacramenta altaris, non nisi a jejunis celebrentur. Receptas etiam quasdam decretales epistolas Pontificum Romanorum, esse, probat concilii Agathensis celebrati anno 506. canon IX. ubi Siricii decretalis adsumitur, & canonibus inseruntur. Quæ est Siricii epistola ad Himerium Tarraconensem, quæ legitur in codice canonum Romanæ Ecclesiæ. Ut valde probabile sit, antiquum illum codicem Gallicum ambulasse pari passu cum Romano, eo crescente etiam crevisse. Quod non obscure quoque probant capitularia Caroli Magni, quæ varia capitula ex codice Romano & epistolis decretalibus Episcoporum Romanorum in eo contentis, laudant. Quod tamen verum tantum de Decretalibus, in codicem Romanum antiquum relatis, non de iis quas postea Isidorus Mercator, (de quo infra dicemus) collegit, vel fixit & supposuit a Clemente ad Silvestrum: de quibus verum, quod Episcopi Gallæ scribunt ad Nicolaum primum urbis Episcopum anno 860. *Decretalia priscorum Pontificum in toto corpore Codicis canonum non inveniri descripta*, contra quos insurgit Nicolaus Papa in c. *Si Romanorum I. dist. 19.* Sed ut dictum, id accipiendum de decretalibus a Siricio usque ad Gregorium Juniore, quoque comparent quoque in codice canonum Romanæ Ecclesiæ. Patet id ex citatione Hincmari Rhemensis Archiepiscopi, qui temporibus Nicolai primi yixit; qui passim istas tantum decretales citat; Exemplum præbeat Epist. 6. cap. 23. ubi Lancentii Papa Romani laudat epistolam ad Vietricium Rothomagensem Archiepiscopum, ex sacris canonibus promulgatam. Improbatur vero Silvestri decreta, Epist. 8. cap. 22. & 23. Ceterum, inquit, quoniam quidam quasi in auctoritatem proferunt S. Silvestrum Papam decreuisse talia que catholica Ecclesia inter synodalia decreta non computat, que majores nostri inde nobis tenenda suis posteris reliquerunt, hio necessarium ponere duximus. Scriptum namque est in quodam sermone sine exceptoris nomine de gestis S. Silvestri excepto, quem Isidorus Episcopus (Hispanensis) collegit cum Epistolis Romane sedis pontificum a S. Clemente usque ad B. Gregorium, eundem Silvestrum decreuisse, ut nullus laicus crimen clericorum audeat inferre, & que dicta quam adversa sibi & quam diversa a sanctis canonibus, & sacris legibus sint, nemo est qui dubitet, qui & hoc dicta cum ratione attenderit, & sacras regulas, ac leges diligenter legit. Ubi per Isidorum intelligentus Isidorus Mercator, de quo postea. Ex Gallia in Hispaniam transeamus, ubi quoque codex canonum receptus, & quidem ut in Gallia duplex. Antiquus ille, Ecclesia universæ, quem probabile est, eos accepisse a Romanis. Eum habere primo potuerunt ex antiqua Latina, postea etiam ex nova Dionysii Exigui versione, usque ad Martini Bracharense Episcopi interpretationem; Quamquam non valde probabile, eos Dionysii Exigui versionem habuisse aut receptione, quia ea satis accurata erat, ut nova versione Martini Bracharense potuisse supersedere; Utroque enim eodem saeculo adornata est, nempe sexto, illa Dionysii Exigui paulo ante, vel sub Justiniano Imperatore, altera Martini Bracharense septimo anno post mortem Justiniani, nempe anno 572. Solet is codex Hispanicus Ecclesiæ universæ, citari sub titulo *Prischorum canonum*, ut censet *Doctissimus Justellus*, in sua sepius allegata *Prefat. Cod. can. item antiquorum canonum*. Veluti in subscriptione concilii Toletani secundi, quod habitum fere circa ea tempora, quibus Dionysius Exiguus suam interpretationem adornavit, *Salva auctoritate prischorum canonum*. Imo & *Codicis canonum mentio* fit, in *concilii Bracharense primi canone XVIII.* quod Novenio ante versionem Martini Bracharense est habitum, secundum quosdam. Canonis verba sunt hæc: *Lucretius Episcopus dixit: Necessarium arbitror si vestre frateritati videatur, ut instituta sanctorum Patrum, recensitis antiquis canonibus, innoteant: que et si non omnia, certe pauca vel quedam, que ad instructionem clericalis discipline sustinent, relegantur. Omnes Episcopi dixerunt: placet quod dictum est, congrua res est; ut quibus fortasse per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiant sanctorum canonum regulam & observent, Relecti sunt ex CODICE coram concilio, tam generalium synodorum canones, quam localium; & canone XL. Placuit ut præcepta antiquorum canonum, que modo in concilio recitata sunt, nullus audeat preterire: Fit quoque mentio Codicis Canonum in concilio Toletano quarto, seculi septimi anno trigesimo tertio habitu, Can. III. Diaconus CODICEM CANONUM in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronunciat. Alter Codex Canonum Hispanæ specialis, & collectus fuit ex conciliis potissimum Hispanæ. Quibus Clariſſ. Justellus addita probat quedam ex conciliis Gallæ, item epistolis decretalibus Pontificum Romanorum. Concilium Tarraconense anni 517. can. XI. jubet observari canones Gallicanos. Ille deuse concilium habitum anno 524. & Valentinius can. 2. synodi Agathensis & Reginensis meminere; plura testimonia vide apud Justellum. Decretalium pontificum Romanorum facit mentionem concilium Toletanum III. canon. I. Anno 589. & Barcinonense canone III. anno 599. Quas itidem Justellus probat esse eas epistolas, quæ in codice canonum Ecclesiæ Romanæ leguntur. Quia Canone XVI. Conc. Toletani IV. dicitur: *Synodica Præfulum Romanorum decreta apocalipsina Joannis inter divinos libros recipiendum constituere*, idque factum appetit Epistola Innocentii I. ad Exuperium Tholofanum Episcopum. Deinde quia in concilio Toletano VI. anni 638. laudatur Leonis I. Papa Romani sententia, ex Epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopum scripta. Utraque autem & Innocentii & Leonis Epistola in Codice canonum Ecclesiæ Romanæ legitur. Oceanum si traiciamus in Britanniam, cognitus ibidem fuit codex canonum, sed qualis ille fuerit, an Ecclesiæ universæ, an vero particularis quidam proprius, non ita clarum. Item nec quo tempore collectio illa facta, aut recepta. In *Antiquitatibus Britannice Eccles.* proditum est, Theodorum Archiepiscopum librum protulisse qui Patrum canones vocabatur, quem & in concilio Herefordensi anno 673. probatum esse, ex lib. 4. Hist. Eccles. venerab. Bede coniicere licet. Anno tertio inquit, Ecgfridi Regis Theodorus cogit concilium Episcoporum, una cum eis qui canonica Patrum statuta diligenter & noscent magistris ecclesiæ pluribus &c. Subiicit postea Theodori presidis hujus coaciliij verba: *Rogo dilectissimi Fratres ut queque decreta ac diffinita sunt a sanctis ac probabilibus Patribus, incorrupta ab omnibus nobis serventur. Hec & alia quamplura, que ad charitatem pertinebant, unitate atque Ecclesiæ conservandam persecutus sum. Cumque explessam proloctionem, interrogavi unumquemque eorum**

83 Quomo-
do creverit co-
dex Gallicus
ex conciliis Af-
ricanis.

84 Ex de-
cretalibus.

85 Quæ de-
cretales in co-
dix Galli-
cum receptae.

86 Codex
canonum in
Hispania re-
ceptus.

87 Duplex
ille Ecclesia u-
niversæ.

88 Et alter
speciæ conci-
liorum Hispa-
niae.

89 Codex
Ecclesiæ Bri-
tanicae.

Historia Juris Ecclesiastici.

xxvii

sum per ordinem, si consentirent ea que a Patribus canonice sunt antiquitus de cedula custodire; ad quod omnes consacratores nostri dixerunt: optime omnibus placet, queque definiverunt sanctorum canones Patrium nos quoque omnes alacri animo libentissime servare. Quibus statim protuli eundem Librum Canonum, ex eodem libro decem capitula, que per loca notaveram quia nobis maxime necessaria sciebam, illis coram ostendi. Hactenus ille. Ut vero gustus istius codicis exhibeat, ex eodem Beda decem illa capitula subiicitur.

Primum Capitulum.

Ut sanctum diem Paschæ in communi omnes servemus dominica post XIV. Lunam primi mensis.

Secundum.

Ut nullus Episcorum parochiam alterius invadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

Tertium.

Ut quæque monasteria Deo consecrata, nulli Episcorum liceat ea in aliquo inquietare; nec quicquam de eorum rebus violenter abstrahere.

Quartum.

Ut ipsi Monachi non migrant de loco ad locum, hoc est de monasterio ad monasterium, nisi per missiōnem proprii Abbatis: sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conversionis promiserunt.

Quintum.

Ut nullus Clericorum relinquens proprium Episcopum, passim quilibet discurrat, nec alicubi veniens absque commendatiis literis sui præfus suscipiatur. Quod si semel susceptus est, & noluerit invitatus redire, & susceptor & is qui susceptus est, excommunicationi subjacebit.

Sextum.

Ut Episcopi atque Clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato; nullique eorum liceat ullum officium sacerdotale absque permisso Episcopi, in cuius parochia cognoscitur, agere.

Septimum.

Ut bis in anno synodus congregetur. Sed quia diversæ causæ impediunt, placent omnibus in communi ut Kal. Auguſti in loco qui appellatur Closæ semel in anno congregetur.

Octavum.

Ut nullus Episcorum se præferat alteri per ambitionem, sed omnes agnoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.

Nonum.

In communi tractatum est, ut plures Episcopi crescente numero fidalium augerentur; sed de hac re adpræfens filemus.

Decimum.

Pro conjugiis, ut nulli liceat nisi legitimū habere connubium. Nullus incestum faciat, nullus conjugem propriam, nisi, ut sanctum Evangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quisquam propriam expulerit conjugem, legitimū sibi matrimonio conjunctam, si Christianus esse recte voluerit nulli alteri copuletur. Sed ita permaneat, aut propria reconcilietur conjugi.

His itaque capitulo in communi contractis ac definitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum ojetur contentionis scandalum, aut alia pro aliis divulgarentur; Plaeuit ut quæque diffinita sunt, unusquisque nostrum manus propriæ subscriptione confirmaret. Quisquis igitur contra hanc sententiam juxta decreta canonum, nostra etiam confessione ac subscriptione manus nostræ confirmatam quoquo modo vivere vel venire, eamque infringere tentaverit, noverit se ab omni officio sacerdotali & nostra societate separatum. Divina nos gratia in unitate sanctæ Ecclesiae sua viventes custodiāt incolumes; Facta autem est hæc Synodus anno ab incarnatione Domini DCLXXIII.

Hactenus specimen codicis canonum Britannicorum ex Beda. Fuit autem hic Theodorus Roma missus in Angliam, ut Archiepiscopus Doruvernensis esset, Patria Tharsensis, seculari & divina literatura & Græce instructus & Latine, ut de eo refert Beda eod. lib. 4. cap. 1. Valde itaque probabile, illum librum canonum quem ille protulit in coacilio Herefordensi, fuisse codicem canonum Ecclesiae Romanae; in allocutione enim ad Episcopos, rogat *Si consentirent ea que a PATRIBUS CANONICE sunt ANTICUITUS de cedula; Respondent illi: Optime omnibus placere, que definiverunt SANCTO-RUM CANONES PATRUM.* Quibus verbis satis innuere videntur eos intelligere antiquorum conciliorum canones; qui continebantur libro illo, quem Theodorus protulit in concilio. Illud unde habeat Justellus Pref. ad eod. can. Eccles. univers. scripsisse Theodorum hunc librum canonum, inventare non potui, saltem Beda ex quo sua probat, nil de eo tradit, & ex dictis magis probabile illum, ut jam conjectum, fuisse Codicem Romanae Ecclesiae. Deinde etiam ausim affirmare nec Theodorum hunc fuisse collectorem istius Codicis vel Libri. Idque ex eo conficio, quod in allocutione jam memoria Theodorus roget Episcopos, de iis, que a Patribus canonice sunt ANTICUITUS DECRETA; illis annuentibus, dicit significanter Beda, eum protulisse eundem librum Canonum. Quæ antea antiquitus a Patribus de cedula nominaverat, postea dicit se proferre in libro, aut eundem Librum se proferre qui continebat que a Patribus antiquitus canonice sunt de cedula. Neque etiam ausus fuisse Theodorus alium Codicem quam Romanum Ecclesiae Britannicæ obrudere quia Inspector ei additus erat Adrianus Monachus; ut Doctrina ait Beda l. c. cooperator existens, diligenter attenderet, ne quid ille contrarium veritati: fidei Græcorum more, in Ecclesiam cui precerat, introduceret. Ipsi etiam canones supra memorati satis convenient, ratione materiæ, cum canonibus antiquis, quod facile demonstrari posset, si quidem id otium & properans typographus nunc permitteret. Colligunt alii etiam aliquid de Codice Anglicanæ Ecclesiae ex Leonis IV. Epistola in c. Ex libellis, dist. 20. adi Justellum in Praefat. allegata. Veteriores autem esse adhuc Ecclesiae Anglicanæ canones, probat editio conciliorum Angliae; Henr. Spelmani, ex quibus patet abunde, Anglos Græcis canonibus & Africanis & Gallicanis usos esse. Ex Anglia in Germaniam properemus. Qualem hæc habuerint codicem, & quam collectionem, non usque adeo clarum est. Cerre pars ejus mature ad fidem christianam conversa est, quo autem codice canonum usus sit primis temporibus, ob historicorum penuriam & silentium vix potest determinari. Temporibus Riculphi Episcopi Moguntini, Isidori Mercatoris compilatio vel potius suppositio in Germaniam delata est, de qua re dicemus postea, ubi ad Isidori collectionem pervenerimus. Africa nobis quoque adeunda est, ibi quoque codex canonum duplex in usu,

90 Specimen
codicis Britan-
nici.

91 De Au-
to re hujus Co-
dicis disquisi-
tum, ubi nega-
tur, esse eum
Theodorum
Archiepisco-
pum.

92 Adseritur
cum esse Codic-
cem Ecclesie
Romane.

93 Probatur
neque esse ab eo
collectum.

94 Germani
quem codicem,
quam canonum
collectionem
habuerint.

95 Africa
duplum ha-
buit codicem.

96 Ecclesiæ
universæ.97 Et spé-
cialiæ Africæ-
norum concilio-
rum.98 Num
privata aucto-
ritate, an vero
publica sit col-
lectus ille co-
dex Africanus.99 Scriptus
primum latine,
postea in Gre-
cum versus.100 Inser-
tur Codici Ec-
clesiæ Orienta-
lis.101 Rece-
ptus quoque in
Codicem Ro-
manæ Ecclesiæ.

usu, ille universæ Ecclesiæ; deinde particularis quidam ex synodis Africanis compilatus. De codice universæ Ecclesiæ in Ecclesiis Africanis usitato, facit fidem collectio Fulgentii Ferrandi Diaconi Ecclesiæ Chartaginensis, de quo infra dicemus, quam ille ex conciliis supra memoratis, quæ in codice Ecclesiæ catholicae continentur, composuit ac digessit; Habuit autem Latinam antiquam versionem, floruit enim Ferrandus cum Dionysio Exiguo sub Justiniano, qui novam Latinam ex Graeco fonte fecit. Specialis collectio canonum Ecclesiæ Africanæ, est ex conciliis propriis Africanis facta sequentibus:

- I. Concilio Chartaginensi, post Conf. Honorii XII. & Thodosi VIII. Ann. Christi 419. cujus canones XXXIII. præmittuntur, idque ideo, quia in hoc concilio confirmatus est hic Codex particularis Africanus.
- II. Concilio Hipponeensi, Theodosio III. & Abundantio Coss. Anno Christi 393. habito.
- III. Chartaginensi, Arcadio III. & Honorio II. Coss. Anno Christi 394.
- IV. Chartaginensi, Cælario & Attico Coss. Anno Christi 397. cujus memorantur canones XXIII.
- V. Chartaginensi alio iisdem consulibus.
- VI. Chartaginensi, post Conf. Honorii IV. & Eutychiani V. Anno Christi 399.
- VII. Chartaginensi, post Conf. Fl. Stiliconis. Anno Christi 401. cujus sunt canones IX.
- VIII. Chartaginensi, Vincentio & Flavito Coss. eodem anno Christi, cujus sunt canones XX.
- IX. Milevitano, Arcadio & Honorio V. Coss. Anno Christi 402. cujus memorantur canones V.
- X. Chartaginensi, Theodosio & Rumorido Coss. Anno Christi 403. cujus sunt canones VI.
- XI. Chartaginensi, Honorio VI. Coss. Anno Christi 404. cujus tantum unicus est canon.
- XII. Chartaginensi, Stilicone II. & Anthemio Coss. Anno Christi 405. cujus quoque unicus tantum recensetur canon.
- XIII. Chartaginensi, Honorio VII. & Theodosio II. Coss. Anno Christi 407. cujus numerantur canones XII.
- XIV. Chartaginensi, Basso & Philippo Coss. Anno Christi 408.
- XV. Chartaginensi, Honorio VII. & Theodosio III. Coss. Anno Christi 409.
- XVI. Chartaginensi, post Consulatum Honorii VIII. & Theodosi III. Anno Christi 410.
- XVII. Chartaginensi, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. Anno Christi 418.
- XVIII. Chartaginensi, post Consulatum Honorii XII. & Theodosi VIII. Anno Christi 419. cujus sunt canones VII.

Quæ concilia memorantur in actis concilii Chartaginensis supra primo loco positi, in quo hic Codex Africanus a CCXVII. Episcopis est confirmatus. In fine enim primæ sessionis, quæ VIII. Kal. Jun. habita est, in qua etiam editi canones XXXIII. hæc leguntur: *Recitata sunt etiam in ista synodo diversa concilia uninversæ provincie Africæ transactis temporibus Aurelii Chartaginensis Episcopi celebrata.* Fuit itaque ante hæc tempora codex ille, sed ab hoc tempore confirmatus auctoritate CCXVII. Episcoporum Africæ & publice receptus in tota Provincia, & actis concilii insertus, in quibus etiam hodie extat. Cardinalis Perronius in *Respons. ad magnæ Britannie Regem* in utramque partem disquit, an hæc collectio sit privati alicujus industria facta, an vero sit concilium aliquod, & prius magis probat, cum tamen posterius verius sit, probantibus id satis *Editoribus Bibliothecæ juris Canonici veteris, in prefatione.* Ex eo, quod Dionysius Exiguus in *Prefatione sua collectionis*, hosce canones Africanos, vocet *Concilium Africanum*, & in contextu *incipit synodus apud Chartaginem Africanorum quæ constituit canones CXXXVIII.* Deinde quia in *Capitularibus Caroli Magni* & in aliis collectionibus Anonymis iijdem canones sub titulo hoc, *ex concilio Africano citati* leguntur, quem titulum manuscripti codices, itemque codex Ecclesiæ Romanae retinuerunt. Tertio Cresconius etiam in utraque collectione sua, cap. XXX. & CLIV. hanc synodum Africanam vocat, *concilium Chartaginense universale*, non quod concilium totius Africæ dioecæsos velit indicare, tum enim omnia Chartaginensia potuisse vocare universalia, sed quia hoc ex pluribus conciliis Africanis compactum & compilatum erat. Porro nil evidenter dici potest, quam quod supra ex actis concilii Chartaginensis adductum est, esse hanc collectionem post illud concilium publicatam; quibus tandem addi potest, quod ante triginta canones hujus concilii dicitur: *Deinde que in conciliis Africanis promulgata sunt, actis presentibus inserta noscuntur.* Graeci etiam, ut postea patebit, & ex Photio, Zonara, Balsamone constat, hanc collectionem semper concilium Chartaginense vocant. Illud facile concederim, ante concilium illud Chartaginense, in quo probata hæc collectio, a privato quadam vel potius a singulis Episcopis ad usum Ecclesiasticum factam esse; postquam autem in concilio probata fuit, non amplius pro privata collectione censi debet. Scriptus est hic codex, primum Lingua Latina, postea ex ea in Graecam traductus, quo auctore incertum est. Quamquam alii aliter censeant, arbitrantes Graece Africanos sua concilia scriptisse. Sed illi falluntur, quod satis ostendit Dionysius Exiguus, in Epistola sua collectioni præmissa supra relata, ubi statuta dicit *Sardicensis concilii atque Africani, quæ latine sunt edita suis numeris certi distincta*, Dionysius quoque Alexandrinus Episcopus, synodicam Epistolam concilii Chartaginensis anno 254. tempore Cypriani habitu contra Novatum, Latine scriptam dicit apud Eusebium lib. 6. H. E. cap. 35. Epistole quidem Cornelii Episcopi Romani scriptæ ad Fabium Episcopum Ecclesiæ Antiochenæ, ad nos pervenerunt, que tum, illa quæ acta sunt in concilio Rome habito, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta fuerant, evidenter declarant, alij item extant Epistole Latino sermone a Cypriano & aliis, qui cum illo erant, in Africa compositæ. Lingua quoque Latina magis in Africa usitata quam Graeca, quæ videtur cum Imperio Romano recepta esse cum lingua Punicâ, quæ postea, rarior fuit ipsa Latina, quod vel unus Augustini locus, de verb. Apost. serm. 25. satis probat. *Proverbium notum Punicum*, quod quidem Latine vobis dicam, quia punice non omnes nostis; quod piuribus demonstratum vide apud Christ. Justell. in *Præfat. codicis canonum Ecclesiæ Africanæ*, prope finem. Quando versus sit hic codex in Graecum idioma incertum est. Postquam autem versus fuit, sub titulo *concilii Chartaginensis* insertus est codici Ecclesiæ Orientalis, teste concilii Constantinopolitani VI. Ecumenici, anno 692. habitu, canone II. in quo concilia recepta in Oriente, interque ea Africana recensentur, quem ordinem etiam repræsentat codex canonum Ecclesiæ Orientalis Joann. Tili anno 1540. Graece editus. Facit quoque ad auctoritatem hujus codicis Africani particularis, quod in codicem canonum Ecclesiæ Romanae sit relatus & receptus. Fecit hoc primum Dionysius Exiguus, qui suæ versioni ex Graeco Africana concilia, eodem ordine & numerorum serie distincta, inseruit, & codici Ecclesiæ universæ notabile hoc augmentum addidit. Justellus loco citato, putat Graecam ver-

fionem post tempora Dionysii Exiguū factam esse, sed nullam suæ conjecturæ rationem adserit, potest dari ea, quod Dionysius Exiguus in saepe laudata præfatione, dicat expresse post canones Chalcedonensis *Canonum finem esse; se addere statuta Sardicensis concilii atque Africani. Ordo varius invenitur in hoc codice.* In Dionysii Exiguū editione ut & editione Graeco Latina, omnes numeri canonum decurrent a primo usque ad centesimum trigesimum octavum. In codice vero Ecclesiæ Romanae, primo ponuntur XXXIII. canones concilii Chartaginensis, tum nova numeratione anteriorum conciliorum; in hoc concilio confirmatorum, canones recensentur centum & tres, qui cum memoratis triginta tribus ianeti, eundem numerum centum & triginta octo canonum efficiunt. Graece & Latine edidit hunc codicem Christophorus Justellus primum anno 1614. Parisiis, doctissimisque notas adjectis, postea secundum filius, in bibliotheca juris canonici veteris, anno 1661. Editus autem est ex vetustissimo codice manuscripto Nicolai Fabri, quem suprema voluntate Justello comiserat, ut post editionem Magno Jacobo Augusto Thuano restitueretur, ut testatur Justellus in *Epiſtola dedicatoria* ad memoratum Thuanum, qua ei quoque suam editionem & notas inscribit. Graeca repræsentavit Justellus ex codice Tilii, quibus Manuscriptis usus sit ostendit in principio notarum. Recepit postea Ecclesiæ Africana Codicem Ecclesiæ Romanae ex versione Dionysii Exiguū, quod probat Cresconi Collectio, quæ ex versione Dionysii Exiguū est concinnata. Vid. Justelli *Præf. ad Codicem Eccles. univers. in biblioth. jur. can. veter. pag. 21.* Atque hæc sunt fata codicis canonum Ecclesiæ universæ, cuius quanta fuerit auctoritas, ex prædictis patet, quæ evincunt suisse quasi jus aliquot gentium receptum utrobique. Imo Justinianus in Novell. 131. tantam agnoscit quatuor synodorum Oecumenicarum, quæ in codice canonum universæ Ecclesiæ habebantur, auctoritatem, ut non vereatur dicere: Τῷ γὰρ προερημενῷ ἀγίῳ τῷ στυλούῳ καὶ τῷ δόγματι τὰς θείας γράφες δεχόμεθα καὶ τὸς οὐκονεκών νομοὺς φυλάττομεν. *Predictorum conciliarum dogmata*, sicut divinas scripturas accipimus, *¶ canones sicut leges servamus.* Neque novum est, ut propter excellentiam hæc concilia quatuor oecumenica prima comparentur scripturæ sacrae, non quasi ejusdem plane auctoritatis cum scriptura habita sint, sed quod post eam maximum momentum & pondus habuerint in decidendis controyeris religionis & ordinandis ritibus ecclesiasticis. Ideoque *Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 16.* quasi quatuor *Evangelia*, vel totidem *Paradisi flumina*, quatuor *venerabiles synodos* totam *principaliter fidem complectentes*, esse dicit; non simpliciter *evangelia*, sed quasi *evangelia*, quod similitudinem quandam infert, nominat. Nimium progradientur Gregorius Papa Romanus, relatus in *cap. Sicut sancti, dist. 15.* Quis se, sicut *santi Evangelii* quatuor *libros*, sic quatuor *concilia suscipere* *¶ venerari* facetur. Itaque recte Doctissimus Rittershusius *part. 1. Nov. cap. 2. n. 17.* monet verba Imperatoris Justiniani in *d. Nov. 131.* cum grano salis accipienda esse; ne scilicet ob id parem auctoritatem per omnia tribuamus quorumlibet conciliarum decretis, illa veneratione, quæ sacris debetur. Nam conciliis & horum canonibus credimus propter scripturam: sed scripturam sacrae, quæ sit *λύτρωσις* propter se ipsam, quia divinitus est inspirata. Deinde scriptura sacra infallibilem habet certitudinem: concilia vero non aliter nisi quatenus ejus vestigia insistunt, apposite *Salvianus Massiliensis lib. 3. de provid. seu gubernatione Dei, in edit. Rittershusi p. 68.* Alia omnia id est humana dicta, argumentis ac testimoniis indigent, Dei autem sermo ipse sibi testis est: quia necesse est, quidquid incorrupta veritas loquitur, incorruptum sit testimonium veritatis. Potissimum tamen auctoritas concilio Nicæo delata, cuius venerabilis quedam & decisoria vis in singulis fere id sequentibus conciliis est firmata & repetita. Quare etiam merito ab eo exordium collectionis canonum constitutur. Quod agnovit quoque nos obscure Isidorus, quando canones a temporibus Constantini coepisse adserit. *lib. 7. Etymol. c. 16.* relatus a Gratiano in *c. Canones, dist. 15. Canones*, inquit, *generalium conciliarum a temporibus Constantini cooperunt.* In precedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hereses scissa est: quia non erat licentia Episcopis in unum conveniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari, sub hoc etiam sancti patres in Concilio Niceno, de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem Evangelicam *¶ Apostolicam*, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. Sed magnam nobis controversiam faciunt illi, qui non a Nicænis temporibus, ut a nobis factum, sed a temporibus Apostolicis canones deduci volunt, id que famosis, si non summos, Constitutionibus Apostolorum [quarum libros octo sub nomine Clementis, Romani Episcopi obtrudunt] deinde etiam 85. vel 90. canonibus Apostolorum, probare uitantur. Quare antequam ad alias digestiones & compilationes canonum transeamus, hec collectio constitutionum Apostolicarum primam, dein & hi canones Apostolici ad examen revocandi sunt. Esse utrumque opus suppositum, falsique nominis & false antiquitatis, evicit singulari commentario, invictisque in eo argumentis demonstravit, antiquitatis Ecclesiasticae promus conclusus, Joannes Dalæus, in *Pseudopigraphis Apostolicis, libris tribus.* Quare nos supima capita tantum tangemus, & quæ in advesariis collegimus, variorum judicia subiectemus; plura desiderantem lectorum ad ipsius Dalæi commentarios ablegantes. Adscribuntur autem constitutiones istæ Apostolicae Clementi Episcopo Romano; Primo [siquidem Petrus non fuit Romæ aut Episcopus Romanus] an tertio hic non longe disquiremus, quia non convenient hic historici, probamus interea opinionem adserentium, hunc Clementem cum Lino, & Cleto, eodem tempore fuisse Romæ Compresbyteros, tanquam magis verisimilem (9). Esse eum, cuius facit mentionem Paulus Apostolus in *Epistol. ad Philipp. c. 4. vers. 3.* quidam censent. Anios eum tradunt in Episcopatu Romano traesegisse novem & dimidium, Scripta varia ei tribuuntur, pleraque adsinguntur. Epistolæ binæ ad Jacobum. Fratrem Domini, qui septenario ante Petri Martyrium fatis jam concederat. Deinde tres aliae adhuc, quas omnes tot argumentis invincibilibus *νοθεῖαι* convicit & peregit Magnus Blondellus, in *Pseud. Isidoro* *¶ Turriano* vapulante a pag. 1. usque ad 101. (ubi quoque ipse Epistolæ legi possunt) ut nemo amplius contra mutire possit. Præterea tribuuntur ei Epistolæ encyclicæ tres. Interpretatio Epistolæ S. Pauli Apostoli ad Hebreos; liturgia, Disputatio Petri & Appionis, Disputatio Petri contra falitatem Simonis Magi, Libri decem Recognitio- num, quæ & Odeporicon, vel circuitionum, vel periodorum, vel itinerarium Petri, vel a Beda Historiæ Clementis vocantur. Item constitutionum Apostolicarum, seu præceptionum, libri octo; quibus solent accedere Canones Apostolorum, Concionum Petri in populo suo habitarum compendium. De

[9] Videatur observatio [1] in notas Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

102 *Ordo e-
jus.*

103 *Editio-
nes.*

104 *Aucto-
ritas Codicis
canonum Ec-
clesie univer-
se.*

105 *Objec-
tiones
de constitu-
tionibus
¶ Can-
nonibus Apo-
stolicis.*

106 *Consti-
tutiones Apo-
stolice exami-
nante, ¶
νοθεῖαι
accusatæ.*

107 *Quis fue-
rit ille Clemens
Romanus, qui-
bus adfinig-
tur constitu-
tiones apostolicae.*

108 *Quæ
ejus scripta,
supposita &
genuina.*

Re-

Responsionibus Petri ad interrogata Tripolitanorum, quæ pleraque in censum Apocryphorum sunt relatæ a Gelasio, in *c. Sancta Romana*, *diss. 15.* ab Hieronymo, Honorio Augustodunensi olim, postea etiam a plurimis Pontificiis, & Protestantibus, Riveto *lib. 1. Crit. sacr. c. 7. & 8.* Rob. Coco: aliisque bene multis: Unicum adhuc genuinum cunctis, præter Gathakerum Ciani pag. 19. hujus Auctoris monumentum superesse creditur, Epistola ejus prior ad Corinthios scripta, quam & laudat Hieronymus in Catalogo, tamque valde utilem & nonnullis locis publice lectam dicit, quæque ei videtur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebreos fertur, convenire. Laudant eam quoque Euseb. *lib. 3. c. 12.* Iren. *lib. 3. c. 3.* Clemens Alexandrinus *lib. 4. 6. & 7. Strom.* Quam Baronius, Bellarminus, Miræus, aliquæ perisse arbitrati sunt; sed cum fragmento secundæ, A. 1633. Oxonia in lucem producta est, ex reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecæ Regiæ Anglicanæ, notisque illustrata a Patrio Junio viro clarissimo Regis Britanniarum Bibliothecario. Postea secundum edita & adserita est a Joach. Joann. Madero Helmestadii 1654. quorum præfationes inspici possunt. Nobis cum constitutis, & canonibus Apostolicis nunc res est, quibus historica nostra collectio canonum impletur. Hos

109 *Varia iudicia de constitutionibus Apostolici.* ce fœtus esse suppositios nobis probandum. Varia de hisce constitutionibus sunt Doctorum iudicia, quibusdam probantibus, quibusdam improbatibus & reiiciensibus, quibusdam interpolatas clamantibus. Inter Evangelicos uno ore haec sententia resedit, & invictis argumentis adserita est, mentiri has constitutiones nonen & etiam Apostolicam. Pontificiorum quidam probant, quidam in totum reiiciunt. Probantur fœtus, & non nisi. & plausibile vel absurdi vel aequo arbitrio. Sed diam adversus nos.

110 Proban- ciunt. Probaarium sunt paucissimi, & plerique vel obscuri vel quos partium italium adverius nos agit præcipites. Inter hos præcipui sunt & aliquas nominis Carolus Bovius Episcopus Ostunensis, qui eas in Latinum translatis, & anno LXIII. saeculi superioris edidit. Franciscus Turrianus Jesuita, Famosus defensor istiusmodi quisquiliarum, qui easdem Latine vertit. Lambertus Gruterus, qui cum omnibus Clementis operibus eas Coloniae Agrippinæ ann. 1570. recudi curavit, & præfatione defendit. Item Th. Stapletonus Jesuita, qui quod parum a blasphemia abest, in def. Eccl. autor. lib. 2. c. 11. nota veretur de iis adserere, librum harum constitutionum, Spiritu Apostolico plenissimum esse: & in princ. fid. doct. contr. 5. q. 2. art. 5. nullam rationem obstat, quin si presens Ecclesia referret has constitutiones Apostolicas, a Clemente editas in canonem sacre scripture; nos eas pro canonis admittere debeamus, eque atque Epistolam Iacobi. Ejusdem tenoris suarum hæc Alani Copi, dñl. 3. c. 5. pag. m. 232. Summo Dei beneficio Clementis δικτυάς & Cyilli πατρικής, multis seculis recontigit, ad reprimendam Magdeburgensem & Apologeticorum istam contra sanctos insolentiam in lucem prodierunt. Quorum certe testimonia, etiam si alia deessent, homini non nimis praefratio, ad hanc totam, qua de agitur, questionem sufficere possent. Alios, qui superstitiones iis fulcire conantur, easque probant, vid. apud Rob. Co-

III Impro-
bantum. cum, in censura scriptorum veterum, non longe a principio. Alii contra Doctores & emuntoris in li-
teris nasi e Pontificiis, nobiscum sentiunt esse suppositias: Inter quos est Bellarminus de scrip. Eccles.
in Clemente, ubi Clementis Recognitiones cum inter Apocrypha reculisset, subicit: De libris consti-
tutionum Apostolicarum, que Clementi auctori tribuuntur, idem sere iudicium fieri debet, ac de libris re-
cognitionum; addit porro: Multa in illis utilia sunt, & a Grecis veteribus magni sunt; sed in Eccle-
sia Latina nullum sere nomen habere, ipsorum etiam posteriores Grecos in concilio Trullano can. 2. im-
probare has constitutiones, ut ab hereticis depravatas. Audio Æthiopes his constitutionibus uti, ut vere A-
postolicis, & ea de causa in erroribus versari circa cultum Sabbati & diei Dominice, & circa ministerium
Sacramenti baptismi, & in aliis quibusdam dogmatibus. Nam lib. 7. cap. 24. jubent servari diem Sab-
bati & Dominice, & lib. 5. const. cap. 10. prohibetur absolute, ne laici baptizent, & lib. 6. cap. 15.
jubenter baptizari eos, qui baptizantur ab hereticis, ea de causa, quia heretici non sunt Sacerdotes. Ac ne
forte obiiceretur, quod Philippus Diaconus baptizabat, ut dicitur Act. 8. in iisdem constitutionibus lib. 6.
cap. 7. dicitur Philippum, qui baptizavit Simonem magum, fuisse Apostolum, quod manifeste falsum est.
Habentur in iisdem constitutionibus alia non pauca, que abhorre videntur a veritate: ut quod lib. 3.
cap. 2. quartas nuptias appellant manifestam fornicationem. Lib. 5. cap. 6. distinguunt Mariam Magdale-
nam a Maria sorore Lazari lib. 8. cap. 14. Jacobum fratrem Domini velint esse Apostolum ex duodecim, &
lib. eodem c. 26. 27. & 28. velint imponi manum Subdiacono, & Lectori, & ipsi etiam Diaconesse,
dum ordinantur: & lib. eodem cap. 32. dicant, Exorcistas non ordinari, & cap. 38. dicant, ancillam
soli domino obsequenter recipi; si cum aliis intemperans fuerit, reiici. In eadem sententia est Beroius,
ad ann. 32. §. 18. Ubi quedam cum sibi ex his libris de Maria Magdalena objecisset, tamquam di-
versa a Maria Lazari sorore; Uno verbo, inquit, his liberari possemus, si apocryphum esse librum excipe-
remus, sane quidem, si hec dicta sunt a Clemente, quomodo ea latere potuerunt tot anticos Patres, qui
de ea re scripsierunt? Cum presertim tanis Auctoris precipua fuerit auctoritas in Ecclesia; ut licet ejus E-
pistola ad Corinthios scrip: a penitus exciderit; tamen quod sepius citata reperiatur, per reviviscat integra
in fragmentis. Idem quoque ad ann. 44. §. 36. Apocryphis accenseret; adde eum ad annum 102. §. 9. N. que
abit ab his iudicium Jacobi Davii Perronii Cardinalis, lib. 2. c. 1. de Eucharistia pag. 174. ubi haec
de opere constitutionum habet. Hoc opus a multis gravioribus auctoribus veteris ac recentioris memoria in
dubium vocatur. Epiphanius Hres. Audian. libri meminit id nomen preferentis, atque multos suo tem-
pore in dubium revocare, se vero eum nequaquam reiicare. Synodus Constantinopolis in Trullo, multis post
Epiphanius temporibus sub Justiniano Rhinotmeto habita, opus condemnat. Photius in Bibl. cod. 113. iosa
illa synodo recentior, vix Arianismo purgari posse ait. Quod suspicari cogit librum hunc vel non eundem
esse cum eo, qui Epiphanii tempore hoc nomine censebatur, vel certe ab Arianis postea corruptum adulteratum
esse. Sane multa apud veteres inde descripta reperiuntur, que cum iis, que nunc circumferuntur, exen-
plaribus non congruunt. Cardinalis Bessario Marco Ephesio, Sixt. Sevens. in biblioth. sanct. quentiam ex
his constitutionibus locum objectanti, respondet opus esse Apocryphum. Idem lib. 1. Replic. cap. 24. Que
Clementis nomine Apostolicae constitutiones circumferuntur, non sunt ejus fidei, ut in rebus ad religionem
pertinentibus, auctoritatem habeant decisivam, sive enim ab initio Clementis nomine suppositus, sive ab he-
reticis postea interpolatus atque adulteratus fuerit hic liber, constat suspectam ejus esse auctoritatem. Mar-
garinus de la Bigne, editor bibliotheca Patrum, tom. 3. in Anast. Nic. q. in script. col. 44. in margi-
ne pro Apocryphis habet has constitutiones Clementis: & Gabriel Albaspinæus obs. Eccles. lib. 1. c. 13.
p. 37. non tantum Apocryphas censer, sed insuper eos, qui aliter sentiunt, stultitiae insimulat, tacite
supramemoratos perstringens. Haec autem sunt ejus verba; Certe si quis esse qui canones Apostolorum, &

Di-

*Divi Clementis constitutiones Apostolorum auctoritate sanctas publicatas certo affirmaret, imperitus censetur. Non qui antiquarum consuetudinum gnari, quo quidque tempore, aut loco observari desitum sit, aut mutari ceptum norunt, de iis ne quidem dubitare possunt. Quod ille postea pluribus ostendit, & nos infra ostendemus. Eadem sedisse Doctissimo Jesuitæ Petavio sententiam patet, quia ad locum Epiphaniæ agnoscit alias fuisse constitutiones illas Apostolorum, quam quæ hodie libris octo circumferantur, quæ tamen etiam dubia habita sunt; nec ea etiam in hodiernis, imo contraria inveniri. Et ad eundem Epiphan. in Expos. Fid. pag. 349. & 360. expresse Pseudodjatax in Clementis vocat, & in Dogmatis Theolog. tom. 2. lib. 1. de Trinit. c. 3. §. 7. pag. 15. Poterat, inquit, ante omnes illos, nempe Athenagoram Tatianum, Theophilum, Ireneum, vetustatis unius nomine commemoorari Clemens Romanus; siquidem Germana essent, quæ illius inscripta nomine circumferantur, sed non sunt. Hic igitur in constitutionibus Apostolicis ridiculum nescio quid & hereticum posuit. Quod nos postea in argumentis adducemus. Non necesse est, plures ex recentioribus addere, e choro Pontificorum, isti memorati eruditio & nominis claritate omnes vincunt. Hi itaque si constitutiones has Clementis nomen mentientes, pro dubiis, incertis, apocryphis, falsis, corruptis, adulteratis, & nullius in religionis fidei, vel auctoritatis adserant, & merito nos e numero canonum & juris Ecclesiastici deiicimus, nec ab iis nostram Historiam & canonum collectionem ordimur. Antiquorum judicia etiam addemus, Humbertus. Cardinalis, Episcopus Sylvæ Candidæ, qui vixit saeculi XI. anno LIV. fuitque legatus Pontificis Constantinopolim, Nicætae Pectorato, in Tractatu contra hunc Nicatam scripto tom. 4. biblioth. Patr. part. 2. p. 24. a. b. & in append. tom. II. Annal. Bar. quadam loca ex his constitutionibus obiiciunt, respondet, eum sua adferere ex Apocryphis libris, & canonibus pari sententia, sanctorum Patrum repudiatis: Nam Clementis Librum, id est, Itinerarium Petri, & canones Apostolorum numerare inter Apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, que decreverunt regulis Orthodoxie adjungenda. Unde nos quoque omne Apocryphon abiiciunt audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini. Ex quo loco & id videtur notandum, Humbertum non recognitionum opus, & itinerarium Petri, nomine Clementis editum, ut fecit, & censem Bellarminus; sed libros constitutionum & itinerarium Petri, ut vocatur, pro iisdem habere, & a Gelasio inter apocrypha relatum putare. Quod quidem numerus librorum confirmare videtur; nam recognitionum libri referuntur decem, itinerarii ut & constitutionum libri octo. Quod si verum, jam pateret saeculi quinti anno 94. ab Ecclesia Romana inter Apocrypha relatas has constitutiones Pseudopostolicas Humbertum censuisse, quam ejus sententiam videntur innuere haec verba jam citata: *Pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Ante hæc Gelassii tempora, nulla extat memoria constitutionum harum Apostolicarum sub nomine Clementis editarum: non apud Hieronymum in Cathalogo; quod satis arguit ei notas non fuisse; ut vana & falsa sit conjectura Bovii & Turriani in Praefatione ad has constitutiones, quando hos libros ab Hieronymo, ut concilient eis auctoritatem, versos suspicuntur. Cum apud omnes in confessio sit, a nato Christo usque ad Hieronymum in quatuor saeculis inter Latinos nullum fecisse harum constitutionum mentionem, quod tamen fieri debisset, si auctor fuisset Clemens, isque Episcopus Romanus. Æthiopes habent has constitutiones pro vere Apostolicis, teste Bellarm. de script. Eccl. A. D. 29. in Clemente.**

Quod firmat Alvares in suo de Abyssinis libro, c. 81. extr. in vol. navig. di Gioan. Batt. Romais, ubi narrat, Æthiopes habere librum in octo partes divisum, quem ab universis Apostolis Hierosolymæ congregatis scriptum ferunt: quemque ipsi vulgo Manda & Abetilis vocant. Quæ bene convenient cum constitutionibus Pseudoapostolicis, quarum etiam feruntur libri octo. Sed an idem sit liber ille apud Æthiopes, & eadem referat, quæ constitutiones Apostolicæ a Bovio & Turriano versæ, illud non est proditum. Græci numquam hasce constitutiones estimarunt; ut falsus sit Bellarminus l. c. qui *Græcis veteribus magni fieri scribit, apud Latinos nullius esse nominis. Antiquissima constitutionum Apostolicarum mentio apud Ephiphanium, qui floruit saeculi quarti, anno 75. Hic variis locis eas laudat, quas tamen ipse Hæresi, 70. §. 10. dubiæ apud multos fidei fuisse dicit. Loca ipsa congescit & examinat late Doctissimus Dalæus in Pseudepigraphis Apostol. lib. 1. cap. 2. probatque cum Petavio, quia multa ex citatis ab Epiphanio in hodiernis Bovii & Turriani constitutionibus non, imo contraria inveniuntur, non esse easdem Epiphanii & Bovianas constitutiones Apostolicas. Ideoque turpiter abuti & fallere incautos Turrianum, auctoritate Epiphanii, dum adserit in proemio versionis sua Latine. Tales habere nostram etatem Apostolorum Constitutiones, sanas scilicet & incorruptas, quales Epiphanii etas habuit. Probat deinde multis invictissimis argumentis, neque Constitutiones Apostolicas, quas Epiphanius habuit, pro Apostolicis esse habendas, aut receptas ab Ecclesia aut pro Apostolicis habitas, sed & ipsas falsas, & Apostolis adfictas esse. Producit quoque Bovius pro suis Constitutionibus Cyrrillum Hierosolymitanum, qui in Catechesi 18. p. 213. ex Clemente recenset fabulam Phœnicis, quasi hæc ex quinto libro Constitutionum apostolicarum sit decerpta: sed & is in eo falsus est. Invenitur enim hæc fabula in genuina & ab Hieronymo aliisque sepius laudata Clementis epistola ad Corinthios prior, ex qua desumitur auctor Catecheseos eam, quod ex collatione phrasium & verborum satis patet; utitur enim sepe iisdem verbis, quæ reperiuntur apud Clementem in Epistola ad Corinthios, non vero, iis quæ in constitutionibus Bovianis leguntur; quare, sola hac diversitate observata, Doctissimus Rigaltius in obs. ad lib. ad Tertium de resurrectione, diversos auctores Epistolæ & Constitutionum facit. Etsi, inquit, ejusdem Phœnicis historie exemplum reperiatur etiam in Constitutionibus supra citatis, tamen ex earum cum epistola Clementis comparatione hoc videtur adsequi, vix esse, ut ejusdem auctoris utrumque opus censi debeat. Aliud testimonium ex Athanasio & Eusebio detortum de libro, qui διδαχὴ τῶν ἀποστόλων olim vocatus, apud quosdam in usu, communiter tamen pro spurio habitus & reprobatus fuit, nil facit ad Constitutiones Apostolicas Bovianas, quoniam ex ipso Athanasio patet, Clementis opera & hasce διδαχὴς ἀποστόλων esse diversas, nec etiam Eusebium lib. 3. c. 25. edit. Gr. Christophoroni. c. 19. eas adscribere Clementi, quia in aliis locis ubi expresse de Clementinis scriptis genuinis & spuriis agit, hasce διδαχὴς ἀποστόλων ei non adscribit. Vid: eum lib. 3. c. 57, 58. & 59. Verum itaque est, quatuor primis saeculis nullam fieri mentionem apud quenquam Græcorum Constitutionum Apostolicarum; deinde quarum meminit Epiphanius, eas non fuisse receptas & probatas pro apostolicis, neque etiam esse easdem cum Bovianis. Antiquissima mentio occurrit in Concilio Constantinopolitano in Trullo, habito ann. 692. in quo a patribus ibidem congregatis, can. 2. rei-*

112 Anti-
quorum judicia
Latinorum.

113 Æthio-
pum.

114 Greco-
rum.

xxxii Gerhardi Von Maastricht

ciuntur. Canonis verba sunt hæc: Ταῖς τοῦ ἁγίου αποστόλων διὰ Κλήμεντοῦ δικτάξεις πάλαι ὑπὸ ἘΤΕΡΟ-
δόξων ἐπὶ λύμη τῆς Εκκλησίας νόθᾳ τινὰ καὶ ξένα τῆς ἐντεβείας παρενέτεῦται, τὸ δὲ πρεπὲς καὶ λόγον
τῶν θείων δοχμάτων ἡμῖν ἀμαρτώσαντα, τιῷ τῶν τοιστῶν δικτάξεων προσφόρως ἀποβολὴ πετούμενον
πρὸς τὴν τοῦ χριστιανιστών ποιμνίαν δικοδομὴν καὶ ἀφάλειαν, εὐδικῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετι-
κῆς φαῦλογιας κυήματα, καὶ τῇ γνητίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὀλεκλήρω διδαχῆς παρεγείροντες.
His Apostolorum per Clementem Constitutionibus jam olim ab iis, qui a fide aliena sentiunt, ad Labem Ec-
clesie aspergendas, adulterina quedam & a pietate aliena introducta sunt, que divinorum nobis decre-
torum elegantem at decoram speciem obscurarunt, has constitutiones ad christianissimi gregis edificationem
ac securitatem conducibiliter REJECIMUS, heretice falsitatis fætus nequaquam admittentes, & germanæ
ac integre Apostolorum doctrinae inferentes. Post hos Patres earum ineminit Photius in Biblioth. cod. 113.
qui vera argumenta, quare reiicienda essent vidit, sed studio partium contra Latinois, qui ex iis op-
pugnari poterant, excusari posse contendit. Post hunc plerique omnes Græci reiiciunt, uno aut altero
excepto, qui ob idem partium studium contra Romanos iis utuntur. Balsamo, qui in fine seculi duo-
decimi scriptit, ad Canon. 85. Pseudapostol. hæc de iis habet: Σὺ δὲ γιγνόσκεις εἰ καὶ γέρων τοι
ἐνταῦθοι ἀναγνώστην ἡμᾶς τὰς διατάχεις τῆς Κλήμεντοῦ, πλὴν μὴ δημοτικεῖν ἀντὰς, ἀλλ' ὁ δ'
ικανὼν τῆς ἔκτης τωνδές ἀπηγόρευτε τὴν τέτταν ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γενέτθαι παρωμοίσιν ἐν αὐτοῖς.
Tu autem intelligas, quod et si hic scriptum est, constitutiones Clementis legi a nobis, sed non divulgari de-
bere. Synodi tamen sexte canon secundus earum lectionem prohibuit, quod in eis adulteratio facta sit. In
eundem canonem Zonaras hæc habet: Αὕτη παρὰ οὐκοδόξων τινῶν, ἐνθεύτησάν τε καὶ παρεργάτη-
σαν. διὸ καὶ ἀναγνώστηται ὅλως ἀντὰς ἀπηγόρευτεν ἢ διαγνενικήν ἔκτη τωνδές. Ab heterodoxis
& sectariis quibusdam adulterata & corrupta fuerunt. Quapropter istas omnino legi vnuuit Φαρισαϊκα
sexta synodus. Similia habet Alexius Aristenus apud Usserium dissert. de Ignat. ὁ δεύτερος ικανὸν τῆς
ἐν Τροάλῳ γενουμένης ἔκτης τωνδές παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοικυτὰς διατάχεις, διὰ τὸ ἐν
ἀνταῖς ὑπὸ τοῦ ἐπεροδόξων προθεθῆναι τινὰ νόθᾳ καὶ ξένᾳ τῆς ἐντεβείας. Secundus canon synodi
sextæ in Trullo habens, hasce constitutiones omnino reiicit, propterea quod iis nonnulla adulterata ab he-
terodoxis adjecta fuerint atque a pietate aliena. Ut quoque sciamus quid moderni Græci de hisce sen-
tiant, addo Heremias Patriarchæ Constantinop. iudicium ex ejus Resp. 1. c. 13. p. 103. ad Wirtenbergen-
ses: νευθεύται τὰς Κλημεντεῖς διατάχεις, adulteratas fuisse Clementinas Constitutiones. Ex quibus
testimonio videmus quid de hisce Pseudapostolicis constitutionibus censuerint Græci, quid Latini, quid
Antiqui, quid recentiores; nempe esse eas spurias, conflictas, suppositas, depravatas, heterodoxias ma-
culatas, & uno verbo apocryphas, inter quæ etiam habet noster Antonius August. in Dialogo 6. lib.
primo pag. edit. nostræ 44. & seqq. ex quo pete ejus de hisce constitutionibus iudicium, quod omit-
tendum hic nec negligendum erat. Quidnam sit Cardinalis Bonæ lib. 1. liturg. cap. 8. §. 5. de hisce
constitutionibus iudicium, id commodius infra referemus, ubi de tempore suppositionis aliquid dicemus.
Alios bene multos magni nominis Viros, Salmasium, Vossium, Usserium, Filescum, Voetium, &
innumeros præterea præterimus, qui omnia in censum scriptorum suppositiorum & quæ sunt dubia
fidei hasce constitutiones reulerunt, quorum testimonia ex adversariis adducere possemus, nisi superio-
ra sufficieat censuramus. Nisi vero auctoritatibus sed & rationibus cadat auctoritas harum constitu-
tionum Pseudapostolicarum, ex bene multis quas Doctissimus Dalæus coacervavit paucas adducemus. Ma-
gnum argumentum exinde peri potest, esse has constitutiones alicuius impostoris, non Apostolorum,
quod cum Apostolorum nomen referant, tamen nunquam cum aliis Apostolorum scriptis in canone
scripturæ, neque a Græcis neque a Latinis receptæ sint; quod certe oportueret fieri, si vere essent a-
postolica & oporteret eos facere, qui pro Apostolicis constitutionibus Orbi audent obtrudere. Quan-
quam enim Auctor falsarius in canone 85. seu ultimo, ut suæ inserviret cause, eas ante acta Apo-
stolorum, inter canonicos libros Novi Testamenti collocaverit, attamen ipse Bovius, qui eas edidit
& vertit, in Praefatione fatetur, nunquam obtinuisse, ut in canonem sacrarum Scripturarum referrentur,
nec se iis tantam auctoritatem tribuere; quo velut una litura delet, quidquid constitutionum Apostoli-
carum Orbi sub Clementis nomine ausus est obtrudere. Pro Apostolorum constitutionibus habere, &
non in canonem scripturæ referre, apud Theologos implicat contradictionem; ut & pro apostolico ali-
quid protrudere, nec auctoritatem tantam, id est sacra scripturæ, ei attribuere. Hoc argumentum ur-
get, in repudianda Christi ad Abgarum Epistola, Bellarminus, de scriptor. Eccles. in Petro: init. Ea,
inquit Epistola, nunquam fuit admissa ab Ecclesia inter scripturas canonicas, inter quas sine dubio ad-
missa fuisse, si ab ipso domino scriptam fuisse constaret. Porro etiam sermo & voces quadam harum con-
stitutionum a charactere Apostolorum sunt alienæ: exempli causa paucas recenseo, lib. 2. c. 10. & alibi
νεοφύτοις ponitur pro recenter baptizato, μόντις pro baptismō, ιατρικόν & θηραμένον lib. 8.
c. 7. pro catechumeno, & audiente. Θυτικόν & θυτικόν ἀναμεντικόν, pro Eucharistia. ἀρχιερεύς lib. 8.
c. 12. Pontifex pro Episcopo, iερεύς lib. 8. c. 13. Sacerdotes pro Episcopis & Presbyteris iεράτιοις ια-
τάλογον lib. 3. c. 15. Sacerdotum catalogus vel dyptyca, θυτιονόποιον altare lib. 8. c. 12. pro mensa
domini. Eiusmodi voces ista significatione apud Apostolos non, sed scriptores sequentium saeculorum
inveniuntur; ideoque probant, sequentibus saeculis, non vero ab Apostolis esse scriptas. Quod etiam
scriptor stylo suo, qui est inflatus aliquando & Reticulus; non humilis & depresso: imo ipso etiam
sæpe loquendi modo, qui est eorum, qui post Apostolos vixerunt, sufficienter prodit: Exempla vid.
lib. 2. c. 41. lib. 5. c. 16. ubi quoque ex controversia celebrandi Paschatis satis colligitur, post sa-
eculum saltim secundum vixisse scriptorem, add. lib. 6. c. 10. Omne vero stultitiam superat, quod
lib. 7. c. 47. occurrit: περὶ δὲ τοῦ ὑπὸ ήμῶν χειροτονηθεντῶν ἐπιτικόπων ἐν τῷ ζῷῳ τῇ ἡμετέρᾳ γνω-
ριζομένῳ οὖτιν. De Episcopis vero, qui a nobis dum viximus, vel in vita nostra ordinati sunt, cereiores vos
facimus. Quæ satis ostendunt, scriptas esse post mortem Apostolorum. His addi possunt tertio, quæ
contra Apostolorum doctrinam hæ constitutiones habent de Dei filio, quæ negant esse Deum, lib. 6. c. 6.
Ἐτεροι δὲ εἰς ἀντῶν. ἀντὸν εἰναι τὸ Γητόν τοι ἐπὶ πάντων θεόν ὑποπτεύστιν. Alii ex iis [hereticis]
suspicantur ipsum Jesum esse Deum super omnia. Quæ magis Arriani, Photiniiani vel Ebionæ, quam
Apo-

Apostoli sunt voces; his adde ejusdem fere commatis ex lib. 5. c. 6. & 10. lib. 8. c. 12. lib. 2. c. 44. & non meliora de Spiritu Sancto lib. 2. c. 26. lib. 3. c. 17. lib. 8. c. 37. pr. & alibi. Quæ causa est, quare Petavius, supra memoratus dicat, *tomo 2. Theol. dogm. pag. 15.* Clementem ridiculum nescio quid, & hæreticum de Trinitate posuisse, lib. 2. c. 26. Nam Episcopum in Ecclesia instar Dei patris esse ait; *Diaconum itidem ut Christum, qui patri adfisit, & in omnibus ministrat, quæ si Christus ut homo est, consideretur, non improba dicta videri possunt. Sed pestilens est, quod addit, Diaconissam figuram Spiritus Sancti habere: quæ nihil sine Diacono facere debeat, aut loqui; Quemadmodum neque Paracletus a seipso aliquid loquitur aut facit, sed Christum glorificans voluntatem illius expectat.* Quid quidem Macedoniam pus, ac venenum sapiit. Phottus de Clementis operibus agens cod. 113. in constitutionibus afferit quædam inesse Arianæ impietatis vestigia, quæ non nisi violenter excusari possint. Cujusmodi iste locus fuerit, quem adduximus, neque aliud modo ad similem laborem implicatus occurrit. Hæc Petavius; cuius sequentia, quæ huc aliquid adhuc faciunt ex ipso peti, & ipsi alia insuper loca hujus impietatis ex supramemoratis, suggeri possunt; maxime ex lib. 6. c. 25. Fateretur etiam Bovius ipse in præfatione constitutionum, *Auctorem istarum de Spiritu Sancto exiliter loqui, de verba quoque duriores quasdam interdum voces sundere.* Tamen cum summa impudentia, non veretur orbi pro Constitutionibus Apostolorum obtrudere, iisque adstringere voces exiliter & dure ubi de mysteriis fidei loquuntur. De conjugio non est æquior sententia constitutionum lib. 3. c. 2. *Tertium conjugium intemperantia signum esse ajunt, quartum vero conjugium & deinceps manifestam esse scortationem & indubitatam impudicitiam.* Mitior non verior de fornicatione lib. 8. c. 38. edit. Bovius & Lamb. Gruteri. *Pellea infidelis ancilla, soli domino obsequens recipiatur, si cum aliis intemperans fuerit reiiciatur.* Quæ Bovius, similis suis Apostolis aut Impostoribus hæc scribentibus his excusat: *Cum Ancilla sui corporis potestatem non habeat, merito culpa non in eam, sed in dominura est reiiciendo.* Quod si Josephe olim istiusmodi interpres legis divinæ adfuerint, potuisset & ille Dominæ morem gerere irripune, quia ejus servus erat, & culpam in eam coniunctere. In baptismo lib. 3. c. 15. 16. & 17. lib. 7. c. 27. præter aquam oleum etiam requirunt, & post baptismum Christi inungui præcipiant, quod nec ab Apostolis constitutum, nec apostolici sæculi est, & nisi addita sint hæc, lib. 7. c. 43. *Baptizatum in solam eam descendere dicunt, ut Judeum & corporis tantum non etiam anima fordes deponere.* Neque etiam apostolici sæculi est, in fastis seu pueris dare Eucharistiam, sed sæculi tertii & sequentium, uti nec illa frequens distinctio Episcoporum, & Presbyterorum, lib. 2. c. 25. lib. 3. c. 11. lib. 8. c. 28. & c. 46. qui Apostolis unius offici: nomina sunt, sæculo demum tertio, secundum Blondellum, distincta (10). Inauditæ etiam tempore Apostolorum, Subdiaconorum, Acolithorum, Exorcistarum, Lectorum, Ostiariorum, voces & officia, quæ passim occurrunt in constitutionibus istis. Inaudita potestas illa quam paucim tribuunt Episcopis, lib. 2. c. 11. & 12. & 14. & 20. & 26. 28. 30. & 52. tributa lib. 2. c. 34. & decimæ ibid. & c. 35. De conjugio Personarum Ecclesiasticarum, quod non liceat Episcopis & Presbyteris, si jam sint ordinati & in ministerio ducere uxores, neque ad secunda vota migrare: contraria docent veris Apostolicis constitutionibus in S. Scriptura revelatis lib. 6. c. 17. (11). Contra quas inducunt quoque delectum ciborum, lib. 5. c. 18. Jejunia stata, lib. 5. c. 12. 14. 19. 20. lib. 7. c. 24. festos dies, lib. 5. c. 12. c. 17. c. 19. c. 20. lib. 8. c. 33. Sabbathi & Dominicæ celebrationem d. lib. 8. c. 33. lib. 7. c. 24. Jejunium ante baptismum lib. 7. c. 23. precatio nem versus Orientem baptizati: quæ cæmonia est quarti sæculi, teste Cyrillo, non Apostolici, lib. 7. c. 46. & lib. 2. c. 57. Porro Cathecumenorum, & poenitentium ritus, qui sæculo tertio & quarto demum cogniti in Ecclesia & politi, satis probant mentiri constitutiones istas Apostolorum nomina & ætatem: vid. eas lib. 8. cap. 6. Absurdum est, quod prohibent fideli etiam doini cum cathecumeno precari, lib. 8. c. 34. fin. Baptizari statim eum, qui imprudenter eucharistiæ gustavit, lib. 5. c. 19. lib. 7. c. 26. Ridicula quæ mandantur in celebratione Eucharistia, lib. 8. c. 12. Duo Diaconi ex utraque parte altaris teneant flabella ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo, ut parva animalia volitantia abigant, ne in pocula incident. Otiosorum hominum, non Apostolorum est, hasco minutias sectari, ut & tam operie præscribere formam Basilicarum, lib. 2. c. 57. Falsum & contra historiæ veritatem in actis Apostolicis proditum est, quando septem diaconi Hierosolymæ, una cum Paulo Apóstolo congregati flaguntur, lib. 8. c. 4. ad scribendas istas constitutiones; cum jam Stephanus ante Pauli Apostolatum fuerit subiactus; quem stupidus ille impostor in eodem hoc libro ante scripti onem constitutionum harum pro Christo vitam impendisse memorat, vide c. 46. adde lib. 5. c. 7. & lib. 8. c. 33. Ejusdem commatis est, quod Jacobum Zebedæi filium, Joannis fratrem ab Herode gladio act. 12. V. 2. sublatum, septennio post mortem singat interesse concilio Hierosolymitano Act. 15. & historiam narrate, lib. 6. c. 22. quem lib. 5. c. 7. inter Martyres recensuerat. Item per Clementem Romanum Episcopum missas istas constitutiones, qui certe ante mortem Jacobi anno Christi Tom. III.

(10) Non idem esse munus Episcopi, & simplicis Sacerdotis constantissima semper fuit Catholica Ecclesiæ doctrina, hinc ærium in primis detestata fuit, ut monet Epiphanius hæresi 75. Wiclefum pariter ejusdem erroris innovatorem in Synodo Constantiensis sess. ultima, & tandem Lutherum & Calvinum, in Tridentina Synodo sess. 23. cap. 4. & can. 7. eo quod parem in Episcopis atque Presbyteris dignitatem, & potestatem defenderent condemnavit. Videri potest hac de re nota [a] ad caput 7. libri 1. Duarenii de Ecclesiast. Minister. & Benef. Lucanæ edit. Tom. 4. W.

(11) Et quanam fronte de divina in sacris Literis expressa revelatione adversus Clericorum cœlibatum sibi blandiri non verentur Hæterodoxi? Quæ Latinos inter, & Græcos hac de causa simultates, & jurgia infurixerint quis ignorat? nec tamen obrudentes Latinii apostolicam traditionem, & proxim Ecclesiæ, erroris convicti fuerunt ab adversariis; non clam, & furtim in fidelium mentes suam de clericorum cœli-

batu opinionem insinuare fatagebant, sed in publicis Synodis sententias, atque definitiones pro eadem statuebant Latinæ Ecclesiæ Patres, quin divinam revelationem sibi opponi posse dubitarent; ita se inter alios gesserunt Concilii Africani Patres anno Christi 390. canonum tertium, hoc pacto statuentes: „ Grandus isti tres, qui constrictione quadam castitatis per consecrationes adhæxi sunt Episcopos, inquam, Presbyteros, & Diaconos ita placuit, ut condeceret sarcros Antistites, ac Dei Sacerdotes, nec non Levitas, vel qui Sacramentis Divinis inserviunt continententes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a Domino postulant imperare, ut, quod Apostoli docuerunt, & ipsa tervavit antiquitas, nos quoque custodiamus.“ Ex isto canone satis fit palam quæ fuerit Apostolorum doctrina de Clericorum cœlibatu. Legatur nota [a] ad caput 7. libri 4. Duarenii de Ecclesiast. Minister. & Benef. W.

xxxiv Gerhardi Von Maastricht

44. non potuit esse conversus. Lepidissimum porro est id, & ad risum excitandum aptissimum, quod lib. 2. c. 57. de libris suis legendis ita præcipiunt Apostoli: *Deinde acta nostra legantur, item Epistole Pauli cooperarii nostri, & postea Diaconus aut Presbyter legat, que ego Matthæus & Joannes tradidimus vobis, & que Pauli cooperarii Marcus & Lucas acceperunt & reliquerunt vobis.* Cum Evangelium Joannis demum post ejus revocationem ex Pathmo, id est annum domini 97. sit scriptum; quo tempore omnes fere Apostoli fatis concederant. Hujus est quoque farinæ, quando lib. 6. c. 6. mentionem faciunt Ebioneorum, qui secundum Epiphanius *Heres.* 30. §. 2. & Baron. a. 74. §. 6. post excidium Hierosolymæ coepérunt, quo tempore non modo Jacobum, sed & Petrum & Paulum, itemque alios ex Apostolis vita excessisse cuncti consentiunt; qui tamen finguntur hasce constitutiones scribere. Lib. 7. c. 48. narr. se Jacobo in Hierosolymitano Episcopatu Simeonem Cleopæ suffecisse, qui secundum Halloxiūm in notis ad vitam *Ignat.* c. 2. post Clementem nostrum vixit; qui tamen fingitur hisce constituentibus adfuisse. Lib. 6. c. 8. mentionem faciunt haereticorum *Marei Basilidis & Saturnili*, quos ex Irenæo scimus post Clementis & Apostolorum mortem exortos esse: vid. eum lib. 3. c. 3. *advers. heres.* & Euseb. lib. 4. *H. E. cap. 6. edit. Gr. & in Chron.* in quo a. 136. Basilidem exhibet; cui concinunt Theodore. lib. 1. *heret. fabul.* c. 2. 8; Clemens Alexandr. *Stromat.* lib. 7. Adducunt etiam ad probandam resurrectionem versus decem Sibyllinos, lib. 5. c. 6. cum opera Sibyllina sub Antonino Pio & Marco Aurelio, XXX. vel XL. annis post mortem omnium Apostolorum facta demum sint, & in lucem edita. Lib. 6. c. 24. *Romanos in Deum credidisse, & a Deorum multitudine atque injustitia discessisse dicunt,* quod non ante Imperium Constantini, seculo quarto factum. His adde testimonia librorum Apocryphorum eorumque laudes, Susanna lib. 2. c. 51. Judithæ lib. 3. c. 17. Baruchi lib. 5. c. 2. Ecclesiastici lib. 4. c. 11. [12] quod veros Apostolos non fecisse constat: item falsam Etymologiam & significationem vocis Israel ὁ ὄπων Θεύ, lib. 7. c. 37. & lib. 8. c. 15. & contra eam Hieronym. tradit. *Hebr. in Genes. c. 32. tom. 3. nibi pag. 220. editionis Froben. Basil.* 1553. Falsa est adsertio lib. 6. c. 7. de Philippo Apostolo, qui fuit tantum Diaconus [13]; ut & de Jacobo Domini Fratre, cui apostolatum abrogant, & Episcopum Hierosolymitanum ordinatum a se dicunt, lib. 6. c. 14. & 12. lib. 3. c. 4. lib. 7. c. 48. contra quod vid. Bellarm. *de script. Eccles. in Clement. & Baron. ad ann. 44.* §. 36. & 37. Porro falsum quod Mariam Lazari sororem faciant diversam a Miria Magdalena lib. 3. c. 6. contra quod insurgit Baron. *ad ann. 32.* §. 19. & Bellarm. 1. c. Falsum etiam quod l. 6. c. 24. adserunt verare *Mosen Iudeos Aram extra Hierosolymam collocare, & legem extra Iudeos terminos legere;* & lib. 5. c. 20. *Iudeos Baruchum legere consueuisse.* Falsa item est citatio lib. 6. c. 2. ubi A'βεδαδάν citant, qui 2. Sam. 20. V. 1. Schebâh dicitur: quod haufisse videtur Falsarius ille ex Pleudignatii Epistola ad Masuebanos [14]. Ex quibus omnibus affitum patet, non sive has Constitutiones Apostolorum. Non esse quoque a Clemente Episcopo Romano scriptas: primæ patet ex ipsis constitutionibus, quæ eas non a Clemente, sed ab ipsis Apostolis scriptas dicunt, Clementis vero tamquam portitoris vel ministri, qui ad Episcopos & Ecclesiæ deferat, meminerunt: vid. eas lib. 6. c. 14. lib. 8. c. 4. & lib. 6. c. 18. Epiphanius etiam, qui, ut supra dictam, sepius meminit διάταξέων τῶν Α'ποστόλων, nunquam tamen eas Clementinas vocat, aut Clementi adscriptas refert, sed simpliciter aut Α'ποστόλων διάταξες, vel singulari numero διάταξις appellant: vid. eum *Heres.* 30. §. 7. *Heres.* 70. §. 10. & *Heres.* 75. §. 6. *Heres.* 45. §. 2. Neque etiam Athanasii & Eusebii διδαχῆ τῶν Α'ποστόλων ullibi adscribitur Clementi. Itaque non immerito dubitat Dalæus, an non illa διὰ Κλήμεντος addita fuerint titulo ab alia manu; temporibus Trullani concilii Constantinopolitanæ, videntur jam habuisse id nomen; in ejus enim Canone secundo eas Patres vocant τὰς τῶν Α'ποστόλων διὰ Κλήμεντος διάταξες. Neque negligenda hic nobis ejusdem Dalæi conjectura, lib. 1. c. ult. *Pseudepigraphon Apost.* ex antiquis Constitutionibus Apostolorum, Epiphanius temporibus notis, & διδαχῆ τῶν Α'ποστόλων Athanasio & Eusebii memoratis, hoc quod Bovius opus propinavit forte potuisse esse confarcinatum, & majoris auctoritatis causa Clementi iuscriptum. Verum hæc tantum conjectura est. Id majori attentione dignum; quod libro secundo latissime & solidissime probat, neque ipsi Clementi, cui adsinguntur cognitas fuisse ex ejus genuina epistola; neque postea Justino Martyri & Philosopho, neque Athenagoræ, neque Irenæo, neque Clementi Alexandrino, Tertulliano, Origeni, Cypriano, Dionysio, vel Petro Alexandrinus, neque Patribus Eliberitani, aut Nicenæ concilii quidquam de his innotuisse, neque Arrianos aut Catholicos quarti seculi, neque Laodicænos Patres, neque Basilius, neque quinto seculo nisi decurrente Græcos vel Latinos, eorum notitiam habuisse: sequentibus autem seculis apud Latinos usque ad undecimum, imo ante Bovii editionem vix innotuisse, nunquam receptas fuisse. Si quis conjecturæ tamen locus ex

ri-

[12] Mira quidem Calvinistarum procacitas est, dum e factorum librorum centu nonnullos expurgare, ac inter Apocryphos ablegare contra Catholicæ Ecclesiæ definitionem, presumunt: Libros Baruchi, Judith, Ecclesiastici, & Historia Susanna divinos esse, & Canonicos definit Synodus Tridentina sess. 4. cap. unic. Liber Baruch tamquam d'vni agnoscetebatur a sanctis Basilio, Ambroso, Cypriano, Clemente, Alexandrino, aliisque Patribus, quinquim sub nomine Jerome citari solerer. Liber Ecclesiastici inter Hagiographa ab Iulio reponeretur, & velut divinus habebatur a SS. Ecclesiæ Patribus quemadmodum etiam aliqui duo libri; de quibus omnibus plurima tradit Natalis Alexander dissent. 10. in quintam Mundi æratem art. 12. dissent. 7. in sextam mundi æratem art. 7. & art. 4. dissent. 1. in sextam mundi æratem art. 2. Proposit. 4. quibus horum librorum canonicitatem demonstrat. W.

(13) Philippum qui Samaritas, & Eupuchum ba-

ptizavit, Diaconum suisse tantum, diversumque ab Apostolo illo, qui Philippus etiam appellabatur ex istis Isidorus Pelusiota lib. 1. Epistolirum, Epist. 447. & sequentibus in Bibliotheca Patrum Tomo 7. pag. 577. evidenter ostendit; quamvis ut Valesius in notis advertit, vetus fuerit error, quo antiquiorum nonnulli, ut Papias, Polycrates, Clemens Alexandrinus, aliqui Philippum Diiconum, & Evangelistam, cum Philippo Apostolo confunderunt. W.

(14) Quam grandis animi fiducia in Maastrichtio, dum Ignatii ad Magnesianos Epistolam, contra venerande antiquitatis luculentissima testimonia νοθεῖς insimulare non timet! Epistolaram Ignatii in sua ad Ephesios Epistola meminit Policarpus, & S. Hieronymus eamdem in Cathalogo Scriptorum, in Ignatio commemorat; opposita Ballæi argumenta levissima sunt, eademque Natalis Alexander dissent. 23. in Historiam seculi 2. convulsit. W.

116 Non sunt scriptæ a. Clemensi.

117 Non nobis patribus trium primorum seculorum.

118 Vix no. Latinis usque ad Bovii editionem.

Historia Juris Ecclesiastici.

XXXV

ritibus tertii, quarti & quinti saeculi, qui in iis obvii, censet Dalaeus in fine saeculi quinti esse scriptas & suppositas, non post quantum, quia quae post id saeculum recenter sunt inducta, non memorantur in iis: nil de imaginibus & reliquis ritibus investit. Ab hac sententia non ab ludere videtur, quod eodem tempore, quo scriptae propter multas absurditates in nativitate quasi oppressae videantur, a Gelasio & jo. Episcopis in concilio Romano, in quo damnatae, inter apocrypha relatae tandem delituerunt, donec iterum in lucem a Bovio revocarentur. Hugo Grotius lib. 1. de jur. bell. cap. 2. in not. ad §. 9. coniicit scriptas constitutiones has Pseudapostolicas praecipite saeculo secundo. Blondellus refert ad decurrentis saeculum tertium, in *Apolog. pro Episc. & Presb. sect. 3.* pag. 231. Herm. Coring. in *animadvers. de purgator. n. 32.* ad saeculum quintum. Usserius vero de scriptis. Ignat. cap. 6. ad saeculum sextum. Salmasius agnoscit eas esse antiquas lib. de coma. Varia tempora & varios scriptores eis adsignant Halloix not. ad vit. Policarp. cap. 6. & Albaspinæus lib. 1. obs. 13. Materiam impostor inficit ex scriptura, Ecclesiasticis ritibus & disciplina, suo tempore usitata, tum etiam libris quibusdam ritualibus, veluti Epiphanius tempore notis Constitutionibus Apostolicis, & doctrina Apostolorum Athanasio & Eusebio memorata forte hausit, & stultissime digessit. Quod eo magis probabile, saltem de constitutionibus Apostolorum, quia & ab iis titulum mutuatus videtur, & quædam quæ Epiphanius ex iis recenset, hodie in Bovianis constitutionibus leguntur; quædam vero, ut supra quoque dictum, non comparent. Hæreticum & Arriana labo infectum fuisse harum constitutionum scriptorem, ex iis satis superque colligi potest, quæ de filii & Spiritus Sancti persona ex eo in medium produximus. Rectissime itaque suam crish Magnus Dalaeus hisce finit, *vix ullum aliud esse opus Apocryphum, quod sic undique ab omni parte laboret, ut Boviane dixerit.* Hanc etiam causam esse arbitror, quare in editione conciliorum anni 1636. Parisis facta constitutiones hæc Pseudapostolicæ penitus ex opere isto exturbatae sint. Ex quibus, hactenus disputatis, judicare lector poterit quid de judicio Cardinalis Bonæ sit statuendum, & quo id loco habendum, quod ille, ut suam fulciret Missam Pseudoclementinam, de hisce constitutionibus Pseudapostolicis, in lib. I. liturgicon cap. 8. §. 4. pag. mibi 52. edit. Parisiens. prodidit. Recenseri item, inquit, potest inter Apostolicas sancti Clementis Romanorum Liturgia in libro constitutionum descripta & ab Apostolis accepta, ut ille ait, a qua paucis me expidiam. Testimonium de illa perhibet Proclus initio tract. de traditione Missæ, afferens B. Clementem Apostolis dictantibus eam edidisse: cuius sententiae adhærent Baronius anno 102. num. 23. Bellarminus lib. de Scriptorib. Ecclesiasticis, & alii, qui eam legitimam esse putant, sed auctam a successoribus. Sicut enim formulam Symboli ab Apostolis traditam Patres deinde auxerunt, ut fidei mysteria clarius exprimerent; ita Liturgiae ab illis prout ferebant tempora contextæ, ab aliis postea amplificate fuerunt. Alii tamen non infimi subsellii scriptores, qui negant Clementem apostolicarum constitutionum auctorem esse, ab eo consequenter Missam abjudicant, quæ pars illarum notabilis est. Photius Cod. 112. tria capita ipsis constitutionibus opponi ait, sed quæ facile dilui possint. Epiphanius hæresi 70. num. 10. citat Librum constitutionum Apostolicarum, cum ait: *Qui Liber tametsi dubio apud nonnullos fidei sit, non est tamen improbandus; Nam in eo que ad Ecclesie disciplinam attinent, onnia comprehenluntur; neque quidquam aut in fide ac Catholicæ professione depravatum, aut Ecclesie administrationi ac decretis contrarium continet.* Sed has constitutiones, quas Epiphanius citat, diversas videri ab his, quæ octo libris comprehensa circumferuntur, observat Petavius in suis animadversionibus: quædam enim illarum sententiae ab Epiphanio citatae in vulgatis non extant. At hæc Petavii conjectura est, quæ non obstante haud improbabile existimo easdem esse, sed interpolatas, & aliquibus in locis, vel librariorum incuria, vel hæreticorum fraude depravatas. Quidam putant ad eas alludere Dionysium Alexandrinum in epistola, quam refert Eusebius lib. 7. cap. 7. in qua nihil prorsus deprehendo, quod ad Clementem referri possit. Quicquid autem sit de Auctore harum constitutionum, certum apud omnes & exploratum nunc est, quod si ab Apostolis immediate dictæ non fuerint, Concilio tamen Niceno antiquiores sunt, & his continetur disciplina Ecclesiastica, qua Orientalis Ecclesia sub Ethnicis Imperatoribus ante Magnum Constantinum regebatur, ut Vir eruditissimus Joannes Morinus docet Parte 2. de sacris Ordinat. pag. 20. Cui adstipulatur Joannes Fronto in prænotatis ad Kalendarium Romanum §. 5. Petrus item de Marca lib. 3. Concordia cap. 2. ejus libri Auctorem saltem saeculo tertio floruisse ait, idque omnibus hodie persuasum esse. Est igitur Missa Clementis antiquissima, ejusque testimonio saepius utar, si non præcise ut ab Apostolis editæ, & a successoribus auctæ, quod valde probabile est; saltem ut a Patribus secundi vel tertii saeculi usurpatæ. Hæc ille: Oscitantur inspectas constitutiones oportet esse a Cardinale, qui ait, Clementem dicere in Constitutionibus istis Pseudapostolicis, se liturgiam ab Apostolis accepisse, quod ille in toto opere non scribit. Sed pauci sima tantum verba hæc, lib. 8. c. 46. profat: *Et ego Clemens: constitutus sum ab Apostolis Episcopus.* Ubi autem Clementis fit mentio, ea tamquam de ministro sit, ut supra dictum; vid. lib. 6. cap. 18. const. Pseu-Apist. Sed his diutius non est opus immorari, quia alii sufficenter probarunt omnes istas liturgias veteres esse, aut suppositas, aut saltem depravatas, quod posterius vel ipse Bona, de sua Clementis Liturgia fateatur. Ut pos sit itaque jactita hæc alicujus auctoritatis esse, accessiones tolli primum debent, & probari quæ sint genuinae; quod Cardinalis Bona non magis in hac Clementis, quam in aliis liturgiis ipse vel quisquam alius unquam facere poterit. Is vero, quæ adfert de interpolatione istarum Constitutionum, opponimus ea, quæ in eadem materia contra Trullanos Patres, easdem interpolatas & depravatas adserentes solidissime disseruit, sepius jam laudatus D. Dalaeus in *Pseudepigr. Apost. lib. 2. cap. 15.* & iis, quæ ille de ætate harum constitutionum profert, quasi Concilio Niceno sint antiquiores, eundem lib. eod. capitib. octo prioribus, & quæ jam disputata sunt. Nunc ad canones Apostolorum, ut vorcantur, transimus. Sunt hi pars libri octavi constitutionum Pseudapostolicarum secundum Turrianum cap. 1. pro canonib. Apost. contra Magdeburg. in cuius editione, post ultima capituli XLVI. verba, sequuntur, *Canones Ecclesiastici*, ut ibidem vocantur illi, qui vulgo appellantur Apostolorum; quod & videtur firmare canon eorum ultimus, ubi ipsi Apostoli ita ad Episcopos se convergent. *Hee vobis, Episcopi, constitutimus O.c.* Inde forte totum opus hoc constitutionum Apostolicarum Auctor Operis imperfecti in Mattheum, antiquus quidem sed tamen hæreticus, vocat *Libros Canorum Apostolorum*, & citat librum octavum *Homil. 53.* cuius citata inveniuntur libri 8. const. cap. 2. Hoc si verum, quod anterioris operis, latitudine refutati, partem faciant, hi canones; non opus foret, pluribus contra eos

119 Conjectura de tempore scriptio[n]is & suppositio[n]is.

120 Unde baufile.

121 Cardinalis Bonæ iudicium rejetum de Conf. Pseudapostolicis.

122 Canones Apostolorum pars constitutionum Pseu-apostolicarum sunt iuxta quodam.

xxxvi Gerhardi Von Maastricht

¹²³ Verius autem & probabilius videatur, impostorem hos canones sue farinai inferuisse.

¹²⁴ Sententiae Doctorum de canonibus dictis Apostolicis.

¹²⁵ De scriptore eorum.

¹²⁶ Greco-rum sententia.

¹²⁷ Novella 6. Just. explicata de canonibus Apostl.

¹²⁸ Canones Apostolici pars corporis juris.

¹²⁹ Latinorum sententia de canonibus Apostolicis.

exprofesso agere: sed videtur verius & probabile magis Impostorem quandam canones & constitutiones, duo diversa opera combinasse, & novos quosdam iis addidisse, quod vel istud solum evincere potest, quod ea, quae in canonibus leguntur, pleraque in ipsis constitutionibus suffissime inveniantur. Adde, quod canon ultimus Pseudapostolicus etiam satis indicet esse diversum opus illud canonum a Constitutionibus Pseudapostolicis, & quod Gelasius in *c. Santa Romana*, dist. 15. distinguat haec duo opera. Item Photius in *Bibliotheca Cod. 112.* & 113. Quare, & quia hi canones magis adhuc, quam præcedentes constitutiones Apostolicæ, ad Historiam nostram Juris Ecclesiastici facere videntur, & quia jam a multis retro sæculis, collectionibus Juris Ecclesiastici additi sunt, opus ut seorsim eos examinemus. Diversæ sunt hic quoque Doctorum sententiaz. Turrianus homo ferrei stomachi, & æneæ frontis in propugnandis apocryphis singulari volumine eos defendit contra Magdenburgenses Centuriatores, & omnes pro Apostolicis habet. Quem sequitur Lambertus Gruterus, in sua Clementis Romani operum editione, que prodidit Colon. anno 1570. Baronius, ad ann. 102. §. 14. & Bellarmin. de Script. Eccles. in Clemente, quinquaginta pro genuinis agnoscent, ceteros XXXV. vel secundum alios XXXIV. repudiant. Hisce subscriptis Possevinus in apparatus verb. Clemens, & Binius quoque ita tamen, ut & ceteri, excepto LXV. & ultimo per eum inter authenticos haberi jure meritoque possint; vid. ejus not. in tit. *Can. Apost. tom. 1. concil. & mirabaris judicium*, quod eodem halitu probet eos canones, & a Gelasio Papa inter apocrypha relatos confitetur. Apostolis certo adscribere nemo audet, Baronius loc. cit: *incertum esse*, ait, *ab ipsis Apostolis esse conscriptos*, neque id ipsum, *Turrianum contendere*. Qui diserte id negat: *tract. pro iis in princ. Quis, inquit, unquam ex Catholicis scriptos ab Apostolis dixit*. Postea tamen a Clemente omnes scriptos contendit, & quidem impudentissima fingit ab Apostolis post decretum de legalibus factum Hierosolymæ constitutos, a Clemente exceptos, idque anno Christi XLV. Claudii VI. P. Valerio Asiatico II. Cos. Binius, incertum relinquit, quis quinquaginta priores scripsit, quos maxime pro certis & indubitate habent, hos traditione Apostolica vult ad nos dimanasse. De ceteris dubitat, an sint ex Apostolorum Canonum Codice a Pontificibus conciliis ac Patribus accepti, an potius ex ipsis sententiis in hunc Codicem translati. Aliud est Judicium de auctoritate, nomine & auctoribus Gabrielis Albaspinæ lib. 1. observat. c. 15. ubi pro imperiis habet, qui canones istos Apostolorum auctoritate sanctos publicatos certio affirmant. Tum Ab antiquitate eos Apostolicos appellatos esse existimant. Nam, addit, cum eorum aliquot ab Apostolorum successoribus, qui teste Tertulliano de Prescriptionibus Apostolici Viri nominabantur, facti essent, Apostolicorum primum canones; deinde non nullorum Latinorum ignorantia aliquot literarum detractione, Apostolorum dicti sunt. Et apud Graecos quoque res ita processisse videtur. Aucti sunt postea, cum adjecti essent, & eodem volumine comprehensi Graeci Ecclesiæ canones. Graeci hos canones, non priores quinquaginta tantum, sed & posteriores triginta quinque jam ultra mille & quod excurrunt annos, habuerunt pro apostolicis. Patet id ex *Canone 2. Synodi Constantinopolitanae in Trullo*, seculo septimo decurrente habitæ. Cujus verba haec sunt: Εδέξε καὶ τότο τῇ ἀγίᾳ τάυτῃ σωθόντι πλησίᾳ τε καὶ πεδαισταῖς, ωσε μενειν καὶ ἀπὸ τοῦ γὰρ βεβίως καὶ ἀποφαλεῖς πρὸς φυχῶν θεραπείαν. καὶ ιατρίκην ταῦτα ὑπὸ τῶν πρὸ οἵμων ἀγίων καὶ ἐνδόξων Αποστόλων οὐδούντα πεντε ηννύχας. Hoc quoque huic sancte synodo pulcherrime & honestissime placuit, ut deinceps ad animarum medelam & perturbationum curationem firmi stablesque maneant, qui ab iis, qui nos precesserunt, Sanctis & gloriis Apostolis traditi sunt octuaginta quinque canones. Ipse etiam Justinianus Imperator noster in constitutione ad Epiphanium Patriarcham Constantinopolit. hisce canonibus perhibet testimonium luculentum Novell. 6. quæ etiam refertur in princ. nomocanon. Jo. Scholastici: Καλῶς δὲ αὐτῶν τραχτοῖτο, καὶ προτηρόντως, εἶτε ἡ τοῦ πράγματος ἀρχὴ γένοιτο πρέπετα καὶ φίλη Θεῷ. τότο δὲ ἔτεκται πιστόμεν, εἶτε ἡ τῶν ιερῶν ηννών παρατήρησι φυλάττοιτο, λιὸν οἱ τε δικάκος οὐνάψενοι καὶ προτηρώμενοι, καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τὸ θεῖον λόγον παραδόντας ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἄγιοι πατέρες ἐφυλαχαντέ τε, καὶ ἴσχυράντο. Recte, inquit, atque congruenter omnia agerentur, si ipsum rei initium gratum Deo esset, quod quidem certe futurum credimus, si sacri illi canones (vulgatus interpres habet regulas) diligenter obseruentur, quos nunquam satis laudati, adorationeque digni, & qui ipsi filium Dei conspicerunt, illique ministrarunt Apostoli nobis reliquerunt, ac sancti Patres custodiverunt & interpretati sunt. Intelligi autem hic Canones Apostolorum octuaginta quinque a Justiniano Doctissimus Usserius dissent. ad Ignat. cap. 6. pag. 37. & seq. evincere conatur. Primo quod totidem in Nomocanonem ab ipso Justiniano confirmatum, & eidem Epiphonio commendatum relatós fuisse fides sit ex Arabicō illius Codicis interprete, qui in Oxoniensi bibliotheca habetur, a Thoma Roe, ex Oriente allatus, & donatus. Deinde quia idem numerus a Joanne Scholastico, de quo postea, relatus est in ejus Nomocanonem, qui vixit sub Justiniano, quam causam esse arbitror, quare in corpus nostrum juris relati sunt hi Canones Apostolici, non tamen suo loco: vel enim post hanc Novellam sextam, ut Codex canonum Ecclesiæ Catholicæ post Novellam 131. vel saltē post novellas Justiniani Constitutiones collocari debuissent, non in fine ante consuetudines feudales. Tanti hos fecit Joannes Damascenus, quod nullus Graecorum ausus est, ut lib. 4. c. 18. de orthodoxa fide eos retulerit in canonem sacræ Scripturæ. Ita enim ille: Πάντα Αποστόλων ἐπιστολαὶ δειπτέστατες, Αποστόλου Γωνίας ἐναγγελισθεῖσαι. Κανόνες τῶν ἀγίων Αποστόλων διὰ Κλήμεντος. Pauli Apostoli Epistole quatuordecim, Apocalypsis Joannis Evangeliste. Canones sanctorum Apostolorum per Clementem. Hujus singulare est judicium, ut & Photii, qui unus fere Graecorum, quantum quidem nobis compertum est, quosdam de hisce canonibus dubitasse scribit, in Prolegomenis Nomocanonis sui in principio fere, que nunc ex Bibliotheca Justelli edidit Filius, in Bibliotheca juris Canonici veteris; Tom. 2. p. 790. αλλὰ τὸς λεγομένος τῶν ἀγίων Αποστόλων, εἰ καὶ τινες ἀπότελος διά τινας αὐτιας ἤγιοντο. Nec non [digessimus] etiam eos canones, qui sanctorum Apostolorum esse dicuntur. Quamvis nonnulli quibusdam causis moti, pro dubiis eos habuerint. Quos ille putet, qui dubitaverint de hisce canonibus, incertum est. Putat Daleus eum forte intelligere Latinos; quod non est necesse, quia ex Graecis aliqui & forte ipse Photius, librorum censor accuratissimus dubitavit. Latinis tantum cogniti canones quinquaginta, quod satis patet ex Dionysii Exigui versione, qui primus, ut supra ex ejus præfatione indicatum, quinquaginta canones Apostolicos suæ versioni præmisit, & tot agnoscit quoque codex Romanæ Ecclesiæ Moguntiæ & Parisiis editus, qui fere idem cum Dionysii co-

Historia Juris Ecclesiastici. xxxvii

dice, exceptis quibusdam, quæ supra sunt indicata. Idem confirmat c. *Clementis*, dist. 16. quod falso inscribit Gratianus Leoni IX. cum sit Humberii Cardinalis; de quo vid. Ant. August. lib. 1. dial. 6. a pag. 43. nostre edit. & seq. Neque plures Isidorus Mercator, Impostor ille, suæ collectioni inse-
ruit; Hi quinquaginta, qui Latinis noti fuerunt, apud eos non ejusdem fuerunt auctoritatis, qua apud Græcos: nullo apud eos, ut Græcos concilio sancti aut recepti, sed manifeste jam saeculo quinto ex-
eunte a Gelasio & 70. Episcopis reprobati & inter Apocrypha relati c. *Sancta Romana*, dist. 15. Cui concinuit Isidorus Hispalensis, qui saeculi septimi anno 39. vita functus est, relatus a Gratiano in c. *Canones*, dist. 16. Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recepit, nec sancti Patres illis ad sensum probuerunt, pro eo quod ab hereticis sub nomine Apostolorum compositi di-
gnoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur: tamen ab auctoritate canonica atque Apostolica eorum gesta placet esse remota, atque inter Apocrypha deputata. Quem Isidorum dubie separant ab Isidoro Mercato-
re in nosis Emendatores Gratiani, qui in eadem distinctione c. *Placuit contraria dicit*; quod male-
facit l. c. Anton. Augustinus noster, quem vide. Notabile est hoc Isidori testimonium, quo adempta
est omnis auctoritas hisce canonibus Pseudapostolicis. Quos enim Turrianus, ab Apostolis conditos,
a Clemente scriptos mentitur, ille ab hereticis sub nomine Apostolorum compitos dicit. Quos ille re-
ceptos persuadere conatur, Isidorus, receptos vel a Patribus probatos negat; quos ille pro legitimis &
Ecclesiasticis obrudit, hos Isidorus, inter Apocrypha deputatos & ab auctoritate Canonica, atque Apo-
stolica remotos fuisse, adserit. Quod certum indicium saeculi septimi principio, non fuisse alicujus apud
Latinos auctoritatis hos canones Pseudapostolicos, quare etiam Ferrandus Diaconus Charthag. qui eo-
dem tempore fere, quo Dionysius Exiguus vixit, suum Breviarium canonum scripsit, eos suæ digestio-
ni non inseruit. Agnovit hoc quoque Dionysius Exiguus, qui idcirco hæc præfationi supra relatæ in-
seruit; In principio itaque canones QUI DICUNTUR, Apostolorum de Greco transtulimus, quibus quia
PLURIMI CONSENSUM NON PRÆBUERE FACILEM, hoc ipsum vestram noluimus ignorare san-
ctitatem; quamvis postea constituta Pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse videantur. Quibus suam
versionem videtur voluisse mitigare & munire, cum sciret non ita diu a Gelasio damnatos esse hos ca-
nones, & ut conciliaret quandam iis auctoritatem subjecisse: postea Constituta Pontificum ex ipsis ca-
nonibus adsumpta videri. In quo certe non omnino falsus fuit, posteri enim, quanquam semper cum o-
dii cujusdam contestatione & timide, eos admirerint, & aliquo loco habuerint, nunquam tamen tan-
ti estimarunt, ut quod inscriptio cantat pro Apostolicis reputaverint. Ex his patent fata horum cano-
num apud Latinos. Nempe primo inter apocrypha relatos esse a Gelasio, mox a Dionysio Exiguo ver-
fos, & canonibus conciliorum additos, attamen adhuc, ut constat ex Isidoro supra relato, reprobatos
esse; donec tandem a Leone IV. saeculo nono medio admitterentur. Turrianus ut Gelasii auctoritatem
eluderet, homo in fabulis comminiscendis major Æsopo fabulatore celeberrimo, fingit sine ulla anti-
quii testis auctoritate, canones Apostolicos a Priscillianistis suppositos, eosque damnare Gelasium. I-
sidi auctoritatem fœdissima ignorantia eludere conatur, opponendo Isidorum Isidoro in cap. 1. & 4.
dist. 16. tanquam eundem; quos tamen recte Antonius Augustinus noster ut supra monstratum, agno-
scit esse diversos, unum Hispalensem, & alterum Mercatorem. Vide accuratissime Turriani commen-
ta refellentem Dalæum in *Pseudepigr. Apostol.* lib. 3. cap. 3. pag. 442. & multis seqq. Aliter enervat
auctoritatem Gelasii Bellarmianus, *de script. Eccles.* qui cum Humberto saeculi undecimi medii scripto-
re & legato Pontificis, agnoscit quinquaginta genuinos; trigesima quinque spuriros, & de posterioribus
vult loqui Geiasium. Sed hoc commentum ipse Gelasius in d. c. *Sancta Romana*, dist. 15. inspectus ab-
unde refellit; qui totum librum canonum Apostolorum inter Apocrypha refert, nullos genuinos aut
priores, a spuriis & posterioribus distinguit. Deinde etiam Dionysius Exiguus, qui eodem fere cum Ge-
lasio tempore vixit, & quinquaginta canones Codici canonum primus adjunxit, ille de his quinquagin-
ta dicit; plurimos his consensum facilem non prebuisse; porro ipse Isidorus Mercator, qui etiam quin-
quaginta tantum conciliis præposuit, eos a quibusdam Apocryphos dici scribit d. c. 4. dist. 1. Neque
plures quam quinquaginta agnoscit Gratianus ante c. 1., dist. 16. neque plures noti aut compoliti fue-
runt tempore Gelasii. Ceterum itaque est hos ab eo & patribus septuaginta fuisse damnatos, cæteri e-
nim XXXV. potea conficti sunt, & a Justiniano Imperatore & Joanne Scholastico in Nomocanone
relati. Quod vel ex eo patet, quod Dionysius non longe post Gelasium vivens, taatum quinquaginta
verterit, cæteros certe etiam versurus, si extitissent, quod non obscure agnoscit Baronius ad Ann. 102.
§. 11. qui tantum quinquaginta reperisse Dionysium Exiguum ingenuo refert, & confitetur hos quinqua-
ginta canones a Gelasio inter apocryphos esse relatos; Sed alio estugio, ejus damnationem evitare, aut
interpretari conatur: Ea, inquit, ratione, canones isti, quod cum Apostolorum nomine censerentur non
essent in Canone librorum Novi Testamenti, merito sunt Apocryphorum census signati; quod vero a san-
ctis Patribus, privatim & a sacris Synodis publice sunt recepti, merito authenticæ dici debent. Sed & hoc
commentum abscondendæ vel obvelandæ veritatis causa fictum, ipsum decretum Gelasii satis refellit,
quod prima parte præter scripturas sacras recenset etiam ea scripta, quibus Ecclesia Catholica utere-
tur, sed infra sacræ Scripturæ auctoritatem. Posteriori vero parte enumerat scripta, quæ repudiata
sunt, iisque diserte accenset Librum Canonum Apostolorum, adeoque nec sacris, nec Ecclesiasticis libris
annumerari vult eos; imo quod magis est ipse Gelasius accenset libris, que ab hereticis sive scismaticis
conscripti, vel predicati sunt, quos nullatenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia; e quibus pauca,
qua ad memoriam venerunt, & a Catholicis vitanda sunt, credit esse subdenda. Post recensionem istorum
librorum, & inter hos canonum Apostolicorum subdit: Hec & cetera his similia, que Simon Magus,
&c. nec non & omnes heretici eorumque discipuli, sive scismatici docuerunt, vel conscripserunt, quorum
nomina minime retinentur, non solum repudiati, verum etiam ab omni Romana Catholica & Apostolica
Ecclesia eliminata atque cum suis auctoribus auctorunque securis sub anathematis indissolubili vinculo
in æternum confitemur esse damnati. Ejusmodi vero libros Baronius nobis pro Ecclesiasticis obtrudere
conatur, quos diserte Gelasius in æternum damnatos dicit, & cum aliis pessima notæ libris apocryphis
accenset, quæ sola vox apocryphi Baronii facum eludit & eliminat, concinente vel ipso Bellarmino,
lib. 1. de verb. Dei, c. 20. cujus verba rei præstanti aptissima recensebo: Interdum vocant apocryphos li-
bros eos, qui errores admixtos habent. Sic utitur hac voce Origenes homil. 1. in Cantic. Hieronymus in
Epistola ad letam de institutione filie, & Augustinus lib. 15. de civit. Dei c. 23. Quam significationem
secutus Gelasius, in decreto de libris Ecclesiasticis, eos libros vocat Apocryphos, qui sunt editi ab auto-
ritas apud Lat-
inos non ea-
dem que apud
Græcos.

xxxviii Gerhardi Von Maastricht

ribus hereticis, vel certe suspectis. Neque quidquam Turrianum juvare potest figmentum, quasi ipse Gelasius multa ex hoc Apostolicorum canonum libro laudet in Epistolis suis, quoniam hoc aperte falsum est, & clarum, quod ille sua vel ex sacris Scripturis, vel ex Concilii Nicaeni scitis hauserit, quæ Turrianus impudenter eum ex hoc ab ipso damao libro adferre fingit. Vide sis Dalæi *Pseudep.* *Apost. lib. 3. c. 4.* Zephyrini Papæ Epistolam summa cum impudentia a Gelasio probatam adserere audet Turrianus, quam infra ab Isidoro Mercatore septem seculis post Zephyrinum confictam demonstrabimus. Verum itaque est de his canonibus judicium Magni Dalæi *lib. 3. Pseudepigr. Apost. cap. 4. pag. 479.* & seqq. quod adscribo; *Profligatis ergo quæcumque ad hunc locum a Turriano, Bellarminoque & Baronio objecta, vel excogitata sunt, firmum ac verum stat Gelasii in Romana 70. episcoporum Synodo decretum, Liber canonum Apostolicorum apocryphus.* Unde clarum certumque fit primo *Dionysium Exiguum quinquaginta Apostolorum canones a se in Grecis exemplaribus inventos, temere ac inscite & preter disertissimam Episcopi, Conciliique Romani sententiam Ecclesiastico codici primum omnium inferuisse;* multo pejus, atque periculosis paulo post peccasse Justinianum, & Joannem ex Scholasticis, qui eundem canonum Apostolicorum librum, & quidem triginta quinque capitulis auctiorem, in publicum Nomocanonem retulerunt; gravissime omnium peccasse Damascenum, qui non modo falsos ac nuperos, sed etiam a Papa & Concilio Romano damnatos canones divinis libris per intolerabilem, planeque sacrilegam audaciam exequavit; peccasse & Trullanos Patres, qui eundem librum firmare & auctoritate summa donare non dubitarunt, eodenque in flagitia herere reliquos omnes Grecos, qui hujus Synodi placita sequuntur; errasse postremo Leonem IV. & Nicolaum I. & ceteros Latinos, quotquot Dionysiacæ collectionis specie decepti, adversus sacra canitie veneranda Gelasii & majorum statuta, ac contra luculentissinam Isidori Hispanensis admonitionem, damnatos, qui Apostolorum dicuntur, canones, inter Ecclesiasticas regulas habere ac recensere ausi sunt. Horum omnium quocunque, ac quanticunque de cetero sint, auctoritatem omnem obterit antiquitus Gelasii, Romanique Synodi decretum; neque ullis posteriorum feuentiis convalescere possunt, que jam tot ante seculis legitimo, ac canonico, non Romani modo Presulisi, & quidem ejus, qui inter sapientissimos habetur, sed & Romanæ, & quidem LXX. Episcoporum Synodi, statuto convulsa & ex Ecclesie Catholice finibus exterminata fuerunt. Hoc ego Romana veteris Ecclesie decretum omnibus recentiorum scitis, ac disputationibus opono; hoc unum pluris facio, quam & Trullane Synodi, & Grecorum omnium canones & psephismata. Neque satis mirari possum degenerem Turriani & aliorum ignorantiam, qui in tota hac causa Romani nominis dignitate fædissime prodita, unius Scythe nugas, & Grecorum levitatem sui Gelasii, sive Synodi auctoritati anteporunt. Ac illis quidem, si moribus, quos ja-
ctant, Romanis vere essent, hec ad contempnendos, & ad Apocrypha relegandos Apostolorum, quatquot dicuntur, Canones, satis esse deberent [15]. Non satis potest mirari degeneres Latinorum animos Dalaëus, quod tamquam pro aris & focis propugnant constitutiones, & canones Pseudapostolicos; ego desino hoc mirari, quando video eos præcipua sua dogmata ex iis confirmare. Constitutiones citat Bellarminus *lib. 1. de clericis c. 12.* pro antiquitate ordinum Ecclesiasticorum, *lib. 2. de Monach. c. 26.* pro voto continentiae, *lib. 1. de purg. cap. 6.* pro oratione pro mortuis, *lib. 3. de cultu sanct. cap. 7.* pro aqua lustrali, *lib. 4. c. 4.* de Euchar. pro reservatione sacramenti, & *cap. 10. ibid.* pro missione vi-
ni & aquæ in sacramento Eucharistiae, *lib. 2. c. 15.* de missa, pro lotione manuum ante consecratio-
nen, *lib. 2. de confirm. cap. 3.* pro confirmationis sacramento. Anglo-Remenses citant easdem, ut probent ab Apostolis institutum esse quadragesima jejunium, in annot. ad *Luc. 4. 1.* Canones Apostolorum adducuntur fere ab omnibus Pontificiis. Bellarminus canonem primum laudat, *lib. 1. de Cler. cap. 3.* & *lib. 4. de not. Eccles. cap. 8.* ut probet, Episcopum non nisi a tribus Episcopis ordinandum esse. Canonem item 3. & 4. idem pro ritu altarium, ut probet Missam esse sacrificium proprio dictum, *de Missa lib. 1. c. 16.* Canon. 12. 13. & 15. pro distinctione Clericorum & Laicorum, *lib. 1. de Cler. c. 1.* Canonem 27. pro coelibatu ordinibus initiatorum, *ibid. c. 19.* Canon. 48. pro insolubilitate ma-
trimoniū quoad vinculum, *de matrim. lib. 1. c. 26.* Canon 68. pro jejunio quadragesimali, *lib. 2. c. 14.* de bon. operib. Canon. 2. adducit Stapleton, relect. contr. 2. q. 4. art. 3. ut probet Presbyterum ab uno Episcopo esse ordinatum. Canon. 34. pro appellationibus ad Pontificem Romanum, *ibid. contr. 3. q. 7.* Alanus Cardinalis canonem ultimum profert, ad probandam auctoritatem canoniam librorum Machabæorum *lib. de suffragio pro defunct. c. 3.* Alii alios laudant, ut suas quisquillas colorent. Atque hæc est causa, quare hasce Apocryphas delicias ita affectent, ut ex oreo, in quem damnatae sunt a Gelasio & 70. Patribus, revocent, quo fucum multis faciant & novis inventis antiquitatis speciem & faciem concilient (16). Non abs re itaque erit, larvas paucis detrahere his apocryphis quoque canonibus; Bellarminus in *Clemente de script. Eccles.* itemque Possevinus, laudant pro canonibus Apostolorum, testimoniam Tertulliani in libro adversus Præxam. Sed utrumque decepit Sixtus Senensis *lib. 2. Bibliothec.* Tertullianus enim ut jam antea observavit Magnus Uterius, in *Dissent. de script. Ignatii c. 6. pag. 35.* & seqq. neque in libro adversus Præxam, neque in aliis libris meminit canonum Apostolicorum, aut dicit eos esse nobis per manus Apostolorum traditos, quod Bellarm. & Possevinus afferunt. Quinimo certum est Tertulliano nullos fuisse istiusmodi canones cognitos, multa enim alias ex eorum auctoritate fir-
masset, aut aliter quam fecit, decidisset. Falsa quoque est allegata a Sixto & Bellarmino auctoritas Athanasii, vel alius auctoris synopseos, qui nullibi meminit Canonum Apostolicorum, sed tantum τὰ Κλημεντία Clementina refert inter ea Novi Testamenti, quibus contradicitur cum Petri, Joannisque & Thomæ periodis, sive itinerariis. Per Clementina autem non intelligi posse canones Aposto-

lo-
131 *Cause quare proponunt posteriores Pontifices Constitutiones & Canones Apostolicos.*

(15) Canones qui sub Apostolorum nomine circumferuntur, apocryphos a multis etiam Catholicorum Criticis haberi compertum est; quamvis canonum istorum aliqui, a quoque tandem fuerint constituti, diu ante Synodus Nicænam estuisse dicantur. Videatur observatio (1) in notas Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

(16) Quem unquam Catholicorum, nisi imperitum omnino, atque in controversiis dogmaticis, hospitem proflus palam nobis facient Hætherodoxi, qui fidei Christianæ dogmata, aut laudabiles Ecclesiæ consuetu-

dines ex solis, qui Apostolici dicuntur, canonibus comprobare præsumperit? quamvis hisce canonibus ad explodendum novitatis characterem doctrinæ, & moribus Romano Catholicæ Ecclesiæ a reformatis impactum, saepe sèpius utantur Controversisti. Inconclusi omnino propugnacula contra inimicos Christi, & veritatis, limpidissimos revelatae doctrinæ fontes cœnosis Hereticorum undis Catholicæ opponunt, quod & a Bellarmino per actum fuisse in locis a Maastrichtio citatis, inermi etiam oculo intueri quis potest. W.

lorum, vel ex eo patet, quod multis demum post Clementem annis sint scripti & congesti, ut possea patebit. Testimonia primorum Urbis Romæ Episcoporum, Anacleti, Alexandri, Julii, Eleutherii, Marcelli, Fabiani, Eusebii, Aniceti, Callisti, Lucii, Eutychiani, pro canonibus Apostolicis, nemo cordatus, qui in antiquitate Ecclesiastica non est totus Hospes, etiam ex Pontificiis, pro genuinis habet, sed impudentis facili noui ineuntis impostoris, quod possea, ubi de Isidoro Mercatore, ejusque collectione nobis sermo erit, pluribus demonstrabimus. Mentitur porro strenue Turrianus, *pro canonibus istis contra Magdeb.* pag. 69. & Binius, *in canon. 51. Apost. tom. 1. Bibl. Patr.* quando notos & citatos origini dicunt canones istos, lib. 8. & 3. contra Celsum, quia quædam refert, quibus similia leguntur in canonibus Apostolorum; cum vel pueri sciant nullum legitimum argumentum inde duci posse; mores quidam in usu terro faculo decurrente, laudati ab origine, inveantur quoque in canonibus Pseudapostolicis, ergo Origini illi fuerunt noti, & ab eo cirati. Eodem modo adducit Turrianus quædam ex Cypriano, & synodis quarti facili, quæ certe si doceret Turrianus patres illos ex canonibus Apostolicis haussisse, aut hausta dicere, jam probaret, quod sibi adsumperat. Magisque verum, imo forte certum est, quod Imposter ille, qui faculo quanto exente (ut probabile est) hos canones Apostolis supposuit, sua ex conciliis aut Patribus, quam Patres aut concilia sua ex his canonibus, quos ignorarunt, sumpserint. Maxime cum nullibi sua Patres muniant auctoritate canonum Apostolorum, quod religiosi certe non præteriissent, si scivissent tales extare. Neque etiam Nicæni Patres passim τὰ κανόνα simpliciter, can. 1. 2. 15. citassent, sed illud Αποστόλων, vel illud Αποστόλων δικαιούμενος, itemque numerum procul dubio subiecissent, si Apostolos tradidisse, & extare illos canones iis compertum fuisse. Verum hic mos est Turriani, si apud quendam ex Patribus, aut in concilio tantum legatur: secundum canonem, regulam, morem Ecclesiasticum, & simile quid inveniatur in Canonibus Pseudapostolicis, statim id sufficiens argumentum est, & probatio, Patrem illum, vel Synodus respexisse vel citasse canones Apostolicos. Sic adducit cap. 12. *pro canonibus hisce pag. 31. & seqq.* ex faculo quinto Epistolam Innocentii, Romani Episcopi ad Vietricium Rothomagensem, quæ est Anno 404. in qua tota ne γραπτο invenitur pro hisce canonibus. Quædam ex tredecim capitulis quæ ibid. leguntur, inveniuntur quidem præcepta etiam in canonibus hisce, sed non dicit se ea haussisse ex iis Innocentius, nec horum auctoritate sua fulet; quod certe non neglexisset, cum in capite primo & septimo citet synodum Nicænam, si habuisset eos cognitos. Qui neglectus firmius argumentum contra Turrianum præbet, tum incognitos fuisse, & possea ex hac Epistola in suam rapsodiā transstulisse quædam auctorem istorum canonum; quam convenientia dictorum quorundam pro Turriano & canonibus. Nec magis patrocinatur synodus Ephesina, in cuius act. 7. Turrianus iis cap. 13. & 14. d. tract. præter fidem codicis canonum Ecclesiæ universæ, Latinæ versionis, & editiones conciliorum pro voce πατέρων legit Αποστόλον, quam lectionem editiones conciliorum Græco Latinae in margine habent & notant, quæ a Græcis hos canones probantibus, videtur efficta & excogitata. Ejusdem notæ sunt, quæ ex synodo Chalcedonensi, Cyrillo & Leone pro canonibus istis a Tureiano proféruntur, quæ recensione & refutatione indigna sunt, qui ea desiderat, adeat Dalai Pseudopigr. Apost. lib. 3. cap. 10. Sufficiat demonstrasse non esse istos canones Apostolicos, neque ab Apostolis, neque a Clemente constitutos aut scriptos [17]. Quod de posterioribus triginta quinque Latini contra Græcos tam veteres quam recentiores præter Turrianum fere omnes, saltem celebriores defenderunt, Humbertus, Ant. Augustinus noster, lib. I. dial. 6. pag. nostra edit. 44. & seqq. Bellarmius, Baronius, qui omnes post Turrianum scripserunt. Quod & probant illi ex Latinis, qui tantum quinquaginta agnoscunt; Dionysius, nempe Exiguus, item Cresconius Afer in concordia canonum faculo sexto, Hadrianus primus faculo octavo, Isidorus Mercator facili noni scriptor, Imposter volebam dicere, Gratianus compilator Decreti faculo duodecimo. Neque scio, quod quisquam, præter unum Turrianum, intra quindecim & quot excurrit facula, usque dum ille suam infelicem Apologiam faculi superioris anno 73. pro his canonibus edidisset, dissentiat. Probat falsitatem posteriorum 35. canonum primus, alias in ordine 51. qui lapsos promiscue recipiendo sanxit; quod ante facili tertii medium, quo tempore de lapsis dispensari coepit, ignorum fuisse, ipse agnoscit sagax ruspator antiquitatis Ecclesiastice Albaspinæus, lib. I. vñ. cap. 13. deinde ante Cyprianum rigor ille in lapsos idolatras nondum fuit remissus, hoc est anno Christi 254. Patet idem ex canone nono supra quinquagesimum, in quo τὰ Ψλήστηρά τὸ ἀρχεῖον βιβλία, falso inscripti libri impiorum publicari ab Ecclesia prohibentur. Intelligit autem edita Apostolorum nomine scripta supposititia (de quibus nos., Deo volente, ad famosum Gelasi & 70. Episcoporum capitulum, relatum a Gratiano dist. 15. c. *Santa Romana*, aliquid commentabimur), quæ sane non nisi post Apostolos fuerunt vel potuerunt publicari aut prohiberi. Evincit hoc etiam in canone 62. adducta ratio prohibiti eis sanguinis, quæ hæc est: *quia lex id prohibuit.* Quæ sane non est ratio Apostolorum; qui ob scandalum Judæorum ad tempus id prohibuerunt. Lex enim, utope ceremonialis, abrogata jam erat; scandalum autem temporalem abstinentiam adhuc suadebat, vid. *Apost. I. ad Corinth. 10. V. 25. & 27.* Quod latissime executus est præter alios contra Schookium & Curcellæum. Joann. Henr. Heideggerus in *Hist. Patriarcharum* tractatu proprio: Canonem 65. non esse Apostolicum, evincet pro nobis Baronius, *ad Annum 102. §. 15.* & cum eo Bellarmia, *de Pontif. Roman.* lib. 2. c. 27. Possevinus in *apparat. sac. verb. Clemens.* Binus in not. ad istum canonem, Peravius & alii. Canonis verba sunt hæc: *Si quis Clericus inventus fuerit jejunare die Dominicæ vel Sabbatho, preterquam uno solo, deponatur; si autem Laicus segregetur.* Ad hæc notat Baronius: *Quonodo queso, rat tamque disertos antiquos Patres, qui de jejunio Sabbathi instituerunt Disputationem, canon ille præterit, ut a nemine citatus reperiatur? Vel quonam pacto, obsecro, Romana Ecclesia contra omnia Apostolorum*

ca-

(17) Quæ in antiquissimorum Patrum, & Concilio-
rum scriptis leguntur iis similia, quæ in Canonibus
Apostolicis continentur, ut observat. I. in notas Ma-
astrichtii ad Dialogos Antonii Augustini dictum est;
statim ex Patrum, & Conciliorum lectione canonum
eorum compilatorem decerpiss; minime vero a Pa-
tribus ex iis canonibus desumpta fuisse Mastrichtius

pronunciat. Verum advertamus oportet Patres illos perverstos, atque Concilia hisce formalis: *Cum sit statutum omnibus nobis: valat sententia secundum cano-
num: qui ab initio obtinuit Patronum canorum: alijsque simi-
libus loquendi modis uos fuisse; ex quibus intelligi
non posse videntur, cur ad canonum aliquem præviuum
non respexerint.* W.

canonem Sabbathi jejunium suscepisset, vel eorum Episcopus Clemens id fieri permisisset, qui quod statuerunt Apostoli & ipse scriptisset, perquam optime sciret? vel quomodo ex traditione Petri & Pauli Apostolorum Principum, ejusmodi dies Sabbathi jejunii sibi vendicari est solita eadem Ecclesia observantiam, quam Apostolorum canoni penitus adversari nosset. Petavius ad Epiphanius pag. 359. relict hunc canonem tamquam spurium, negatque fieri potuisse, ut is ab Apostolis communis decreto constitueretur, ob illam Augustini, prescriptio nem neque scriptura auctoritate, neque universalis Ecclesia traditione determinatum esse, sabbatho ne jejunare deceat an prandere, sed ejus in qua versaris Ecclesie consuetudini obtemperandum esse. Quod probat Tertullianus quoque de coron. milit. capit. 3. & latius exequitur tractatu singulari Doctiss. Dalaus de jejunio, & in Pseudepigr. Apostolicis, lib. 3. cap. 12. pag. 562. Eadem ratione se prodit canon 58. qui quadragesima jejunium sancit, quod temporibus Apostolorum incognitum, nec ab Apostolis institutum fuit. Ita nec Apostolos aut eorum aetatem redolent, quae canone 71. leguntur: *Si quis vel Clericus vel Laicus cera vel oleum a sancta Ecclesia abstulerit, segregandus est.* Nullum enim oleum nulla cera cognita Apostolis in usum Ecclesiae, ut nec aurea vel argentea vasa vel vela sanctificata, de quibus loquitur canon. 72. Insipidus quoque & contra plerosque Patres est ille canon sacrae Scripturae, qui in canone ultimo 85. aliis penultimo & ultimo legitur. In quo libri Machabaeici omnes, contra Eusebium, Athanasium, Gregorium Nazianzenum, Amphilochium Iconensem, Cyriillum Hierosolymitanum, Epiphanius Damascenum, Hilarium, Philastrium, Ruffinum, Hieronymum in canonem admittuntur. In quo etiam contra omnium sententiam, etiam ipsam Synodus Tridentinam admittitur & canonizatur [ut hac voce hic utar] liber tertius Machabaeorum. Porro Constitutiones Pseudapostolicæ, supra repudiatae in censum Apocryphorum, etiam in numerum facrorum voluminum cum summa impudentia adsumuntur; in quo articulo etiam ipsi Graeci, alias horum canonum propugnatores acerrimi hos respunt. Tertio duæ Epistola Clementis pro divinis scripturis obtruduntur, quas nec vetus nec recentior ecclesia pro talibus agnovit. Quarto in canone omittit Esdram in Veteri, in Novo Testamento Apocalypsin (18). Illud, ne omnia sectemur, ridiculum est, quod cum hi Apostoli, & quidem ut supra Turrianus voluit ann. 45. æra Christianæ, constituant canonem Novi Testamenti, in eum etiam referant Evangelia, actus Apostolorum & Epistolas, quorum omnium nil, aut sere nihil eo tempore scriptum fuit. Saltem non Evangelium Joannis, quod constans fama vult scriptum esse in fine vitæ ejus, & sic quinquaginta annis post hujus canonis constitutionem, in quo tamen tanquam iam scriptum recensetur, & quidem ab omnibus Apostolis, cum tempore scriptoris ejus nullus præter Joannem supereffet. Quibus ineluctabilibus argumentis moti Latini omnes, præter unicum impudentissimum Turrianum, hunc trigesimum quintum canonem, in Apocryphorum numerum habentes meritoque ablegarunt, videatur unus pro omnibus Baronius ad Ann. 102. §. 15. ¶ 16. Neque magis genuini suat quinquaginta priores, quos Graeci pariter & Latini pro Apostolicis recipiunt, & defendunt: Gelasius vero & septuaginta cum eo Episcopi in synodo Romana damnant, & in Apocryphorum censum referunt. Dionysius Exiguus supra in Epistola ad Stephanum, qui fere circa natales horum canonum vixit, multos fatetur, *iis non præbuisse consensum facilem.* Postea septimo saeculo Isidorus Hispalensis testis classicus, negat ab Apostolica fide receptos esse, negat a sanctis Patribus esse probatos saeculo nono præcipite Hincmarus, lib. quinquaginta quinque cap. 24. pag. 473. ait de his canonibus, non credi ab Apostolis esse conscriptos, quodam in iis esse non servanda, eos dumtaxat ad instructionem propter vulgatam famam seorsim ante concilia in canonum libris ponit; sic legendos, ut sequamur cautelam a Gelasio (intelligit, c. Sancta Romana, dist. 15. de Apocryphis) premonitam; Cum hec ad Catholicorum manus advenerint, B. Pauli Apostoli præcedere debere sententiam: Omnia probate, quod bonum est retinete. Istud vero non tantum testes, sed & rationes evincunt. Ex can. 1. & 2. videmus distingui Presbyteros & Episcopos, quae duo vocabula synonimos veris Apostolis usurpata fuerunt, & demum saeculo tertio cœperunt distingui, de quo latissime Blondellus de Episcopis, Salmarius de primatu & de Episcopis, Seldenus & alii (19); Clerici quoque non fuerunt noti Apostolis, præter Episcopos, Presbyteros & Diaconos; quibus tamen canon secundus alios Clericos addit. Ejusdem notæ sunt primiæ, quas canon quartus jubet solvi Episcopo & Clericis. Incognitum Apostolis quoque est *Opus auxilium seu incensum*, quod tempore sanctæ oblationis offerri jubet canon tertius, in Dionysii editione quartus: quod etiam notum non fuit tempore Tertulliani, cuius haec sunt *Apologet.* cap. 24. *Thura plane non emimus; si Arabie queruntur, scient Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliendis profligari, quam aliis sumigandis.* Canon septimus de celebratione Paschæ prodit se ipsum, qui jubet celebrari Pascha post vernale æquinoctium, non ante cum Judæis; quæ controversia est tertii saeculi; & contrariam traditionem Apostolicam refert Epiphanius, quæ tamen utraque falsa est; nil enim Apostoli de Paschate celebrando statuerunt unquam [20]. De octavo canone, in quo communione prævantur Clerici, qui facta oblatione non communicant, pro me loquatur Binius ad istum canonem: *Totum hoc, inquit, decretum non divino sed humano jure constitutum, jam contraria consuetudine est abrogatum, quæ satis probant non esse eum Apostolicum.* Eadem consuetudo apud Romanos non abrogavit, qui Dionysio est decimus, utpote apud quos plerique sunt ingredientes Ecclesiam, auditores verbi pauci communicantes, quod est contra canonem, qui severissime non communicantes, communione privat. Pariter abolitus est decimus sextus canon, vel 17. Dionysio, in quo Bigami & concubinarii sunt irregulares, ut loquuntur nunc Canonistæ, quod hodie de concubinariis secus est, & teste Binio secundum Magnum illum Juris C. Covarruvium Clement. *Sifuriosus, part. 1. §. 2. n. 2. usu nunc revocatum & sublatum.* Ea quoque quæ can. 21. 22. 23. vel aliis 22. 23. 24. de Eunuchis, & qui seipso

ca-

(18) Solam divinorum Librorum canonem ab ecclæsia Tridentina Synodo exaratum, a Christi fideli bus respiciendum, ac fide divina retinendum, satentur quotquot verae Christi Ecclesiæ communionem non respunt. W.

(19) In nota [10] præcedenti loca, quibus error convellitur de Episcoporum cum simplicibus Sacerdotibus æqualitate, indicantur. W.

[20] Aliquid oretenus saltem de Paschæ cele-

bratione traditum ab Apostolis fuisse Sacerdotibus eorum in Ecclesiæ regimine successoribus, controversia inter Victorem Papam, atque Polycratem, nec non celebrata ista de causa tam in Oriente, quam in Occidente Synodi, in quibus hinc, & utrinque Apostolorum prætendebatur institutio, non obscure demonstrant. Legenda est hac de questione observatio (2) in notas Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

eastrant, leguntur, magis factum Origenis cuiusdam, ejusdemque, vel quod adhuc probabilius est, posteriorem etatem, quam Apostolus eorumque tempus redolent; uti quoque quæ 33. canone aliis 35. de Metropolitanis eorumque juribus statuuntur, qui sœculo tertio cœperunt demum innescere, & quarto in synodo Nicæna sanciri & fulciri; de quibus synodus ipsa provocat ad antiquam tantum consuetudinem, can. 6. nullius Apostolica legis vel canonis meminit; quod certe non intermisset illa, si ipsi cognitus fuisset iste canon Apostolicus: firmius quippe sanctione Apostolica expressa, quam consuetudine fulcirent jura Metropolitanorum. Tandem ex canone penultimo 49. aperte constat non esse canones hos Apostolicos, in quo præcipitur depositio istius Episcopi vel Presbyteri, qui sine trina meritione quenquam baptizaverit. Quod plerique Patres, qui ejus meminerunt, adscribunt antiquæ traditioni. Tertullian. de coron. milit. c. 3. inter eas observationes, quas sine ullius scripture instrumento, solius traditionis titula, & exinde consuetudinis titulo vindicabant, numerat diserte, ter mergitamur. Basilis de Sp. Sanct. c. 27. querit, το τρις βαπτισται τον αρχωτον, ποστε; jam illud ter immersgi, unde est? Id est ut ex antecedentibus patet ἐν της λόγης γεγραμμένης; ex qua scriptura? quod facete quæreretur, si extaret scriptus a Clemente canon Apostolicus. Huc quoque faciunt hæc, quæ habet Hieronym. dialog. advers. Lucifer. Multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scripta legis usurpaverunt, veluti in lavacro ter caput mergitare. Qua de re latissime videatur, Clariss. Vossius: de Baptism. disp. 2. thes. 1. & seq. a pag. 41. & Vicecomes de antiquis ritibus: Baptism. lib. 4. cap. 8. quod his verbis incipit: Utrum vero unica an trina immersio fieret, nihil certi responderi potest, utrovis enim moda quondam in Ecclesia baptismum vere confessum esse, ex S. Gregorii Epist. 41. ad Leandrum Episcopum & concilio Toletano 4. cap. 5. satis appareat, Postea tamen pag. 612. impudenter vel imprudenter hæc, de trina immersione, studiū: Quidquid autem sit, de traditione vel precepto, nemini dubium esse debet, quin ab ipsis Apostolis sepe idem traditum fuerit. Nam canon. 49. Episcopos vel Presbyteros, qui simplam mersionem usurpaverint, sacerdotali honore spoliari jubent. Ex quibus patet, quam frivole & sine reverentia, isti homines Apostolicos canones & traditiones habeant; quando neglecta ista, de qua nemini dubium esse dicit, traditione Apostolica, utroque modo baptismum rite administratum veteribus esse, in principio capitis supra citato adserit; quod etiam Gregorius Magnus & concilium Toletanum quartum probat. Sed ad canones revertantur, ipsa oratio, phrasis & voces etiam probant, eos non esse sœculi Apostolici. Invenitur enim Κληρικος, pro eo qui in functione Ecclesiastica est, item ἀρχιγράφης & φύλακης, λεπτος, λεπτηνὸς κατάλογος, λεπτηνή διοίκησις, quæ denotant lectorem, cantorem, sacerdotem, sacerdotalem catalogum, sacerdotii administrationem; legitur & κατάλογος τῶν κληρικῶν, catalogus clericorum, Θυτικήριον altare, pro mensa Eucharistiae, can. 3. c. 30. Θυτικόν sacrificium pro mensa Eucharistiae, can. 45. & προτεφόρον oblatione pro eadem; πρωτότοτος, primus inter Episcopos, can. 33. (35.) est ille Metropolitanus. Τέλος κυριακή, Dominica, pro rebus ab Ecclesia posseditis, c. 39. quas & vocant τὰ τῆς ἐκκλησίας πράξιμα Res Ecclesie, can. 37. [39.] Τέπερθεταῖ October, can. 38. [36.] Quæ voces ab Apostolis. Ita significacione non leguntur usurpatæ, sed a patribus sequentium sœclorum, & liquido probant, sequentibus sœcalis hos canones etiam esse effectos & Apostolis suppositos. In dogmate de rebaptizandis, qui ab hereticis sunt baptizati ab orthodoxa, itemque Romana Ecclesia dissentient, utpote, qui rebaptizari semel ab hereticis baptizatum volunt; can. 45. (46.) & can. 67. cuius jam ab ultima antiquitate, & Episcopatu Stephani, anno nempe 254. Ecclesia Romana contrarium observavit, & can. 19. Nicænus, tantum a Paulianistis rebaptizandos lancit. Ex quo certissimum dicitur argumentum Cypriacum & Patres synodi Chartaginensis ignorasse hos canones, qui quidem eandem cum hinc fictitiis canonibus Apostolicis sententiam fovent, pro ejus, eorum auctoritate utuntur, quæ sola alias sufficeret ad hujus controversiæ decisionem; Neque etiam Donatistæ, qui Cypriani sententiam hac in parte sequuntur, Augustino ullibi canonum Pseudapostolicorum auctoritatem obiciunt, quod indicium quinto sœculo ineunte, non fuisse illos cognitos. Quibus argumentis adductus, negat Albaspinæus, hos esse Apostolorum canones: Observ. lib. 1. c. 1.; pag. 37. Si Canones, inquit, isti constitutionsque ab Apostolis probate, sanctaque fuisse, quis existimet ea in dubium revocata, que ab Apostolis decreta sanctaque fuisse? An adeo ignorantes erant illius aetatis Patres, ut si existissent illi Apostolorum canones, eos certe non produxisserent? Adde Possevinum, qui ob canon. 67. in apparatu verbo, Clemens omnes triginta quinque posteriores spurius esse adserit; & tacite simul quinquaginta priores, utpote qui eadem de rebaptizandis ab hereticis baptizatis constituent, quos tamen ille omnes probat. Eodem modo errat Bellarminus de script. Eccles. in Clemente, vers. At contra. Adde his, ut absolvamus hoc de canonibus. Pleudapostolicis examen, neminem Patrum in quatuor sœculis prioribus facere ullam horum tanquam ab Apostolis sancitorum, & a Clemente scriptorum mentionem; & cum jam exente sœculo quinto compositi & suppositi essent, non fuisse probatos, teste Dionysii Exigu iupræ relata Præfatione; ideoque nec a Ferrando in Breviarium, nec a Martino Bracarensi in collectionem Orientalium canonum relatios. Repete quoque huc supra num. 81. adductum testimonium Gregorii Turonensis, quod probat in Gallia anno 580. ignotos fuisse, Quaternione novo codici canonum annexos, & ad imminuendam eorum fidem & auctoritatem vocari QUASI APOSTOLICOS. Huc quoque facit Hincmarii in libro quinquaginta quinque capitulor. cap. 43. testimonium sœculi noni recurrentis, quod clare probat, neque tunc temporis in codice canonum Gallico probatos fuisse & receptos. Adserit ille ibidem esse canones, quos & Apostolica sedes & omnes Episcopi per universum orbem a prima sedis Pontificie, usque ad illum, qui novissime etiam post Te [Hincmarum Laudunensem putat] est ordinatus Episcopus; imo & omnis Catholica Ecclesia canones appellant, quique a Niceno concilio, quod primum in nostris codicibus (quos ab Apostolica sede majores nostri acceperunt) sequendos per ordinem usque ad Africanum concilium pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis retinent; & Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Celestinus, Leo, Hilarius, Symmachus, Gelasius, Hormisdæ, Gregorius, & ceteri quique observandos canones nominant. His itaque abunde satis confessum censemus, esse istos canones opus spuriū, futile, quod nunquam Apostolos, vel Clementem Apostolorum discipulum habuit auctores, aut Apostolicis temporibus, aut etiam primis quatuor sœculis natales; sed in fine sœculi quinti a tenebrione & heretico quodam Græco quinquaginta primos ex variis conciliis, moribus & ritibus Ecclesiarum esse corrasos, atque ut auctoritatem

Tom. III.

6

134 Origo,
auctor & tem-
pus suppositio-
nis borum ca-
nonum.

sibi nomine suo magnam statim conciliarent, vocatos esse Apostolicos. Quos statim in natalibus, tanquam ab hereticis fictos, & Apostolis falso suppositos, Gelasius Episcopus Romanus inter Apocrypha merito damnavit. Post hoc decretum damnationis, probabile est accessisse posteriores triginta quinque, vel ab eodem nebulone, vel alio, qui istiusmodi nugis delectatus fuit: deinde ab Imperatore Justiniano commendatos, & a Joanne Scholastico in nomocanonem omnes 85. susceptos esse; quod factum paulo post annum 560. quo tempore ille Joannes floruit, ut infra demonstrabimus. Quare nullius momenti est Albaspinai judicium, Magni alias in antiquitate Ecclesiastica Viri, lib. 1. Obs. cap. 13. qui censet, non uno tempore esse conditos istos canones, sed alios primo, alios secundo saeculo ab Apostolicis Viris, quos vult esse Apostolorum successores, poitea alios successive esse additos saeculo tertio, retento tamen Apostolicorum canonum nomine, quod postea oscitantia vel ignorantia Latinorum in Apostolicorum degeneravit; Nihilque aliud esse hanc farraginem, quam Breviarium & epitomen privatorum conciliorum & rerum ab Episcopis privatis, sancitarum, qui Ecclesias Graecas ante Concilium Nicenum administrarunt. Illud primo a vero videtur alienum, quod hic codex Albaspinæ videtur esse epitome privatorum conciliorum & rerum ab Episcopis Graecis sancitarum, cum manifeste coatinet contraria Graecis dogmata, quod vel ille canon sacra scriptura in ultimo canone relatus liquido demonstrat. Deinde si ante Nicenam synodum fuisse id Breviarum Ecclesiasticorum Decretorum, proculdubio codici canonum Ecclesiae Universæ fuisse internum, tanquam antiquitatis illustre monumentum; aut saltem citassent Ancyran, Neocesarienses, Nicen aut Antiocheni Patres, idque sub certis numeris, siquidem hoc Breviarium collectum fuisse: quemadmodum videmus factum a Patribus Chalcedonensis, qui sub suis numeris laudant codicis Ecclesiae Catholicae canonem quartum, octuagesimum tertium & quartum; item nonagesimum quintum & sextum, ut supra indicatum est. Porro si fuisse id Breviarium, quod Albaspinæ ex eo facit, ab apostolicis Viris compositum & ab Episcopis sancitum ante concilium Nicenam, certe a Gelasio & Episcopis LXX. cuius eo congregatis, Apocryphis accenseri non debuisset; deinde etiam in hoc Breviario, seu collectione, ut in aliis Graecorum omnibus, habita fuisse ratio temporis, si non ab uno, nec uno tempore, quod vult Albaspinæ, sed successive coauisset, auctores quoque & concilia, ex quibus desumpti essent hi canones, nominata fuisse, ut in aliis quoque factum collectionibus diverlorum auctorum videmus. Inspiciatur solummodo Codex Ecclesiae Catholicae, & Codex Ecclesiae Orientalis; ubi novæ synodi canones incipiunt; id semper solet indicari, item si ex Basilio aut alio quid sit depromptum. Sed manifeste refutant, ipsi canones Albaspinæ intentiam, qui non plures sibi succedentes auctores, diversique saeculis scriptos, sed Apostolos auctores agnosci volunt, quod etiam argumentum est, non esse a Clemente conscriptos. Quod non tantum ex calce & peroratione, sed ipsis etiam canonibus appet tam prioribus, quam posterioribus triginâ quinque. Canone 28. (30.) qui est contra Simoniacum, Petrus nominatur unus ex auctoriis, & iancit: *Vericiatur & ipse & ordinator ejus & a communione modis omnibus excindatur, ut Simon Magus a me Petro Iterum Canon. 49. [50.] ex versione Diouyli: Non enim dixit Nobis (Apostolis) Dominus in morte mea baptizare, sed euntes docete omnes gentes, baptizantes &c.* Item canon. 81. in quo de servo sermo, atque hæc leguntur: *Qualis noſter quoque Onesimus viſus eſt. Ex quibus ſatis patet, Impoſtorem illum voluisse & intendisse hos canones tanquam ab ipsis Apoſtolis profectos orbi obtrudere. Quod ſi itaque Albaspinæ velit ſaam defendere ſententiam, unum ex duobus conſideri debet, vel caaones ipſos mentari, quod veriſſimum eſt; vel ſi veraces ſint, ab ipsis Apoſtolis, non a Clemente aut Patribus ſequentium ſeculorum ſcriptos eſſe; & ſic perit quoque ejus ſomnium de Viris Apoſtolicis, a quibus ſcriptos putat, & oscitaria Latinorum, qui eos in Apoſtolos levi mutatione verterunt. Vide hæc latius contra Albaspinum exequentem Dalæum d. l. c. 21. & ſi plura diſideras de hiſce Canonibus & eorum roſeis, præter Dalæi libros ſepiuſ laudatos, Pſeudepigraphon Apoſtolorum, adi Criticos ſacros: Rivedum, in crit. ſacr. lib. 1. cap. 1. Cocom, in Censur. in princ. ſere. Doctiſs. Uſſerium in accurata diſſert. de ſcriptis Ignatii Polycarpi, Apoſtolicis conſtitutionibus & canonibus Clementi Romano tribuis, que preſixa Polycarpi & Ignatii Epiftolis ex editione ejus Anni 1644. Melchiorem Caum celebrem inter Pontificios Epifcopum, in locis Theolog. lib. 2. cap. XI. ubi pro Apoſtolicis non habet eos, nec inter ſacros libros numerari vult lib. 5. c. 5. item Casp. Zieglerum Diſſert. premiss. Lancell. Inſtit. Jur. can. §. 8. & ſeqq. & multos alios. Noviſſime Jo. Cabaffutum in Notitia Concilior. pag. 16. abi uſ detrahit auſtoritate Apoſtolicam; cuius utpote Pontificii juſdicium, quod conſensu ſuperiorum, ut illi dicunt, nuper eſt editum, adſcriberem, quia liber iſte adhuc paucis eſt cognitus, niſi prolixiſ eſſet, & jani reſeratio noſtra Conſtitutionum & Canonum Pſeudepiographicorum ſub manibus uirium creviſlet. De numero hæc tantum addo, neminem agnoscere plures quam octuaginta quinque: unicuſ Lambert. Gruterus, in editione operum Clementis Romani, quæ prodiit Coloniæ An. 1570. poſt dedicationem & praefationem, ubi Elenchum in editione iſta contentorum exhibet, LXXX. Ca- nonum Apoſtolorum, conſcriptore Clemente meminit; qui tamen in ipſo volumine, ut alii, tan- tum LXXXIV. repræſentat Graece & Latine, poitea vero cum ſcholiis Balaſamonis Latinos LXXXV. Ut arbitr̃ priorem numerum nonaginta canonum eſſe meendum typographicum. Hæc autem eſt cauſa, quare ſupra §. 105. conſulto dupli- cem numerum exprefſerim, 85. vel 90. canonum; quanquam ſciam, ab oīaibus, qui posteriores etiam agnoscunt, non ultra 85. agnisci, ab aliis tantum octuaginta quatuor. Alios inſuper impudentiſſime fixit, vel faltem fictos obtrudit nobis Apoſtolicos novem Antiochenos Turrianus, quos Apoſtolos in Synodo Antiochena, in antiquitate Ecclesiastica inaudita, a nullo historico fide digno memorata, vult conſtituiſſe & ſanciuiſſe; non alio fine, quam ut hiſce fulciat improbum imaginum cultum (21). Hos operose refellere non eſt operæ pretium, ſufficit altiſſimum quindecim & quod excurrit ſeculorum, uſque ad Turriani ſomnia silentium, deinde a- bunde ſufficient, quæ contra hos ſolide diſeruit Magnus Dalæus, in Pſeudepigraphis Apoſtolicis, lib. 3. cap. 22. & ſeqq.*

(21) Nefarium contra debitum ſacris Imaginibus cultum objurgationem intuemur affatim retuſam obſervationibus 14., 15., 16., in notis Maſtrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

135 Denū-
mero Canonum
Apoſtolorum
error Lambert.
Gruteri nota-
tus.

136. Alii
Canones Apo-
ſtoli Antio-
cheni ſpurii &
ficti.

Historia Juris Ecclesiastici.

xliii

tae & variae fuerunt, ideoque quedam de varia colligendi & digerendi methodo vel modo sequentium Canonistarum præmittenda; tum observato ordine temporis singulos eorumque collectiones & opera persequemur & attèxemus. Genera colligendi & digerendi potissimum quinque observo, quæ sequentes collectiones confirmabunt. Primum & simplicissimum genus est, enumerare & recensere tantum nuda canonum eo ordine, quo in conciliis sunt scripti & subscripti, hocque vel est unius tantum concilii, veluti Nicæni, Constantinopolitani, vel diversorum conciliorum, habita tantum ratione temporis, sub una serie numerorum: & hæc collectio vocata sicut *corpus*, vel *codex canonum*, de quo supra late. Inter quæ duo tamen, quod obiter hic addo, Doctissimus Capellus in tractatu de sedis Romane fide, seu *stetionatu cap. 5.* hanc agnoscit differentiam: *Ex canonibus*, inquit, *ad disciplinam pertinentibus conflatum syntagma minus & vetustius dicebatur corpus, ubi auge scere cœpit codex dictus est.* Quod specie quidem dictum, sed veritati mihi consonum non videtur; a Græcis enim primum collectiones factas supra docuimus hi autem: βιβλον κανόνων, ut supra quoque observavimus, appellarunt collectiōnem istam, quod vel unica Synodus Chalcedonensis affatim probat, quæ sèpius meminit βιβλίον τοῦ κανόνων. *Action. 4.* καὶ ἀπὸ βιβλίον ἄνεγνω τὰῦτα. Οὐ ex Codice relegit hæc: & iterum καὶ λαβὼν τὰῦ βιβλον Α' ἔτος Α' ρχιδικον Οὐ τὸ πεμπτούρον τῆς μεγάλης Εκκλησίας ἄνεγνω. *Sumpioque Codice* Ά̄tius Archidiaconus & Primicerius Magne Ecclesie legit. Iterumque sic occurrit actione XI. & act. XIII. ejusdem synodi pag. 377. & 388. tom. 2. edit. Roman. Apud Latinos passim sine differentia legas, *Codicem canonum*, *Corpus canonum*, & *Corpus codicis canonum*, ut supra notatum & probatum est. Hoc genus posteriorius, quando plurium conciliorum canones una serie numerorum decurunt, Graci vocarunt ἀνολυθῖαν κανόνων. Concil. Ephesini. act. 2. Cum διὰ τῶν ἐκκλησιῶν Σετσμῶν ἀνολυθῖαν, Per Ecclesiasticarum Sanctionum CONSEQUENTIAM controversias in medium positas examinari oporteat, & postea: Cum animadverteremus cause sue defensioni diffidere, que temere παρὰ τὴν τοῦ κανόνων ἀνολυθῖαν, contra CANONUM CONSEQUENTIAM adversus Cyrilum & Mettonem scripto mandaverat ea irrita & proflus vana judicavimus. Ita quoque apud Georg. Alexandrin. in vita Jo. Chrysostomi, καὶ δὲ παραγενόμενοι ἐπίσηποι καὶ μητροπολῖται, πατέρες τῶν κανόνων ἀνολυθῖαν ἐκοινώνουσι τῷ Ιωάννῃ, Advenientes autem Episcopi & Metropolitanī, juxta Canonum consequentiam, Joanni communicarunt, & concil. Chalcedonensi. act. 3. αἱγιωτάτη καὶ οἰκενεική σιωόδος, τέκτων ἦν οὐκον ταύτων ποιημένη, πατέρες τῶν ἀνολυθῖαν τὸν αἴγιον. Sancta & universalis Synodus tertiam jam hanc vocationem faciens, secundum consequentiam sanctorum canonum. Addo unum locum adhuc ex collectione Canonum Joannis Antiocheni Presbyteri Scolastici, ex quo constat ratio denominationis, qui hanc ἀνολυθῖαν seu consequentiam se omisisse, dicit: Τὰ, inquit, ὅριστά ταῦτα πατέρες διελόγητε εἰς πτλας ν. & ταξιν πυρὶ καὶ ἀνολυθῖαν σέλθων ἐφυλάξαμεν. Quæ pro tempore definita sunt, (canonica nimirum decreta) in titulos quinquaginta distribuimus, non servato ordine, ut vides, & consequentia numerorum. Quia numeri se consequuntur fine interrupta serie, ideo hæc collectionis species vocata est ἀνολυθῖα. Quam ECCLESIASTICAM CONSEQUENTIAM vocant Episcopi Provinciæ Europæ tom. 2. concil. pag. 477. edit. Roman. Eos, qui in damnationem, inquiunt, locus ab eo [Timotheo] sunt constituti, sive Episcopi sunt, sive Archimandrite, sive Presbyteri, sive Diaconi, sive quilibet in Clero humiliiori consistens, hos indignos graduum, in quibus sunt præter ECCLESIASTICAM CONSEQUENTIAM ordinati, decrevimus. Vocatur & alibi passim hæc species ταξιν τῶν κανόνων, series canonum ex eadem ratione. Actione prima Concilii Ephesini tom. 1. pag. 327. edit. Rom. Proinde que jam præ manibus sunt ea capeantur, riteque πατέρες τὴν τοῦ κανόνων ταξιν, secundum SERIEM CANONUM constituantur. In Concil. Chalcedon. act. 3. tom. 2. pag. 243. & apud Euagr. Hist. Eccles. lib. 2. cap. 2. Manifesta facta sunt, quæ a Diocesano quondam Alexandriae Magne civitatis Ecclesie Episcopo commissa sunt, πατέρες τῆς τοῦ κανόνων ταξιν καὶ τῆς ἐκκλησιῶν ταξιν, contra CANONUM SERIEM & Ecclesiasticam disciplinam. Et in Epistola Mappini Archiep. Remensis ad Nicetum Episcopum Trevirens. in concil. Gallie tom. 1. pag. 293. Licit nihil novis de his rebus invenire cognoscimus, quod præsa Patrum sclerita non potuit reperire, tamen absurdum esse videtur, ut a nobis recipiantur, quia vobis secundum SERIEM CANONUM Ecclesiastica severitate abdicantur. Secundus collectionis & digestionis modus est eorum, qui acta cum canonibus colligunt & recitant, non nudos tantum canones, & hic modus multum facit ad historiam, & seriem rei gestæ, itemque dogmata Ecclesiastica. In actis enim plerumque recensentur disputationes & argumenta de dogmatibus fidei, quæ ab hereticis & contra hereticos sunt ventilata. Iстiusmodi collectores fuerunt noti jam ab ultima antiquitate. Socrates lib. 1. Hist. Eccles. cap. 5. ἐντρέπτο τε ἦδε καὶ ἐγγράφως δ' ὑποτημειώτεως ἐκάστη τὰ ποινὴ δεδογμένα. Jam vero quæ communi omnium sententia decreta erant cum cuiuscumque manu subscripta essent, rata habebantur, & in commentarios referebantur. Exemplum statim subiicit in Sabino Socrates ibidem: Σαβίνος ὁ τῶν ἐν Ηράκλειᾳ τὸ Θράκιον Μακεδονικῶν ἐπίσκοπος, συγχωνὴ τῶν Διάφοροι σιωόδων ἐγγράφων ἔχειν πατέρες, ποιηταμένος &c. Sabinus Macedonianorum, qui Heracleam civitatem Thraica incolunt, Episcopus, tum ea, quæ varia Episcoporum concilia scriptis ediderant, in unum volumen colligit. Ex quo duo pàtent: primum ante hunc Sabinum Episcopos jam varia concilia scriptis complexos edidisse, deinde hæc acta omnia & concilia in unum volumen compiegisse Sabinum. Non tamen ex fide, subdit enim Socrates: Quinetiam nonnulla dedita opera pretermittit, quædam etiam pervertit, quæ autem ad eum exitum, quem sibi proposuerat, facere videbantur, omnia diligenter excerptis, & postea libro 2. cap. 13. Σαβίνος μέντοι ὁ τῆς Μακεδονίας πατέρεως, & καὶ ἦδη πρότερον ἐμνημονεύταις, τὰς παρὰ Γελίας ἐπιστολὰς ἐν τῷ συγχωνῇ τῶν σιωόδων διηγεῖται &c. Sabinus erroris Macedonianiani propugnat; de quo jam antea mentionem feci, quanquam in libro ejus, qui rerum in conciliis gestarum collectio inscribitur, Epistolam Episcoporum Antiochiae convocatorum ad Julium scriptam minime pretermisit, Epistolas tamen ipsius Julii in eodem neutiquam intexit. Duplicem hunc modum colligendi facit Doctissimus Christ. Justellus, in Praefat. ad Codic. canon. Eccles. African. non longe a principio: Synodicarum autem collectionum, inquit, duo genera fuisse constat,

137. Methodus & modus diversus colligendi & digerendi canones.
138. Primus.

139. Corporis & codicis differentia Capelli.

140. Reje-
cta.

141. ανο-
λυθῖα κα-
νόνων qua.

142. ταξιν
τῶν κανό-
νων.

143. Secun-
dus modus col-
lectionis.

quarum primum conciliorum acta, quæ ad dogmata, & fidei doctrinam spectant, continebat; Et συναγωγὴ τῶν συνόδων, vel συνοδικῶν, a Socrate vocatur *libr. 3. Hist. Eccles. cap. 21.* Alterum vero canones conciliorum, qui ad disciplinam Ecclesiasticam sacramque πολιτείαν pertinent, & βιβλίον κανόνων in Chalcedonensi nuncupatur, *Actione 4. II. & 13.* Hinc frequens Διατοπότεων & ηχούων distinctio apud Græcos Ecclesiasticæ historiæ scriptores. Ac synodalium quidem gestorum monumenta pauca existant, permulta desiderantur, hæc Justellus. Nobis autem videtur posterior ille modus melius referri ad primum illum simplicem, quem supra retulimus; & debere distingui *acta* & *sancita* in conciliis a se invicem, ut qui *sancita* tantum referantur, ad primum modum referantur, qui vero *acta* & *sancita* conjungunt ad secundum. Quod faciunt operosa illa Generalium & Provincialium conciliorum volumina, quorum hodie habemus editiones varias, quarum præcipuas obiter hic recensemus, quia multum conferunt ad studium juris Ecclesiastici. Prima prodiit Coloniae An. 1530. postea Petrus Crabbe edidit An. 1551. secundam duobus voluminibus; hunc exceptit Surius, qui quatuor voluminibus concilia edidit, An. 1567. Dominicus Nicolinus quinque, Severinus Binus Canonicus Coloniensis Volum. octo Colon. 1606. & 1618. Romæ quoque Conciliorum Generalium Ecclesiæ Catholice, Græco Latina facta est editio jussu Sixti V. An. 1608. & novissime Collectio Regia Lutetiae Parisiorum prodiit 37. voluminibus cum Indice separatim excuso anno 1636., cui cum decretalibus Romanorum Pontificum epistolis, inserta sunt concilia Gallica Jac. Sirmondi, Hispanica Garlae Loaysæ, Anglicana Henr. Spelmanni, Lemovicense e Bibliotheca Thuani, Florentinum Horatii Justiniani, &c. Sed hæc obiter. Ad modos colligendi revertimur. Tertius modus colligendi est magis artificiosus, priores illi magis naturales; Estque quando sub certos titulos & rubricas referuntur & digeruntur canones diversorum conciliorum, qui de iisdem rebus agunt, aut qui sunt ejusdem argumenti, veluti concilii Nicæni, Gangrenis, Chalcedonensis. Hic modus est duplex iterum, aliquando enim Canones diversorum conciliorum unius tenoris & sententiarum, seu de iisdem rebus agentes, sub uno titulo aut rubrica digeruntur & citantur tantum, ut quis sciat esse concordantes, non vero recitantur verba; quod vocant veteres *Breviationem Canonum*, & istiusmodi opera seu collectiones *Breviaria*, quale Cresconii infra videbimus; aliquando vero insuper etiam recitantur verba canonum concordantium, & hoc appellant *concordiam canonum*; cujus exempla postea quoque occurunt. Quartus digerendi modus itidem artificialis est, & tertio modo insuper aliquid adjuagit. Recitat nempe, aut citat canones diversorum conciliorum concordantes, sub certis titulis, tum etiam subjungit, concordes Imperatorum leges; quam collectionem. quia sociantur leges & canones, *Nomocanones* appellare solent; cujus exempla præbebit infra Joannes Scholasticus & Photius. Tandem quinto latissime se diffundunt collectores, & canonibus, *Leyes Imperatorum*, *Decretales Epistolæ Pontificum & Episcopum*, sententias Patrum sub certos titulos seu rubricas corradunt & digerunt; quale opus exhibebunt postea plures maximæ molis Gratianus. Posunt & aliæ collectionum differentiarum observari, nempe quod sint vel *publica*, quæ publica auctoritate sunt; vel *private*, quæ privatorum industria perficiuntur. Deinde & collectiones quædam sunt particulares, quæ tantum unius Ecclesiæ Canones colligunt, de quibus supra satis actum, & demonstratum, plerasque Ecclesiæ habuisse collectionem Codicis Ecclesiæ Universæ, & insuper collectionem privatam suæ Ecclesiæ; inde diversitas codicum; Africani, Romani, Gallici, Hispanici, &c. Aliæ sunt Collectiones Universales, eaque iterum dupli respectu, ut supra observavimus, vel quod complectantur omnes omnium synodorum canones universalium & particularium; qualis collectio fortasse nouum extat; in hoc Genere perfectissima est Collectio Regia, cuius jam facta est mentio; vel ideo universalis dicitur, quod ubique recepta sit in Orbe Christiano, & ejusmodi habita fuit olim auctoritate & confirmatione Concilii Chalcedonensis & Justiniani Imperatoris, *Codex canonum Ecclesiæ Universæ seu Catholice*.

153. Digestiones post codicem canonum Ecclesiæ Universæ.
His prælibatis, ipsas collectiones aggrediamur, habita ratione tantum temporis, quo sibi succederunt. Post primæ istius collectionis, quæ post concilium Nicænum coepit, & lente, ut dictum, per sequentia concilia progressa est, confirmationem, coepit magis magisque studium colligendi canones in clarescere, ut plerumque fieri solet, progressu temporis, quando utilitatem, laudem, & favorem studia conciliant; tum quilibet animum ad ea solet applicare. Maxime hic fervor se coepit exsisterere tempore Justiniani, a quo non tantum confirmatus Codex Ecclesiæ Universæ, & laudati atque commendati ex facilitate quadam, quam passim in hoc Imperatore taxant interpretes nostri, canones Pseudapostolici: sed sub eo etiam multi collectores & compilatores canonum floruerent; forte accensi famosa illa digestione juris civilis. Prima hoc tempore est collectio Dionysii Exigu, de qua supra abunde dictum; qui primus canones Apostolorum Latinos fecit, & Codici canonum Ecclesiæ Universæ adjectit. Hiç duas fecit Collectiones, unam canonum, alteram vero Decretalium Epistolarum Romanæ urbis Praesulum, ut supra notatum: quibus hoc tantum adiicimus, recte Justellum Patrem & filium utramque collectionem distinguere, & Præfationibus, quas singulis præmisit Dionysius, ornare, ut vide ri potest in Bibliotheca juris Canonici veteris tom. I. Excipiat hanc Dionysii collectionem ea, quam adornavit Fulgentius Ferrandus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus; quæ si non præcessit eam, saltem simul aut paulo post adornata est, ita ut alterum alterius labores non vidisse, sit verosimile. De Ferrandi enim Collectione Henr. Justellus filius adserit, nullam esse apud Latinos antiquorem; floruit enim Justini & Justiniani temporibus in Ecclesia Carthaginensi, in qua Diaconatus officio fuisset, ut ex Chronico Victoris Tununensis constat, qui eum claruisse refert, anno sexto post consulatum Basili, id est, anno Christi 547. Cum Fulgentio Ruspensi Episcopo vixisse, eumque Magistrum agnoscisse & se discipulum ejus, ex scriptis ejus constat. Excessit autem vita Fulgentius Ruspensis anno 529. Doctiss. Vossius de *Histor. Latin. cap. 6.* id vult Anno 527. contigisse. De Ferrando nostro haec refert Auctor incertus, de *XII. script. Ecclesiast. qui Isidoro & Ildefonso subiici solet, cap. XI. Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus*, multum in *Scripturis sacris floruisse adseritur*; multaque cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium & Anatolium Romanos Diaconos consulentes eum utrum liceat quenquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic locutus est, dicens: *Quid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si quis in corpore mortis hujus accusatus & damnatus, antequam mereretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi ulterius non potest humano judicio. Si quis accusatus & absolutus ante diem sacri examinis, repentina vocatione preventus est, intra sinum marris Ecclesiaz constitutus, divino intelligendus est judicio reservari. De hoc nullus homo*

144. Editiones conciliorum. Tertius modus colligendi est magis artificiosus, priores illi magis naturales; Estque quando sub certos titulos & rubricas referuntur & digeruntur canones diversorum conciliorum, qui de iisdem rebus agunt, aut qui sunt ejusdem argumenti, veluti concilii Nicæni, Gangrenis, Chalcedonensis. Hic modus est duplex iterum, aliquando enim Canones diversorum conciliorum unius tenoris & sententiarum, seu de iisdem rebus agentes, sub uno titulo aut rubrica digeruntur & citantur tantum, ut quis sciat esse concordantes, non vero recitantur verba; quod vocant veteres *Breviationem Canonum*, & istiusmodi opera seu collectiones *Breviaria*, quale Cresconii infra videbimus; aliquando vero insuper etiam recitantur verba canonum concordantium, & hoc appellant *concordiam canonum*; cujus exempla postea quoque occurunt. Quartus digerendi modus itidem artificialis est, & tertio modo insuper aliquid adjuagit. Recitat nempe, aut citat canones diversorum conciliorum concordantes, sub certis titulis, tum etiam subjungit, concordes Imperatorum leges; quam collectionem. quia sociantur leges & canones, *Nomocanones* appellare solent; cujus exempla præbebit infra Joannes Scholasticus & Photius. Tandem quinto latissime se diffundunt collectores, & canonibus, *Leyes Imperatorum*, *Decretales Epistolæ Pontificum & Episcopum*, sententias Patrum sub certos titulos seu rubricas corradunt & digerunt; quale opus exhibebunt postea plures maximæ molis Gratianus. Posunt & aliæ collectionum differentiarum observari, nempe quod sint vel *publica*, quæ publica auctoritate sunt; vel *private*, quæ privatorum industria perficiuntur. Deinde & collectiones quædam sunt particulares, quæ tantum unius Ecclesiæ Canones colligunt, de quibus supra satis actum, & demonstratum, plerasque Ecclesiæ habuisse collectionem Codicis Ecclesiæ Universæ, & insuper collectionem privatam suæ Ecclesiæ; inde diversitas codicum; Africani, Romani, Gallici, Hispanici, &c. Aliæ sunt Collectiones Universales, eaque iterum dupli respectu, ut supra observavimus, vel quod complectantur omnes omnium synodorum canones universalium & particularium; qualis collectio fortasse nouum extat; in hoc Genere perfectissima est Collectio Regia, cuius jam facta est mentio; vel ideo universalis dicitur, quod ubique recepta sit in Orbe Christiano, & ejusmodi habita fuit olim auctoritate & confirmatione Concilii Chalcedonensis & Justiniani Imperatoris, *Codex canonum Ecclesiæ Universæ seu Catholice*.

145. Ter tius modus colligendi est magis artificiosus, priores illi magis naturales; Estque quando sub certos titulos & rubricas referuntur & digeruntur canones diversorum conciliorum, qui de iisdem rebus agunt, aut qui sunt ejusdem argumenti, veluti concilii Nicæni, Gangrenis, Chalcedonensis. Hic modus est duplex iterum, aliquando enim Canones diversorum conciliorum unius tenoris & sententiarum, seu de iisdem rebus agentes, sub uno titulo aut rubrica digeruntur & citantur tantum, ut quis sciat esse concordantes, non vero recitantur verba; quod vocant veteres *Breviationem Canonum*, & istiusmodi opera seu collectiones *Breviaria*, quale Cresconii infra videbimus; aliquando vero insuper etiam recitantur verba canonum concordantium, & hoc appellant *concordiam canonum*; cujus exempla postea quoque occurunt. Quartus digerendi modus itidem artificialis est, & tertio modo insuper aliquid adjuagit. Recitat nempe, aut citat canones diversorum conciliorum concordantes, sub certis titulis, tum etiam subjungit, concordes Imperatorum leges; quam collectionem. quia sociantur leges & canones, *Nomocanones* appellare solent; cujus exempla præbebit infra Joannes Scholasticus & Photius. Tandem quinto latissime se diffundunt collectores, & canonibus, *Leyes Imperatorum*, *Decretales Epistolæ Pontificum & Episcopum*, sententias Patrum sub certos titulos seu rubricas corradunt & digerunt; quale opus exhibebunt postea plures maximæ molis Gratianus. Posunt & aliæ collectionum differentiarum observari, nempe quod sint vel *publica*, quæ publica auctoritate sunt; vel *private*, quæ privatorum industria perficiuntur. Deinde & collectiones quædam sunt particulares, quæ tantum unius Ecclesiæ Canones colligunt, de quibus supra satis actum, & demonstratum, plerasque Ecclesiæ habuisse collectionem Codicis Ecclesiæ Universæ, & insuper collectionem privatam suæ Ecclesiæ; inde diversitas codicum; Africani, Romani, Gallici, Hispanici, &c. Aliæ sunt Collectiones Universales, eaque iterum dupli respectu, ut supra observavimus, vel quod complectantur omnes omnium synodorum canones universalium & particularium; qualis collectio fortasse nouum extat; in hoc Genere perfectissima est Collectio Regia, cuius jam facta est mentio; vel ideo universalis dicitur, quod ubique recepta sit in Orbe Christiano, & ejusmodi habita fuit olim auctoritate & confirmatione Concilii Chalcedonensis & Justiniani Imperatoris, *Codex canonum Ecclesiæ Universæ seu Catholice*.

146. Duplex. 147. Breviatio canonum & breviarium canonum quid. 148. Concordia canonum que. 149. Quar ta digerendi ratio. 150. Nomo canon quis di es. 151. Quin tus colligendi modus. 152. Aliæ Collectionum differentia. 153. Digestiones post codicem canonum Ecclesiæ Uni versæ.

His prælibatis, ipsas collectiones aggrediamur, habita ratione tantum temporis, quo sibi succederunt. Post primæ istius collectionis, quæ post concilium Nicænum coepit, & lente, ut dictum, per sequentia concilia progressa est, confirmationem, coepit magis magisque studium colligendi canones in clarescere, ut plerumque fieri solet, progressu temporis, quando utilitatem, laudem, & favorem studia conciliant; tum quilibet animum ad ea solet applicare. Maxime hic fervor se coepit exsisterere tempore Justiniani, a quo non tantum confirmatus Codex Ecclesiæ Universæ, & laudati atque commendati ex facilitate quadam, quam passim in hoc Imperatore taxant interpretes nostri, canones Pseudapostolici: sed sub eo etiam multi collectores & compilatores canonum floruerent; forte accensi famosa illa digestione juris civilis. Prima hoc tempore est collectio Dionysii Exigu, de qua supra abunde dictum; qui primus canones Apostolorum Latinos fecit, & Codici canonum Ecclesiæ Universæ adjectit. Hiç duas fecit Collectiones, unam canonum, alteram vero Decretalium Epistolarum Romanæ urbis Praesulum, ut supra notatum: quibus hoc tantum adiicimus, recte Justellum Patrem & filium utramque collectionem distinguere, & Præfationibus, quas singulis præmisit Dionysius, ornare, ut vide ri potest in Bibliotheca juris Canonici veteris tom. I. Excipiat hanc Dionysii collectionem ea, quam adornavit Fulgentius Ferrandus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus; quæ si non præcessit eam, saltem simul aut paulo post adornata est, ita ut alterum alterius labores non vidisse, sit verosimile. De Ferrandi enim Collectione Henr. Justellus filius adserit, nullam esse apud Latinos antiquorem; floruit enim Justini & Justiniani temporibus in Ecclesia Carthaginensi, in qua Diaconatus officio fuisset, ut ex Chronico Victoris Tununensis constat, qui eum claruisse refert, anno sexto post consulatum Basili, id est, anno Christi 547. Cum Fulgentio Ruspensi Episcopo vixisse, eumque Magistrum agnoscisse & se discipulum ejus, ex scriptis ejus constat. Excessit autem vita Fulgentius Ruspensis anno 529. Doctiss. Vossius de *Histor. Latin. cap. 6.* id vult Anno 527. contigisse. De Ferrando nostro haec refert Auctor incertus, de *XII. script. Ecclesiast. qui Isidoro & Ildefonso subiici solet, cap. XI. Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiæ Diaconus*, multum in *Scripturis sacris floruisse adseritur*; multaque cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium & Anatolium Romanos Diaconos consulentes eum utrum liceat quenquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic locutus est, dicens: *Quid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si quis in corpore mortis hujus accusatus & damnatus, antequam mereretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi ulterius non potest humano judicio. Si quis accusatus & absolutus ante diem sacri examinis, repentina vocatione preventus est, intra sinum marris Ecclesiaz constitutus, divino intelligendus est judicio reservari. De hoc nullus homo*

154. Dionysii Exigu due Collectiones.

155. Ful gentii Ferrandi collectio. 156. Quis fuerit quando vixerit.

poteſt manifestam proferre ſententiam: cui ſi Deus indulgentiam dedit, nihil nocet noſtra ſeveritas, ſed ſi ſupplicium preparavit, nihil prodeſt noſtra benignitas. Meminit ejus quoque cum honore, Facundus Episcopus Hermianensis, pro deſenfione trium capitulorum Chalcedonensis Concilii ad Justinian. Imperat. noſtrum, lib. 4. cap. 3. pag. mihi 169. edit. Jac. Sirmondi. Nam venerabilis Pelagius & Anatolius Romani Diaconi, deitatem officio ſuo & loco ſollicitudinem pro Eccleſia Dei gerentes, Laudabilis in Christo memoria Ferrando Carthaginensi Diacono ſcripſerunt, ut habito de cauſa diligenti tractau, cum Reverendissimo eiusdem Eccleſiae Carthaginensis Epifcopo, vel aliis, quos & zelum fidei, & divine ſcripturæ ſcire habere noſtriam conſulentibus responderet, quid obſervandum in commone omnibus videretur: & quibusdam interjectis: ſed & ille qui conſultus fuerat, reſcribens interrogantibus, retractandam non eſſe docuit epiftolam, quam universalis ſynodus approbavit. Prodiere hi libri Facundi, ut tradit Victor Tunnunenſis in Chro- nico, anno X. poſt Consulatum Baſilii, id eft Christi 551. quo tempore jam mortuus fuit noſter Fer- randus, qui ſexto anno poſt Consulatum Baſilii, ut ſupra ex eodem Viatorie obſervatum adhuc floruit. Meminit quoque reverenter Ferrandi Cresconius in Praefatione ſui Breviaři, ubi reverendissimum Car- thaginiſe Eccleſiae Diaconum vocat, & poſtea Virum ſapientiſſimum. Scripta ejus memorant varia. Paræ- neticum ad Reginum Comitem, qui in Bibliotheca Patrum extat, item Epiftolam amplam ad Anatolium Diaconum urbi Romæ, & alias duas ad Fulgentium Epifcopum Ruspensem, aliam adhuc ad Eugypium Abbatem, Thesauri ex operibus S. Auguſtini concinnatorem, quæ primum Romæ ſunt publi- catæ, poſtea inferta tom. 6. Bibliothec. Patr. edit. Colon. Sunt quoque qui eum cenſent auctorem eſſe vitæ S. Fulgentii Ruspensis, Epifcopi, quam habemus in viet. sanct. inter quos eft Justell. Pater in Praefatione ad Ferrandi noſtri Breviařionem; & Miræus in notis ad incerti ſcript. opuſculum de XII. ſcriptor. jam citatum in Biblioth. Eccles. p. 106. Scriptit quoque Breviařionem Canonum, quæ pertinet ad iuſtitutum noſtrum. Eam primo edidit cum Cresconii Breviařio, Petrus Pitheus ex Codice MS. Eccleſiae Trecensis, Lutetiæ An. 1583. quod falſo Altaſerranus Nicolao Fabro adſcribit; edita eft poſtea cum codice canonum Eccleſiae Romanæ Parisiis an. 1610. a Chiffletio vero Auguſtoriti Pictonum anno 1630. & ab Altaſerrano Divione 1649. tandem vero in Bibliothecam juris Canonici veteris retulerunt Voellius & Justellus Filius, ex destinatione tamen Patris. Non ſequitur in hac Collectione Ferrandus canonum conſequentiā ut Dionyſius, ſed, habita materiarum ratione, canonica omniem disciplinam capitibus ducentis, & tri- ginta duobus incluſit, & ſingulis capitibus concordantes canones & decretalē ſubjecit. Duplex vel triplex error Baronii ex his cavendis: Primus, quod Ferrando trecenta tribuat capitula, tom. 5. ad Ann. 419. n. 90. his verbiſ: Ferrandus Diaconus Carthaginensis Eccleſiae in hujus ſeculi fine magno ſplendore claruit non Carthagine tantum, ſed in univerſa Eccleſia Africana, hic quidem in ſuo Breviařio, ſeu concordantia Canonum, quam diligenter elucubratam trecentis diſtinxit capitibus, eorundem (Sardicensium) canonum mentionem habet, recenſens eos ſub titulo concilii Sardicensis. Citat tum in margine Breviařium Ferrandi, c. 149. 153. apud Cresconium. Pergit porro: Immo ipſe recte interpretatus, alteri hujusmodi praefixit titulum: De provinciali ſynodo retractione per vicarios Epifcopi Urbiſ Roma, ſi ipſe decreverit. In margine citat, Conc. Sard. c. 7. Secun- dus, quod hic & tom. 7. Anno Christi 527. n. 76. Ferrandi & Cresconii Breviařium confundat; & cen- ſeat, Cresconium ſue collectioni ſubjeciſſe, eam, quam eodem ferme tempore elaboravit Ferrandus, ſed alio plane ordine dum ſub unoquoque collegit capite & citando eos, non recitando, qui diverſorum conciliorum de eadem re tractantes reperirentur canones, collocavit; quid opus jure Cresconius Breviařium appellandum pu- tavit. Tertius, quod Cresconium faciat aequalē Fulgentio, qui fere duobus ſæculis poſt eum vixit, ut poſtea videbimus, ubi de eo ex professo agendum eft; obſervarunt hoc Voellius & Justellus in Bibliotheca juris Canonici veteris prefatione. In qua poſt indicatos errores, haec, quæ multa ſingularia de u- triusque collectione continent, ſubiiciunt. Etenim licet in methodo & ratione tradendi conueniant: Ordo tamen Ferrandi multo ſpectabilior eft & accuratior, quam Cresconii. Si de materia item quæſtio fit, non parum inter ſe diſſerunt, quippe multa habent propria & peculiaria. Ferrando certe propria ſunt, quæcumque refert ex concilio Constantinopolitano, Zellenſi ſeu Tiellenſi, Suffetulensi, Septimuni- nicensi, Macrianensi, Juacensi, Mazaraneus ſeu Maradianensi, Thenitano & Thusdritano, ſeu Thu- ſdritano, quorum ne meminat quidem Cresconius. Similiter Cresconio proprii ſunt Canones Apoſtolorum & Chalcedonensis concilii, decretalē item Romanorum Pontificum, Siricii, Innocentii, Zofimi, Cæleſtini, Leonis & Gelati, quæ a Ferrando nūquam laudantur. Ferrando quidem & Cresconio com- munes ſunt canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienses, Gangrenses & Antiocheni, Laodicenses & Sar- dicenses. Sed cum hoc diſcrimine; quod Cresconius has ſepteſta ſynodos ex editione Dionyſii Exiguī iſſim verbiſ & numeri exhibeat, non item Ferrandus, qui codicibus uſus eft in utroque plane diverſis & Dionyſiana editione vetuſtioribus. Quod indicium eſſe potest, Ferrando labores Dionyſii Exiguī laiſſe ignotos, & nunquam viſos; ideoque non diu unum ante alium ſuam collectionem perfecit. In Ferrando quoque diversi ſunt numeri canonum Carthaginensis, a Dionyſianis & Crescoianis. Quæ diuersitas ex eo nata eft, quod omnes pariter collectione Canonum Carthaginensis uſi non ſunt; Gra- ci enim, itemque Dionyſius Exiguus omnes CXXXIII. una ſerie numerarunt, tanquam unius ſynodi, ut revera ſunt. Alii vero ex una ſynodo quaſi duas fecerunt, nec eodem plane modo. Nam Codex ve- tus canonum Eccleſiae Romanæ editus Moguntiæ Anno 1525. prius exhibit primos XXXIII. canones ſub nomine concilii Africani. Eadem diuſione uſus eft Cresconius, qui canones illos XXXIII. priores adſcribit concilio, quod Carthaginense & τλως nuncupat, ſed alios centum velut ex altero concilio refert, quod cap. 30. & 154. Carthaginense Universale appellat. At Ferrando minus placuisse illam collectio- nem verosimile eft; ſive quod in ea quædam deeffe, quædam redundant, alia inconcinenſe ſeundata vel connexa eſſe deprehenderit: ſive quod ipſos ſontes adire, quam ipſos revulos ſectari maluerit. Quapropter ex toto illo concilio anni CDXIX. ex quo Africana Collectio emanavit, ſex tantum ultimos canones, qui ſoli ſunt ejus proprii, ſpectavit, & ex eis titulos 2. 3. 4. & 6. capitulis suis 73. 195. 196. & 197. inſeruit, reliquos canones, ex quibus Africana conſtat Collectio, non ex ipſa Collectione, ſed ex ſingulorum conciliorum Africæ integris actis retulit. Plures conuenientias & differentias oſtendet duplex ille index, quem in Fulgentium & Cresconium publicarunt Voellius & Justellus in ſepiuſ lau- data Bibliotheca juris Canon. veter. ex manuſcripto Guillelmi Blueti, in Senatu Parisiens. Advocati, quorum unus materiam canonum, alter vero conſonantiam & diſcrepantiā iuſtrumque declarat.

157. Quan- do deſerit vi- vere.

158. Scri- pta ejus.

159. Bre- viatio cano- num.

160. Erro- res Baronii.

161. Con- venientia & diſſerentia Fer- randi & Cres- conii.

162. Joannis Antiocheni Presbyteri collectiones.

163. Quare Scholasticus vocatus.

164. Fuit Presbyter & Apocrisiarius; Et quale hoc officium.

165. Postea Patriarcha Constantinopolitanus factus est.

166. Scriptae eius & collectiones.

167. συναγωγὴ ιανόνων.

168. Nomocanon.

169. Theodoreto quidam collectionem hanc adscribitur.

Ferrandum sequitur Joannes Antiochenus Presbyter, qui Scholasticus vocatur, quod quidam volunt fuisse officii cuiusdam Ecclesiastici nomen, & idem cum Protonotarii esse, sed falso. Temporibus enim Justiniani & anterioribus Scholasticī vocabantur Advocati & Patroni, qui in foro causas dicebant. Probat hoc vel unicus Agathias, quem Suidas *Scholasticum* vocat: Α' γαθίας χολαστῖνος Σμυρναῖος, ὁ γράφεις τὴν μετὰ Προκοπίου ιστορίαν τὸ Καισαρέα. Agathias Scholasticus Smyrnaeus scripsit historiam post Procopium Cæsariensem. Agathias autem ipse ejus fuerit professionis docet lib. 1. *Histor.* Α' γαθίας μὲν γόνοις, Μύριη δὲ πατρίς, Μεμνόνιος πατήρ, τέχνη δὲ τὰ Ρωμαῖον γόνιμα, καὶ οἱ τὰ δικαστήρια αὐτῶν. Agathias mibi nomen est, Murrina patria, Memnonius Pater, ars quam profiteor, iura Romana & judiciorum certamina; Quod iterum testatur libro 3. vide quoque Synesii Epistolas, in quibus causidici passim vocantur Scholastici. Epist. 105. 155. & 156. ad Domitianum Scholasticum. Hoc quoque nomine judices per Provincias sunt appellati. Siebert, in *Chronico*: Franco Scholasticus Leodicensium & scientia literarum & morum probitate claret. Walafridus Strabo de reb. Ecclesiasticis cap. XXV. Quales composuerunt Ambrosius, Hilarius, & Beda Anglorum Pater, & Prudentius Scholasticus Hispaniarum. Scholastici tum temporis erant Collegia Jurisperitorum. Vid. Jo. Meurs. *Glossar.* Greco barbar. voce Σχολαστῖνος, & Vossium de *Histor.* Græc. lib. 2. cap. 22. in vita Agathiae. Fuerunt & alii Scholastici dicti, sed hos nunc, quia ad institutum nostrum nil faciunt, prætermittimus. Noster Joannes inde quoque est dictus χολαστῖνος, quia in foro ex Scholasticorum seu advocatorum numero erat. Fuit primum Presbyter Antiochiæ, & Apocrisiarius, quales vocabantur, qui legati Ecclesiæ negotia tractabant. Justin. Novell. 6. c. 2. διὰ τῶν τὰ πράγματα πραττόντων τῷ αἰγιοτάτῳ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἀποκρισιαρίς καλεῖται. Propterea sanctimus, si propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos, qui res agunt sacrarum ecclesiarum, quos Apocrisiarios vocant &c. Postea tamen indifferenter pro quovis legato positum legitur. Incepit hoc munus & nomen temporibus Constantini Magni. Hincmarus Epist. 3. cap. 13. Cujus [Apocrisiarii] ministerium eo tempore sumpit exordium, quando Constantinus Magnus Imperator Christianus effectus propter amorem & honorem sanctorum Apostolorum Petri, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis sacramenti pervenit, &c. Habuerunt honorem hunc primum Episcopi; postea, quia satius ut illi ecclesiæ curarent, plerumque adhibiti Presbyteri aut Diaconi. Officium eorum erat regere omnem palati Clerum; habebant adjunctum Protocancellarium: dicti quoque fuerunt *Capellani*, & custodes *Pallatii*. Videatur Hincmarus d. l. Ex Apocrisiario Joannes noster factus est per Justinianum Imperatorem Patriarcha Constantinopolitanus, idque in Eutychii locum, qui in exilium ejeccus fuit. Factum id an. 564. vid. Baron. ad istum Annum num. 14. ubi hoc ei tribuit elogium vel potius viruperium: ubi primum autem de exilio Eutychii sententia lata est: continuo de successore eligendo actum delectusque fuit Joannes cognomento Scholasticus ex apocrisiario Ecclesiæ Antiochenæ, homo plane servus glorie & nundinator rerum sacrarum, quique pretio adulatiois eam mercatus est dignitatem. Quod tamen elogium ille-nullius auctoritate probat. Sedit in Episcopatu usque ad annum 578. quo tempore revocatus est Eutychius, post mortem Justiniani. Hujus est duplex opus in jure ecclesiastico elaboratum, primum præfert titulum συναγωγῆς ιανόνων, *Collectionis canonum*, alterum *Nomocanonis*. In collectione omnium conciliorum canones in codice Ecclesiæ Universæ se secundum temporis rationem consequentes, in quinquaginta titulos digerit, & eos, qui sunt ejusdem argumenti, sub eadem capita seu titulos refert, & τὰς τινὰς, καὶ ἀπολυτικὰς ἀριθμους εὑρατεῖχεν, inquit ipse in *Prefatione collectionis* prefixa, ἀλλὰ ὅμοια τοῖς οὖσιν ὡς οἴοντες συναρμοστατεῖς, καὶ ἵστω πεφελακίη συμπλέξατες, Non ordinem quandam & seriem numerorum servavimus: sed similia similibus, quantum fieri potuit, copulantes, & par pari capiti connectentes &c. Inseruit suæ collectioni primus inter Græcos Canones Apostolicos LXXXV. ante semi fere saeculum effectos & suppositos, Sardenses XXI. eosque præmittit Antiochenis antiquioribus, & Basilii LXVIII. quos omnes non summatis recenset, sed longe lateque descripsit. Ad hanc Collectionem respexisse videtur Nicolaus I. Papa, eamque vocare *concordiam canonum*, quia unius argumenti canones, sub eodem titulo in concordiam rediguntur; ita enim scribit ad Photium, Patriarcham Constantinopol. Quomodo non sunt penes vos canones Sardenses, quando inter quinquaginta titulos, quibus CONCORDIA CANONUM apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur. Alterum ipsius opus est *Nomocanon*, ille est epitome Collectionis quinquaginta istorum capitum seu titulorum, omissis integris canonibus, notata tantum sententia & numero, quibus concordes leges, τὰ συναγωγὴν ιανόνων, potissimum Justiniani Imperatoris Novellas Constitutiones subiicit. Ad hunc Nomocanonem Joannis Scholastici putat Justellus Pater *Prefatione ad eum*, respexisse Theodorum Balsamonem ad canonem 1. Concil. Constantinopol. in Trullo habiti, in exemplari Græco Joann. Tilii, quo olim usus Gentianus Heretus, in cuius Latina interpretatione hæc verba reperiuntur, quæ in Græca editione Parisiensi desiderantur: Nomocanonum autem, inquit, quod in quinquaginta titulos leges & canones redigit, & reliquas Justiniani Novellas, quæ exoleverunt, ut quæ in Imperio non sunt receptæ, & alias quasdam leges ex Digestis & Codice. Hinc facile est colligere Joannem Scholasticum, cum adhuc Presbyter esset Antiochiae Collectionem suam Canonum quinquaginta titulis distinctam composuisse, Nomocanonem autem postquam Patriarcha Constantinopolitanus designatus est. Sunt qui συναγωγὴν ιανόνων, seu Collectionem canonum non Joanni Scholastico, sed Theodoreto Cyri Episcopo adscribent, qui centum & triginta annis nostrum Joann. Scholasticum præcessit, inter quos est, auctor in jure Canonico alias non hospes, Francisc. Florens, de origine Juris Canonici, part. 2. qui deceptus est a codice Manuscripto Bibliothecæ Regiæ, in quo Nomocanon habetur, qui præfert auctorem Theodoreto Episcopum Cyri, quasi Joannes Scholasticus tantum leges subjecisset. Hunc titulum Justellus d. l. vocat *adjectitiam*, & *supposititiam epigraphen*, & subdit, Nec enim alibi unquam, ab ullo quovis auctore Græco, ejus Nomocanonis, sub Theodoreti nomine, mentio facta est, sed Joann. Scholastico tribuunt omnes codices MSS. Sic enim habet Codex Illustrissimi Franciæ Cancellarii Petri Seguierii: Γωνίας Επιτητού Κωσταντινούπολεως τῷ μῆτον Εὐτυχίον, συναγωγὴ ιανόνων εἰς ἓν. τίτλος διηρημένη; Codex vero Claromontensis: Γωνίας πρεσβυτέρος Αγντιοχείας, ἀπὸ χολαστῖνον ὥτε συντάττει τὸν οἶκον ιανόνων εἰς ἓν. τίτλος. Codes Oxoniensis: Συναγωγὴ ιανόνων ἐκκησιαστῶν εἰς πεντήκοντα τίτλους

Historia Juris Ecclesiastici.

xlvii

τλεσ διηρημένη. & postea: Ιωάννης ἀρχιεπίσκοπός των κωνσταντινούπολεων εἰς τὸν νομοκανόνα πρόλογος. Quin imo ipse Codex Manuscriptus Regius in fine exprimit, nomen Ιωάννης ἀρχιεπίσκοπός των κωνσταντινούπολεων, τῷ ἀπὸ χολαργῷ. Unde planum est, subdit Justellus, & indubium, utramque hanc collectionem esse ejusdem auctoris, Joann. videlicet Scholastici. Nec sane Theodoreto digna est hæc Collectio, cuius stylus non redolat gravitatem tanti Viri, planeque Doctissimi. Nec verosimile est Theodoreto inseruisse canones Apostolicos & Sardicenses, sua etate a Græcis nondum receptos (adda quoad canones Apostolicos, nondum effictos aut suppositos) nec veteri Codici canonum, quo uia est Ecclesia universa in concilio Chalcedonensi, cui ipse interfuit insertos, & quos Joann. Scholasticus, Collectionis quinquaginta titulorum Νομοκanonis auctor, sive Collectioni primus inseruit, & postea Ecclesia Orientalis in synodo Trullana probavit, & confirmavit, anno demum DCCVII. sub Justiniano II. Imp. Sunt & multa alia, que eam collectionem non esse Theodoreti, atque post ejus obitum, factam indicare videantur: sed in tanta luce sufficit hæc adnotasse. Conatur nihilominus Fr. Florens dicto loco suam sententiam adstruere, esse collectionis auctorem Theodoreto, quia concilii quinti Ecumenici sub Justiniano celebrati collectio illa mentionem non facit. Præterea quod Theodoreto conciliorum & Patrum canones non integros referat, sed sententiam tantum brevissimo verborum compendio certis titulis includat. Denique quod ex duabus Basiliis Epistolis tantum XXVII. non plures canones auctor collectionis adducat. Quæ omnia si vera essent, attamen non evincerent, quod Fr. Florens intendit, nempe Theodoreto, non Jo. Scholasticum esse auctorem istius collectionis. Tum etiam nititur falso supposito primum argumentum, quasi synodus illa sub Justiniano ediderit canones, quæ nullos edidit; tandem duo sequentia ex ipsa inspectione apparebunt esse falsa. Quod indicium est, Florentem non vidisse labores Jo. Scholastici, qui tum adhuc in bibliothecis delitescebat. Producit eos primus Justellus Pater, & Filius in Bibliotheca juris Canonici veteris, in cuius tomo secundo utrumque opusculum primum occupat locum Græce & Latine versum. Tria, ut Nomocanonis jam recensita, sic etiam συναγωγὴς ναύρων, seu Collectionis Canonum memorantur manuscripta. Unum perquam vetustum Romanæ in Bibliotheca Vaticana, Heidelberg allatum, insigne quidem & eximium, sed exesum & mutilum. Alterum æque antiquum, sed integrum in Bibliotheca Francia Cancellarii Petri Seguierii, Tertium in Bibliotheca Collegii Claromontani Parisiensis, quod a Jacobo Sirmondo accepit Justellus, & typis exprimi curavit. Collectiones hæc Joannis Scholastici ab initio fuerunt magni usus & auctoritatis, utpote quæ in suo genere diu apud Græcos sola fuerunt. Deinde Magnus Usserius in *dissert. de script. Ignattii*, cap. 6. pag. 37. & seq. prodidit, ejus Nomocanonem ab Imperatore Justiniano fuisse confirmatum, & Epiphanius Patriarchæ, ad quem Nov. 6. scripta est, commendatum. Sed tum ante Patriarchatum debet supponi scriptus Nomocanon, contra quam supra Justellus censuit. Verba Usserii subiiciimus: *Cum igitur, inquit, sub sexti saeculi, ut diximus initia, quinquaginta, tantum extiterint Canones, itidemque a pluribus habiti apocryphi; triginta quinque alios a falsari, de quo nunc agimus, mox adjectos animadvertisimus; Justiniani Imperatoris temporibus & primum natos, & in ecclesiasticum Nomocanonem una cum reliquis mox admissos: tum illum, quem a se confirmatum Epiphanius Constantinopolitano Patriarche commendavit ipse Justinianus (si qua fides Arabicu hujus Codicis interpretatione adhibenda, quem Viri clarissimi & optimi D. Thomæ Roe, equitis aurati & Serenissimi Regis nostri apud Turcarum Imperatorem nuper Oratoris, beneficio Bibliotheca Oxoniensis jam possidet:) tum alterum, a Joanne Epiphanieni Scholastico (qui Eutychio in Patriarchatu Constantinopolitano, sub nomine imperii Justiniani, est suffectus) concinnavit; cui in quibusdam exemplaribus Theodoreto Cyrensis Episcopi nomen perperam est adscriptum.* Hæc ille. Postea vero testante Ballamone in *suppl.* per Photii Nomocanonem pleniorum & uberiorum hi Joannis labores penitus sunt offuscatae, & memoria fere plane deleta. Ex eo quod octuaginta quinque capones Apostolicos non ita dia fictos & Apostolorum nomine ornatos, a quo adhuc probatos vel receptos, statim ille admirerit, & collectionibus suis inseruerit, forte etiam Justiniano eorum commendationem persuaserit, videtur colligi posse, fuisse Hominem non magis judici: [alias facile hos canones reprehendisset, nil minus quam Apostolos auctores aut ætatem spirare], sed ingenii Græci, quæ faciliter iuvat in admittendis istiusmodi nugis. Quatnobrem non obscure, nec immerito nostrum hunc Scholasticum taxat, Doctissimus Dalœus de *Pseudepigraph. Apostolicis*, lib. 3. cap. 3. pag. 456. & cap. 21. fin. pag. 686.

Ordo temporis nunc exigit, ut Martinum, primum Dumieni Monasterii Abbatem, postea Episcopum Bracarensem in scenam producamus. Fuit is natione Pannonius, teste Gregor. Turonens. Hist. Franc. lib. 5. c. 38. Errat itaque Garsias Loaysa, *Præfat. ad Mart. Bracar. capit. in collect. concil. Hispan.* qui eum Græcum fuisse bis terve affirmat, & ne existimes eum id de cognitione lingue Græcae intellexisse, diserte hominem Græcum vocat. En Elogium ejus: *Martinus Bracarensis Episcopus capitula edidit synodorum Græcarum, que citantur a Gratiano cap. Propter Ecclesiasticas, distinct. 18.* Erat Græcus, & hoc capitula Græca Latina fecit, vocatur liber Capitulorum Martini. Hic cum esset Græcus ad utilitatem Ecclesiarum Hispanie hæc capitula Græca Latina fecit, & alia quædam ex Latinis addidit, & a Græcis aliqua detrahit, ut est in cap. Propter Ecclesiasticas, quod desumptum est ex concilio Antiochen. cap. 20. Alia etiam ex Toletanis conciliis posuit Græcus homo, & ad mores nostrorum hominum Græcos ritus sancte & prudenter accommodavit. Ex patria in Orientem progressus, bonas literas & scientias ibidem hausit, & tantos in iis profectus fecit, ut doctissimos sui temporis æquaret, aut superaret. Ex Oriente in Galliciam trajecit, ibique conversis ab Arriana impietate Suevorum populis, regulam fidei & sanctæ religionis constituit. Ecclesiæ confirmavit, Monasteria condidit; vid. Lidor. Hispal. de Viris Illustr. cap. 22. alias 35. Qui etiam in Histor. sive Chron. Gotthor. hæc de eo refert: *Post multis deinde Reges regnum Suevorum suscepit Theudemirus, qui fidem Catholicam adeptus, Arrianae impietatis errore destructo, Suevos unitati fidei reddidit. Hujus temporibus Martinus, Monasterii Dumjenis Episcopus, fide & sanctitate claruit; cuius studio & pax Ecclesiæ reddita est, & multa monasteria condita. Ipsius quoque Dumieni Monasterii conditor dicitur; vid. Concil. Toletani. X. decret. 3. cuius fuit primus Abbas, & ex Abbate factus est Episcopus Bracharense; in quo facerdotio eum plus minus triginta annis exegisse, & plenum virtutibus ad Dominum migrasse dicit Gregor. Turon. cir. loc. & Aimoinus Monach. de gestis Francor. lib. 3. c. 38. alias 39. Ea tempestate, inquit, B. Martinus Gallicensis migravit ad Dominum. Hic Pannonia oriundus loca in Oriente circunvens, abunde se illis literis imbut, & per Galliciam revertens, in basilica, que prima apud Hispanos in honore S. Martini dedicata est, Pontifex ordinatus, triginta in hoc officio explevit annos. Anno 7. Childeberti Regis, qui fuit*

170. Au-
toritas Colle-
ctionum Joann.
Scholastici.

171. Mar-
tinus Bracha-
rensis, eodem
tempore in Hi-
spania colle-
ctionem, aut
versionem no-
rum fecit.

172. Scripta ejus recenset Isidorus, loc. cit. a quo omista supplet Miræus in Bibliotheca Ecclesiast. Hæc recenset Isidorus: Copiosa precepta pie institutionis composuit. Cujus quidem ego (ipse) legi librum de Diferentia quatuor virtutum, & aliud volumen Epistolarum, in quibus hortatur vita emendationem, & conversationem fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia cultum virtutum omnium, & pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in Republica, & Athanagildus in Hispaniis imperium tenuerunt. Eadem fere ad verbum habet: Honori Augustodun. de luminarib. Ecclesia, sive de Scriptorib. Ecclesiast. lib. 3. cap. 4. Quæ hisce supplet Miræus: Martinus Dumensis in Galicia monasterii primum Abbas & conditor, postea Bracarense in Lusitania Episcopus anno 572. floruit, Æra 598. Bracarense synodo prima, & Æra 610. secunda presul. Baronius existimat ipsum anno 573. obiisse. Scripsit librum de quatuor virtutibus, falso Seneca a nonnullis attributum, sive Formulam honeste vita, quæ tomo VI. Bibliotheca Patrum extat. Isidorus huic libro datum de quatuor virtutum Cardinalium differentia. Idem Collectionem Canonum ex Græcis synodis adornavit, quæ in Tomis Conciliorum legitur. In appendice ad vitas Patrum typis Plantinianis 1628. editas, extant sententie Ægyptiorum Patrum ab homine Greco anonymo collectæ, & a Martino Dumensi in Latinum translateæ. Fuit autem natione Pannonius, ut ex ejus epitaphio constat. Interrogationes illæ, quarum in fine meminit Miræus, translatae sunt per manum Paschafii Diaconi, ut refert Siegbertus, de Scriptor. Eccles. cap. 117. Martinus, inquit, Episcopus translulit per manum Paschafii Diaconi interrogations & responsiones plurimas sanctorum Ægyptiorum Patrum, in Dumensi Monasterio. Idem librum de quatuor virtutibus, inscriptum docet; Honeste vita formulam, cap. 19. de iisd. Script. Eccles. Ad nostrum institutum tantum pertinet Collectio Canonum ejus, quæ facta est eodem fere tempore, quo Dionysius Exiguus Romæ suam Collectionem & versionem; & in Africa & quidem Carthagini suam Digestionem adornaret Ferrandus: utrique tamen posterior est; nam Ferrandus, ut supra notatum ex Facundo Hermianensi anno 551. jam vita excesserat, & Dionysius Exiguus in principio Justinianai Imperii, seculi sexti anno trigesimo præter propter suam versionem adornavit, aut etiam citius adhuc, ut supra ex eo ostendimus, quod decretales, quæ post versionem canonum sunt collectæ, Juliano Presbytero sunt inscriptæ, vid. num. marg. 76. Martinus autem noster, si triginta annis in Hispania, ut supra probatum, exegit, & anno 573. secundum Baronium, vel 580. secundam Dalæum vita excessit, anno 43. vel 50. in Hispaniam venit. Propius ad eam accedit σωματικὴν περιήγησιν Joann. Scholastici, quæ facta ante annum 564. ut supra quoque observavimus. Collectionem suam fecit eandem ob causam, ob quam Dionysius Exiguus suam versionem adornavit, nempe, ob antiquæ versionis incommoditatem; quod ille in Prefatione, quam suæ collectioni præmisit satis; inquit: Canones, inquit, qui in partibus orientis ab antiquis Patribus constituti sunt, Greco prius sermone conscripti sunt; postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est, ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam; simulque & illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores, aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant, & propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura. Ideo visum est ut cum omni diligentia, & ea, quæ per translationes obscurius dicta sunt, & ea que per scriptores sunt imminuta, simplicius & emendatius restaurarem. Quod tamen non satis accurate observavit, aut præstit. Pleraque quidem ex Græco vertit, aliqua tamen immiscuit ex conciliis Occidentalibus, Africanis, item Hispanicis, veluti Toletano I. & Bracharenibus, quia ibidem erat antistes. Ali quando etiam non ita Latina facta sunt, ut habentur in Græcis, sed ex duobus aut tribus capitibus diversorum conciliorum unum ille facit caput, quod observat Anton. Augustinus, in judicio de Collectoribus canonum, quod extat, part. 2. Epit. jur. Pontif. Opus ejus bipartitum est, & aliqua arte & methodo pollet. Prima pars continet canones, qui de personis, rebus, & ritibus Ecclesiasticis agunt, altera res ad Laicos, ut vocant, pertinentes, complectitur. Quod & ipse in statim laudata Prefat. indicat: Id primum, inquit, observans, ut illa, quæ ad Episcopos vel universum Clerum pertinent, una in parte conscripta sunt: similiter & quæ ad Laicos pertinent, simul sunt adunata, ut de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius invenire. Hujus collectionis duæ sunt editiones, una vulgaris & vetus, quam omnes conciliorum collectiones exhibent; Altera recens, quam ex antiquis Manuscriptis dicit se edidisse Garciæ a Loaysa in collectione conciliorum Hispaniæ. Veterem illam & vulgarem exhibue-re Editores saepius laudatae Bibliotheca juris Canonici veteris Voellius, & Juttellus Filius in appendice tomo I. ita tamen ut novum opus, ut illi praefautur, jure censi ac dici mereatur, ut quæ singulari cura ab eruditissimo Viro Joanne Doviatio facrorum Canonum interprete Regio cum ceteris editionibus & libris manu exaratis collata sit, annotatis, ad marginem versionibus tum variis lectionibus, tum conciliis, ex quibus, tanquam fontibus suos Martinus canones depromxit. In quo id monendum es, lector, ne credas Doviatio, aut ei, qui in editione Voelli & Justelli fontes adjecit, quando in indicandis fontibus etiam memorat canones Pseudapostolicos; hos nunquam in suam Collectionem retulit, nec eorum meminit, neque etiam eo tempore, quo is in Oriente fuit, ante nimirum seculi quinti medium fisi aut Apostolis suppositi fuerunt, ut patet ex iis, quæ late supra disputata sunt. Faciunt hoc quæ refert Doctiss. Dalæus in Pseudopigr. Apostolic. lib. 3. cap. 19. pag. 653. fine: Itaque, inquit, non Latinis magis, quam Græcis, quarto seculo, quintoque jam ad annum 51. adulto cogniti erant isti Apostolorum canones. Ac tametsi sexto ineunte seculo quinquaginta Dionysiaci jam extarent, ne tum quidem inter regulas Ecclesiasticas ab omnibus admissi sunt. Nam neque iis Ferrandus Ecclesie Carthaginensis Diaconus locum ullum in Breviario canonum dedit, quod circa sexti seculi principia concinnavit, atque publicavit; neque qui in Hispania A.D. 580. obiit, Martinus Bracarense, eos vel memoravit, vel usurpavit, aut inferuit in sua illa Græcorum Canonum interpretatione, quam Collectionis Orientalium Canonum nomine ad Nitigesum A.D. 572. missam edidit. Quod & observavit & fatetur Antonius Augustinus, statim adducendus. Illud hic non negligendum sed monendum, quod ante Antonii Democharis editionem Decreti Gratiani, Collectio hæc Martini Bracharense citata sit, quasi essent capitula Martini Papæ Romanæ, qui tamen multis annis posterior est Martino nostro. Hosce errores Gratiani correxit in sua editione Demochares & Contius, qui in margine, quando Gratianus scribit: Ex concilio Martini Papæ, notant: Martini Bracharense nomen, ex capitulis Græcarum synodorum. Latissime hac de re agit Ant. Augustinus noster, Dialogorum lib. 1. Dialog. X. XI. & XII. quorum primum sic incipit, & hæc,
- quæ
173. Collectionem canonum ejus.
174. Quod facit.
175. Quod suam collectionem fecerit Martinus.
176. Unde bauferit.
177. Quod videris.
178. Editiones diversas.
179. Canones Apostolici Martino Ignosti, error Doviatii caveris.
180. Martini hec collectione per errorem, pro Martini Papæ canonibus habita.

quæ potissimum ad rem præsentem faciunt, habet. Credo vos non ignorare, si Gratiani librum ab Ant. Demochare, vel ab Ant. Contio editum legistis, in omnibus fere capitibus, quæ habent hanc inscriptionem: *Ex concilio Martini Papæ*: additum esse in margine *Martini Bracharenis* nomen, ex capitulis Græcarum synodorum. Quod a Demochare factum est, sumitur ex libris conciliorum, in quibus post secundum Bracharense concilium, illa capita sunt Martini Episcopi, qui se ex Orientis conciliis ea sumere dicit, offensus varia interpretatione eorum. Unde autem singula capita sumantur, non adscriptis, quod sciam. Sed ego ea conferens cum Græcis inveni, paucis exceptis, quæ non in Græcis, sed in Latinis conciliis reperta sunt. Concilium Martini Papæ insignis fuit contra Monothelitas habitum ante sextam synodum, in quo non hi canonies editi fuerunt, neque confirmati. Tamen necio quomodo a collectoribus referri solent, ut Martini Papæ in synodo. Sic fit, ut a Gratiano Martini Papæ appellentur, & cum Græcis conjugantur quasi diversi. Exemplum sumamus a concilio Nicæno; nam canones Apostolorum præteritos ab eo esse video. Idem observavit in secunda parte Epitom. *juris Pontificii* Ant. August. Baronius ad ann. 572. num. 14. postquam ipsam Martini Præfationem recitasset, subiungit: *Ex ista collectio canonibus octoginta quinque locupletata*. Intelligit, nisi fallor, Canones Apostolicos, qui sunt additi collectioni Martini, ab ipso autem, ut dictum, neglecti.

Nunc ad Cresconium transeamus, ejusque Collectionem. Fuit ille Episcopus Africanus, Eruditissimus Viris annumeratus ætate Leontii Imperatoris. Carmine panxit historiam eorum, quæ Joannes Patricius gessit in Africa, cuius libri summam ex Cedreno cognoscere possumus, qui refert, quod, cum Arabes tertio Leontii anno (is erat Christi 696.) Africam occupassent, Leontius Imperator eo misericordia Joannem Patricium virum strenuum, qui hostes fuderit, castraque eorum, in Africa ceperit universa. Vid. Vossium de *Histor. Latin. lib. 3. cap. 3.* quem miror Cresconium neglexisse in Poetarum Latinorum historia. Eadem testatur inscriptio Codicis MS. Bibliothecæ Vaticanæ, quam adducit Baron. ad Ann. 572. num. 76. quæ est hæc: *Concordia Canonum a Cresconio Africano Episcopo digesta, sub capitibus trecentis. Iste bella & victorias, quas Joannes Patricius apud Africanam de Saracenis gessit, hexameteris versibus descripti. In jure Canonico duplex, ejus fertur opus, vel ut alii volunt, unius operis duas partes. Una, quæ Canonum Breviarium vocatur. Cujus epigraphe est hæc in editione Parisiensi, quæ Codici Ecclesiæ Romanæ est annexa, & in Bibliotheca Juris Canonici Veteris: CRESCONII EPISCOPI AFRICANI. BREVIARIUM. CANONICUM. HIC HABETUR. CONCORDIA. CANONUM. CONCILIORUM. INFRASPECTORUM. ET. PRÆSULUM. ROMANORUM. ID. EST. CANONUM. APOSTOLORUM. NICÆNIORUM. NOVÆCÆSARIENSIMUM. GANGRENSIUM. ANTIOCHENSIUM. LAODICENSIMUM. CHALCEDONENSIMUM. SARDICENSIMUM. CARTAGINENSIMUM. ITEM. PRÆSULUM. SIRICII. INNOCENTII. ZOSIMI. CÆLESTINI. LEONIS. ET. GELASII. In hoc opere disciplinam Ecclesiasticam ad exemplum Fulgentii Ferrandi, trecentis titulis vel summulis inclusit, citatis tantum canonibus aut Pontificum decretis, non recitatis verbis. Quem modum supra Breviarium Canonum vocari diximus. Ipse Cresconius, in Præfatione sua, Fulgentii opus vocat Breviatum. Alterum opus ejus, seu altera pars operis eodem ordine, iisdem numeris & titulis decurrit usque ad trecentesimum, & iidem canones conciliorum, & decreta Pontificum, citantur non tantum, sed & πλάτων etiam recitantur. Quod opus in Manuscriptis inscribitur CONCORDIA CANONUM, vel LIBERI CANONUM. Ita docti haec tenus censuerunt, & opus vel Opera Cresconii distinxerunt: mihi ruminanti accuratius, suspicio oritur Cresconium tantum scripti posterius opus, in quo canones integræ recensentur; Idque ex eo coniicio, quod ille in Fulgentii Breviario taxet, quod illud magis ad recolligendam memoriam sit scriptum, quam ad instructionem & doctrinam imperitorum: quoniam citabantur quidem capitula & decreta ex variis libris, quibus multi carebant, aut in quibus citata quærere nec invenire poterant. Huic difficultati occurtere volens Cresconius, non tantum, quemadmodum Ferrandus citavit concordes canones, verum etiam ipsa canonum verba subiectit. Res magis aperta fieri ex ipsis Cresconii verbis, quæ ex prefatione ad Liberum, vel ut alii libri habent Liberum Pontificem, Breviario prefixa (quam tamen secundum dicta Concordia vel Libro canonum præmitti potius debere censēmus) hæc sunt: *Cœlesti auxilio premunitus, obsequi malui imperatis, vestrisque votis, Deo favente, libentissime subservire, illa maxime invitatus ex parte, quod antefatius venerabilis Vir. (Ferrandus) ad conversationem memorie eorum, hoc effecisse noscitur Breviatum, quia illa ipsa jam bene cognita pereceperant, quo per eum cum voluerint, que cupiunt, recordentur; Inductorum vero, quorum est maxima multitudo, in eodem opere studium probatur, ut ita dixerim, sequestrasse, dum eos ad inquisitionem earum rerum præmitit, quæ nec ab omnibus reperiuntur, nec reporte sine fastidio perleguntur. Nulli siquidem dubium est, quam molestissime perferat Lector, dum avidius, cujusque rei cognitionem, expectat, & ad librum præmittitur, quem aut forte non legit, aut ubi reperiat, non novit. Quamobrem antefatii Viri laude prelata, necessarium duxi profectui subserviens parvulorum, juxta vestrum imperium, cuncta ecclesiastica, ut dictum est, constituta, quæ ad nostram notitiam pervenerunt, in hoc opere sub titulorum serie pronotare; & ea condiscere valentibus, & voluntibus dubitationis ambagem auferre; ut eorum plena instruacio non ex difficultate scriptoris, sed ex desidia jam depondeat Lectoris. Ex quibus appetit illam voluntate aliiquid corrigere, quod Ferrandus neglexerat, nempe, ne tantum doctis, sed insuper quoque indoctis & rudibus novam scriberet suam collectionem: deinde quoque succurrere eis, qui sub certis titulis tantum nude ciratos canones vel non poterant ob defectum librorum, & investigandi imperitiam, aut nolebant ob desidiam quandam requirere & investigare; huic fini observata methodo Fulg. Ferrandi, conquisivit ex variis libris integros ipsos canones. Sed quid tum fiet Breviario? Potes id esse deceptum ab alio, cui Cresconii opus prolixum nimis, vel qui nudam notitiam tantum memorie causa habere voluit. Quod & in aliis videmus factum. Exemplum potest præbere syllabus & tituli illi canonum Dionysii Exigu, qui seorsim sunt editi, & ab opere seu versione & collectione Dionysii avulsi; quod præter alia demonstrat satis editio Parisiensis Codicis canonum Ecclesiæ Romanæ, in cuius fine cum Præfatione Dionysii Exigu, subiiciuntur tantum lemmata & tituli canonum, ex quo tamen nemo dixerit duo opera Dionysium edidisse, unum quod titulos canonum, alterum quod ipsos canones contineret. Si quis tamen aliter verba Cresconii supra adducta interpretari, & utrumque opus Cresconio adscribere velit, non multum repugnabo. Est hæc tantum conjectura nostra; non enim inficias imus, posse etiam hæc:**

Tom. III.

8

Ne.

181. Pro-
gressus ad Cres-
conium, quis
ille.

182. Scri-
pta ejus histo-
rica.

183. Cano-
nica.

184. Dis-
quisitio de o-
pere Cresconie
accuratio.

I Gerhardi Von Mastricht

*Necessarium duxi, subserviens proiectui parvolorum, cuncta Ecclesiastica constituta in hoc opere sub titulo-
rum serie prænotare, & ea condiscere valentibus, & volentibus dubitationis ambagem auferre &c. Ad u-
trumque opus applicari, ita ut prænotare illud denotet Breviarium Canonum, ad colligendam tantum
memoriam juxta exemplum Ferrandi factum; cætera Concordiam Canonum indicent, qua condiscere va-
lentibus & volentibus dubitationis ambagem voluit auferre, ut eorum plena instructio non ex difficultate
scriptoris, sed ex desidia jam dependeat lectoris. Quæ supra de convenientia & differentia, item de con-
fusione Ferrandi & Cresconii, & tandem de erroribus Baronii dicta sunt, non opus est hic repetere,
videantur numeri marginales 160. 161. Illud monendum adhuc, in Concordia Canonum, seu Libro Ca-
nonum Cresconii initium non esse ipsius Cresconii, sed ab aliena manu proiectum & additum ipsi li-
bro, post Cresconii scriptiōnem. Videtur autem præmissum titulo primo de ordinatione Episcopi,*

185. Initium Concordiae canonum Cresconii ab aliena manu additum.

186. Editiones variae.

187. Cresconius primus decretales Epistolæ Pontificum Romanorum inter canones locavit.

commendanda imprimis ea, quæ est in Bibliotheca juris Canonici veteris, & ea quam Petrus Franciscus Chiffletius Jesuita Divione anno 1649. cum suis notis emisit. Concordiam vero canonum, vel Librum canonum Cresconii anno hujus saeculi LXI. in publicam lucem Editores sèpius laudati Bibliothecæ juris Canonici veteris, in appendice tomī primi, ex Manuscripto antiquo Bibliothecæ Collegii Claromontani, beneficio Caroli Labbæ Jesuitæ, primum protulerunt, & contulerunt cum Manuscripto Bibliothecæ Thuanæ, qui Cresconii quidem nomen præferebat; sed multis canonibus & decretis interpolatus, & diversa methodo abs vero & genuino Cresconii fœtu conscriptus erat. Illud etiam non prætereundum, Cresconium primum Romanorum Pontificum Epistolæ inter Canones re-
tulisse, & eas eo canonizasse, ut ita loquar, seu iis auctoritatē canonica addidisse, quæ antea non majoris fuerunt valoris, quam aliorum Episcoporum Responsa (22); Decretales hæ Epistolæ a consulendo habent originem, quemadmodum enim in civilibus Imperatores Sacratissimi, ita in spiritua-
libus & sacris consulebantur Episcopi. Inter quos cum emineret Romanus, is quoque præ aliis consul-
tus sèpius, ejusque responsa majorem præ cæteris auctoritatē acquisiverunt, & diligentius etiam ad-
servata sunt; reliquorum vero Episcoporum non tanti aestimata perierunt pleraque. Hæc causa Cresco-
niū forte movit, quare Decretalibus Romanorum Pontificum tantam detulerit auctoritatem, ut in-
ter canones conciliorum auctus sit eos locare. Veram quidem est, quod Dionysius Exiguus primus co-
perit colligere Decretales, orsus a Syricio. Sed ille tantam iis auctoritatem non detulit, ut inter ca-
nones recensuerit; verum speciali volutâ vel opere hanc collectionem, ut supra memoratum, diges-
tit, quod postea incuria, vel porius quia ejusdem auctoris cum Codice canoniam ex conciliis versorum
coaluit, aut cum eo editum est; non tamen in eum finem, ut ejusdem cum canonibas conciliorum
auctoritatis essent. Hoc forte Cresconium, qui non bene Canonum & Decretalium differentiam distin-
guebat, seduxit; ut, cum Codicem Dionysii, qui tantum ordinem temporis, tam in canonibus quam in decretalibus stabatur, in concordiam canonica redigere vellet, utramque Dionysii collectionem
sive distinctione inexcusabili audacia vel imprudentia digesserit. Ad hoc exemplum postea in Orientali Ecclesia cœperunt valere, adservari & colligi responsa Patriarchalia, uti postea patebit ex codice Ec-
clesiæ Orientalis. Hæc hic obiter monenda fuerunt; de Decretalibus vero, eorumque collectoribus
postea exprofesso traſlabimus.

188. Codex Ecclesiæ Orientalis.

Cresconii Collectionem sequitur Codex Ecclesiæ Orientalis; de quo jam aliquid dictum supra nu-
mero marg. 54. qui in concilio sexto Ecumenico Trullano anno 681. vel potius in quini-sextæ syno-
di canone secundo confirmatus & approbatus est. Constat autem ex Codice Canonum Ecclesiæ Univer-
sa, deinde additionibus iis, quas ipse Canon 2. refert, quem Latine subiicitus, ut eum editio Pa-
risiensis Gr. Latin. repræsentat: *Hoc quoque huic sancte Synodo pulcherrime & honestissime placuit, ut
ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam, & perturbationum curationem firmi stabilesque ma-
neant, qui a sanctis Patribus, qui nos precesserunt, suscepit ac confirmati, atque adeo nobis etiam traditi
sunt, sanctorum & glorioſorum Apostolorum nomine, LXXXV. canones. Quantam autem in his canonibus
nobis preceptum est, ut eorumdem SS. Apostolorum per Clementem ordinationes suscipereamus, quibus
jam olim ab iis, qui a fide aliena sentiunt, adulterina quedam & a pietate aliena introducta sunt, que
divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt; has constitutiones ad Christianissimi
gregis adificationem ac securitatem conducibiliter rejecimus, heretice falsitatis fœtus nequaquam immiscentes,
& germane ac integræ Apostolorum doctrine inserentes. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis &
beatibus nostris Patribus expositi sunt, id est, a trecentis decem & octo sanctis ac divinis Patribus,
qui Nices convenerunt: iisque, qui Ancyra, & iis etiam, qui Neocæsarea, similiter & qui Gangris, preter-
ea & iis, qui in Antiochia Syria, atque iis etiam, qui in Laodicea Phrygia: preterea autem & CL. Pa-
tribus, qui in hac Dei cultrice & Imp. civitate convenerunt; & ducentis, qui in Ephesorum Metropoli
prius coæcli sunt: & sexcentis triginta sanctis & beatis Patribus, qui Chalcedone: similiter & iis, qui Sardice,
& qui Carthaginæ, & qui rursus in hac Dei cultrice & Imp. urbe convenerunt sub Nectario, qui Imperia-
li huic civitati præsidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandriae Archiepiscopus. Quinetiam canones Dionysii,
qui fuit Archiepiscopus magne Alexandrinorum civitatis, & Petri, qui fuit Alexandriae Archiepiscopus &
martyr: Gregorii Neocæsarea Episcopi, qui Θωματηρός, id est mirabilium operum effector, dictus est:
Athanasii Alexandrini Archiepiscopi, Basiliī Archiepiscopi Cesarea Cappadocie, Gregorii Episcopi Nyssa,
Gre-*

[22] Longe a communi Catholicorum sententia hoc in loco Maastrichtius aberrat, si canonicam auctoritatem Paparum Epistolæ esse a Cresconio tributam af-
firmat, ex eo quod easdem inter canones recensuerit; nullam autem canonum, aut constitutionum collectio-
nem cuiuscunque per celebris viri studio diligentiaque congestam posse vim legis obtinere, nisi a publica po-
testate ea vis hujuscemodi collectioni tribuatur, Theo-
logi omnes, & canonista contitentur; hinc decreto

ipsius Gratiani, quacunque extimatione in Ecclesia olim recepto legis naturam insificantur inesse, quod priuati hominis auctoritate conscripto nequaquam le-
gislativa potestas, juris naturam sit impedita; Cano-
nibus tamen, atque decretis in illo collectis eadem vis
auctoritatis super esse existimatur, quæ eorum, priu-
quam a Gratiano colligerentur, propria erat. Idipsum
ferendum de Romanorum Pontificum decretalibus per
Cresconium collectis judicium. W.

Gregorii Theologi, Amphiliocii Iconii, Timothei Archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli ejusdem Alexandri Archiepiscopi, & Gennadii, qui fuit Patriarcha hujus Dei cultricis & Imp. civitatis. Preterea vero, & a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit Archiepiscopus & martyr, & synodi, quae sub eo fuit, emissum canonem, qui in predictorum Praefulum locis, & solum secundum traditam eis consuetudinem, servatus est. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare vel abolere, vel alios praeter prius hic propositos canones admittere, a quibusdam falsa adjecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari nati sunt. Si quis autem, quod predictorum canonum aliquem innovare vel subvertire conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronuntiat Canon, pœnam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, mendalam suscipiens. Ex quo cauone patet, quod multa sint addita a Trullanis Patribus Codici Ecclesie Universæ, post Justinianum Imperatorem: nempe, canones Pseudopostolici, (quam temere supra abunde dictum) item canones Sardenses, Africanorum conciliorum, de quibus supra, ubi de Codice Ecclesie Africanæ actum est. Deinde etiam Episcoporum & Patrum & Patriarcharum quorundam canones & Epistolæ, quia idem factum videbant ab Occidentalibus. Quæ additamenta ex editione Parisiensi anni 1620. cum Balsamonis commentariis in Codicem hunc Canonum Ecclesie Orientalis, ad intellectum allegati Nicæni canonis omnia subiiciimus. Sunt autem isthac: Beati Dionysii Archiepiscopi Alexandrini Epistola ad Basilidem de diversis capitibus, ad quæ per Epistolam Dionysius responsa dedit, quæ tanquam canones sunt admissa. Canones Beati Petri Archiepiscopi Alexandrini & Martyris, qui seruntur in sermone de poenitentia. Epistola Canonica sancti Gregorii Archiepiscopi Neocæsarensis, qui Thaumaturgus dictus est, de iis, qui in barbarorum incursione idolothyta comedenter, & alia quædam peccata commiserant, Santi Athanasi Archiepiscopi Alexandrini epistola ad Amnum monachum. Ejusdem ex XXXIX. festiva epistola. Ejusdem epistola ad Ruffinianum. Sancti Patris nostri Basili Archiæpiscopi Caesareæ Cappadociæ, ad Amphiliocium Iconii Episcopum Epistola Canonica prima. Ad eundem Canonica epistola II. Ejusdem alia epistola ad Amphiliocium, de differentia ciborum. Ejusdem ad Diodorum, de eo qui duxit duas sorores in matrimonio. Ejusdem Epistola ad Gregorium Presbyterum, ut separetur a muliercula, cum qua habitat. Ejusdem ad Chorepiscopos, ne sine ipso fiant ministri præter canones. Ejusdem ad Episcopos, qui ei suberant, ne pecuniis ordinent. Ejusdem ex XXVII. capite, eorumque de sancto Spiritu ad beatum Amphiliocium scripta sunt, & ejusdem ex XXIX. cap. ejusdem operis excerpta. Epistola canonica sancti Gregorii Nysseni Episcopi ad sanctum Letojum Melitines Episcopum. Responsa canonica Timothei sanctissimi Alexandrini Episcopi, qui fuit unus ex CL. Patribus, qui Constantinopoli convenerunt. Edictum Theophili Archiepiscopi Alexandrini cum Theophania in die Dominico instarent. Ejusdem commonitorum quod accepit Ammon propter Lyco. Ejusdem exposito de iis qui dicuntur Cathari. Ejusd. Ep. ad Agathonem Episcopum, & altera ad Menam Episcopum. Sancti Patris Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Epistola canonica & altera ad Episcopos, qui sunt in Libya & Pentapoli. Sancti Patris nostri Gregorii Theologi ex metricis ejus poematis quinam libri sunt legendi veteris & novi testamenti. Sancti Amphiliocii Episcopi Iconii ex Jambis ad Seleucum de eodem argumento. Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani & sanctæ cum eo congregatae Synodi ad sanctissimos omnes Metropolitanos, & ad Papam urbis Romæ epistola circularis, quæ incipit: Religiosissimo & sanctissimo in sacris communis Gennadius, & quæ in Christi amante regia civitate Constantinopoli coacta est sancta synodus. Ex epistola Magni Basili ad Nicopolitanos quædam. Post Trullanam approbationem, quæ facta saeculi octavi anno septime, accesserunt canones ipsi Trullani in synodo quini-sexta sancti CII. & canones XXII. synodi Nicæna secunda anno 787. habitæ. Ex quibus omnibus constat codex canonum Ecclesie Orientalis a Nicæna prima, ad Nicænam secundam synodum, cui titulus est Κερόνειον Αποστολῶς, καὶ τῶν σωόδων; & hic est Codex ille, quem supra diximus editum esse saeculi superioris anno XL. a Joann. Tilio, Græce ex Bibliotheca Canonorum Divi Hilarii Pælavensis, quem postea Elias Ehingerus ex Bibliotheca Augustana Witebergæ, A. cl. I. XIV. iterum edidit, ad quem Zonaras & Balfamo suas interpretationes fecerunt. Illud de hoc codice Orientali observandum, in eum primum sententias patrum esse receptas & canonibus exequatas; ad modum Cresconii, qui in Occidente decretales Pontificum Romanorum, canonibus immiscuerat primus; nisi quod antea etiam Joann. Scholasticus Basili canones suo Nomocanoni addiderit.

Eodem tempore fere, quo in Oriente in synodo Nicæna secunda confirmatus Codex Ecclesie Orientalis, & in Occidente sua incrementa habuit Jus Canonum. Hadrianus enim primus Papa Carolo Magno misit collectionem canonum & Epistolarum Decretalium, ad usum Ecclesiastum Occidentis: quam olim Dionysius Exiguus concinnarat, qua de re supra num. marg. 78. Hanc quoque in Germaniam nostram, si non antea, saltem tum transisse valde probabile, usque ad tempora Ricolphi Episcopi Moguntini, qui Isidorus Mercatoris, Impotoris volebam dicere, collectionem iam pertulit, ut infra, ubi Mercatoris collectio examinanda est, observabimus. Hujus Collectionis auctor non fuit Hadrianus, quare ideo nec inter Collectores canonum locum aut laudem meretur. Sed alia est ejus Collectio Canonum aliquot, in gratiam Ingelrami Episcopi Metensis seu Mediomaticæ urbis, ex Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis atque Decretis Praefulum & Principum Romanorum facta & tradita Ingelramo An. 785. Indict. 9. 13. Cal. Octobr. Complectitur canones septuaginta duos, quos collectioni sue inseruit Isidorus Mercator. Eosque forte intelligendos esse coniicit Doctissimus Blondellus, in Pseudo-Isidoro & Turiano vapulante, quorum idem Impactor meminuit in supposita Epistola Zepherini Papæ prima. Ita ille in censura illius Epistole in fine pag. 246. Si quis, inquit, in re obscure conjectandi locus esse debet, suspicari non immerito quis posuit, non alias 70. Apostolorum sententias Mercatori nostro in mentem venisse, quam quas A. D. 785. Indict. 9. 13. Cal. Octobr. in gratiam Ingelrami Metensis Episcopi, ex Græcis & Latinis canonibus, & synodis Romanis, atque decretis Praefulum ac Principum Romanorum collegisse dicitur Adrianus primus urbis Episcopus. Sunt enim numero 72. eas semper in ore habet impostor, preter 6. 12. 28. 35. 36. 38. 40. 41. 44. 45. 46. 52. 53. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 68. 72. quas vel silentio præterire, vel oblique tantum tangere videtur; reliquas 50. citat sub nomine Apostolorum, quorum hic 70. sententias memorat; & synodi Nicæna, cui totidem canones tribuit. Vide Epist. Pseudo-Athanassi ad Marcum, Pseudo-Marci, Pseudo-Julii secundam, & Pseudo-Felicis secundi primam. Nisi quis velit præferre sententiam Magni Utserii, in Dissert. de script. Ignatii, cap. 6. pag. 39. qui mendosum locum Pseudo-Zepherini Epistola de can. Apost. intelligit & corrigit.

189. Quid additum sit Codici Ecclesiæ Orientalis, quod in Codice Ecclesie Universæ non continetur.

190. In eodem canonum Ecclesiæ Orientalis priorum recepta sententia Patrum.

191. Hadrianus Papa Collectio.

ex Gregorii Presbyteri Polycarpo, ubi non *septuaginta sententiae*, sed *quinquaginta leguntur*, quam sententiam ut simpliciorem & vero magis similem probat Doctiss. Dalaeus de *Pseud-epigrapb. Apost. lib. 3. cap. 4. pag. 478.* De numero Canonum hujus farraginis differentiunt auctores. Baronius ad *Annum 786. §. 6.* Octoginta agnoscit. Vide sis ejus verba: In Conciliorum vero terti part. i. sect. i. enumerantur tantum septuaginta duo canones. Hincmarus Rhemensis. Archiep. in libr. 55. capitul. adversus *Hincmarum Laudunensem Nepotem cap. 24.* de hujus collectionis auctore dubitanter loquitur, forte quia indigna videbatur, ut conicit Blondellus, Adriano Primo earum collectio, utpote in qua *dissona inter se* habebantur, & *diversa a iacris canonibus & a judicis ecclesiasticis discepantia*. Hanc collectionem *Impostorem Pseudo-Isidorum Mercatorem* in Epitolas, quas prius Episcopis supposuit, fere totam retulisse, & earum pied-epitolarum materialm & fontem esse, censet Doctiss. Blondellus in *Pseudo-Isidoro & Furiano Vapulante in Prolegum, cap. 5. pag. 20. in fin. & seqq.* ubi vide quædam, multum hic utilia. Quid ita collectione intenderit Hadrianus Papa, id judicavit hæc ex citato Baronii loco verba: *Quem absolutum, hijs canonibus communium remisit ad suos. Postulabat id causa, ut colligeret idem Pontifex canones spectantes ad accusationem Episcoporum.* Et ad jura Romanæ Ecclesiæ pertinentes, ex qua &c. Hæc præcipua causa, quare non immixto Hincmaro illi canones suspecti & dissona inter se, ut & diversa a iacris canonibus & a judicis ecclesiasticis discepantia habere visi sunt. Ad stabiliendam eam immineniam illam potestum prætici illi æquissimi canones cedere & reformari debebant. Hanc Adriani collectionem Ludovicus Jacob a S. Carolo, Cabilioensis Burgundus Ordinis Carmelitarum Alumnus (auctor futilis, qui in omnibus fere paginae errores cumulat, maxime ubi de Scriptoribus protettantibus loquitur) in *Bibliotheca Pontificie lib. 1. in vita Hadriani, pag. mihi 102.* vocat: *Conciliorum evolumen, & hæc de ea refert. Scriptic Hadrianus primas, Conciliorum volumen, ubi prefixit prefationem & epigramma Acrostichis veribus, seu Collectionem canonum octoginta a se elaboratam, quam delit Ingelramo vel Angeranno Episcopo 38. Metenji, tunc Rome commoranti. Extat ex versione Dionysii Exigui. De quorum veritate & poadere ex iam dictis judicare æquus Lector poterit. Antonius Augustinus ad hanc Collectionem Hadrianai Primi scriptit. Vid. Blondell. in Prolegum. Pseudo-Isidori cap. ult. pag. 112.*

192. *Caroli Magni Leges Ecclesiastice.*

Temporibus Hadriani vixit quoque Carolus Magnus Gloriosissimus Imperator, cujus multæ extant leges Ecclesiasticae, ut & successorum ejus, que potea collectæ fuat ab Ansegiso Abbe Lobiente, & Benedicto Levita. Ad Imperium pervenit Carolus Magnus Longobardis devictis saeculo nono incipiente, & usque ad annum decimum & quartum imperavir. Magnam rei ecclesiasticae curam gessit: concilia, & synodos varias habuit; de quibus multa patrum viae ejus scriptores, ita Reghino Abbas Prumensis in *Chronico sub ann. 813.* de eo refert: *Concordia iussu ejus super statu Ecclesiæ per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt, quorum unum Moguntie, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillone, quintum Arelate congregatum est, & constitutiones, que in singulis facte sunt, ab Imperatore confirmatae sunt; quas qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quanquam & earum exemplaria in archivo Palatii habeantur.* Memorabilis quoque eit synodus Francofurteensis ab eodem celebrata, ubi contra Græcorum synodum Imaginum adoratio est damaata, unde profecti libri illi de imaginib[us] sacris, qui Caroli Magni nomen præterunt a Tilio editi, de quibus supra aliquid in transitu dictum (23). Has leges Ecclesiasticas Caroli Magni, ut & Ludovici Pii ejus filii, & Lotharii ejus Neppotis collegit Ansegisus Abbas Laubiensis, vel Lodensis, [quod est Benedictinorum illustre coenobium ad Sabin Fluvium in diœcesi Cameracensi, sed sub ditione Leodicensi] postea Archiepiscopus Senouensis quod & inter altos Val. Andreæ refert, sed errorem esse, arguant alii. Vide pag. liii. lin. 26. & in duos & seculares leges itidem in duos libros retulit, publicavitque anno Christi 827. Imperii Ludovici Pii Anno XIII. Indict. quinta, ut ipse testatur in *Prefationis initio*, quam capitulis præmisit: in qua quia totius operis rationem reddit & modum dilectionis, eam subiicere opera præmium duximus: Dominante per saecula infinita omnium dominatore Christo salvatore nostro, creatore universæ creature, Anno incarnationis ipsius DCCCXVII. indictione V. anno vero XIII. Imperii gloriofissimorum Principum domini Ludovici Augusti Christiana religionis magni propagatoris, & Lotharii Cesaris filii ipsius, Ansegisus nullis precedentibus meritis, sed gratia omnipotentis Dei abba, pro amore bone memorie domini Caroli Magni Imperatoris Christianorum, atque præcellentissimi ac piissimi domini Ludovici Augusti filii ipsius sincera dilectione, necnon & præclaro Lotharii Cesaris filii piissimi Ludovici Imperatoris, hec subter descripta adunavi capitula. Que proculdubio quia ad sancte Ecclesiæ profectum facta sunt, pro utili firmiter tenenda sunt lege. Fuerant nanque quondam tempore predicti magni domini Caroli Imperatoris, necnon & nunc prefatorum Principum hoc in tempore domini piissimi Ludovici Augusti, & præclaro Lotharii Cesaris iussu per intervalla temporum ad Christianam religionem conservandam, atque ad concordiam pacis & dilectionis in Ecclesia Catholica teuendam edita: sed quia in diversis sparsim scripta membranulis per diversorum spatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur pro dilectione nimia, ut prestatum sum, predictorum gloriofissimorum Principum, & pro amore sanctissimæ prolis eorum, sed & pro sancte Ecclesiæ statu, placuit mihi predicta in hoc libello adunare, que invenire potui, capitula predictorum Principum iussu descripta: ut ad sancte Ecclesiæ statum longevis conservandum temporibus, atque ad meritum prefatorum Principum gloriofissimus in vita perpetua augmentandum proficiant. Amen. Sed hoc notum sit Lectori, quia predicta capitula, que per intervalla temporum a predictis sunt principibus edita, in quatuor distinxii libellis. Illa scilicet que dominus Carolus Imperator fecit ad ordinem pertinentia ecclesiasticum in primo adunari libello. Ea vero ecclesiastica, que dominus ac piissimus Ludovicus Imperator & Lotharius Cesar filius ipsius ediderunt, in secundo descripsi. Illa autem, que dominus Carolus in diversis fece temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunavi. Ipsa vero, que dominus Ludovicus præclarus Imperator & Lotharius Cesar filius illius fecerunt ad augmentum mundane pertinentia legis, in quarto congressi. Præmittitur libro primo ipsius Caroli Magni præfatio, que est suaoria & confirmatoria capitulorum; lectu sane digna, que merito subiici deberet, nisi nimium creiceret hæc tractatio, & festinatio operarum aliud juberet. Complectitur liber ille primus capitula CLXVIII. Secundum incipit Ansegisus alia, sed brevi præfatione, in qua tantum monet se in eum librum conjectisse capitula Ecclesiastica.

(23) De Imaginibus cultu, & Ecclesiasticis Legibus per Carolum Magnum editis observatio (36) in notas

Maastrichtii ad Dialogos Augustini, & nota (5) præcedens videri possunt. W.

siastica, quæ dominus Ludovicus Cæsar piissimus & Lotharius Imperator filius ipsius considererunt, comple-
Etiturque iste capitula XLVII. quorum primum est p̄fatio ipsius Imperatoris. Tertium librum iti-
dem nova p̄fatione ut & quartum orditum Ansegisus, monens se tertio illa ad mundanæ augmentum
legis pertinentia, quæ Dominus Karolus Imper. edidit, & quarto ejusdem argumenti, quæ præclarissi-
mus Dominus Ludovicus Augustus & Lotharius Cæsar fecerunt, capitula adunavisse libello. Coatinet
tertius capitula LXXXIX. quartus vero LXXV. Post librum IV. sequuntur tres appendiculae. De hi-
sce libris, seu collectione Sigebertus Gemblacensis Monachus in Chronico an. 827. Ansegisus, inquit,
Abbas Lobienis edita Imperatorum Karoli Magni & Ludovici filii ejus ad Ecclesiastican legem perti-
nentia duobus libellis digesit. Idem eorum etiam edita ad Mundanam legem pertinentia in duobus aequo
libellis digesit. Longævum fuisse & alia de eo scimus ex Odoranni Monachi Senonensis Chronico:
Anno ab Incarnatione Christi DCCCLXXXII. obiit Ansegisus venerabilis Senonum Archiepiscopus, to-
tius Gallie & Germanie Papa secundus feliciter, VII. Kalend. Decembr. & sepultus est in monasterio
S. Petri. Hic Karolum Calvum unxit in regem, & postquam primatum totius Gallie obtinuit, & su-
perna moderatione secundus Papa appellari meruit, in synodo habita in loco, qui dicitur Pontigonis, XVI.
Kal. Augst. ann. DCCCLXXVI. Indict. IX. Judeos certi causa & moniales ab urbe Senonica expu-
lit, & ne ulterius in ea habitaculum manendi haberent, sub anathematis jugulo interdixit. Mortuo
Epitaphium hoc scriptum est:

*Anistes Senonum, reverentia magna potentum.
Ansegisus in hoc conditus est tumulo.
Ut primas fieret Gallorum, Papa Joannes.
Inflituit, meritis hoc tribuendo suis.
Karli Romana cinxit caput iste corona,
Et dedit in cunctos imperium populos.
Gregorii Papæ secum caput abstulit inde.
Hic locus ossa sovet, spiritus astra tenet.*

Melius forte Sammarthani Fratres in Gallie Christianæ tom. I. f. 623. Hunc faciunt diversum ab illo
superiore, qui Capitula Caroli congeffit, taxantque illos, qui hunc confundunt cum alio Juniore,
Gallo etiam, e Diocesi Remensi ortum, qui Anno 871. ad Senonensem Archiepiscopatum electus,
Carolum Regem unixerit, & Anno 883. fatus concederit. Vidi etiam ex Sammarthani referentem Olea-
rnum in Abaco Patrologico, voce Ansegisus. His quatuor libris ab Ansegiso non satis diligenter, aut potius
satis plene collectis, postea Benedictus Levita librios tres, quintum neinde, sextum & septimum adiecit, lelio Benedi-
ctus Levite. in quos non tantum supra memoratorum Impp. capitula, sed alia interseruit, quorum rationem ipse
optime, quamquam paulo prolixius, tequente p̄fatione, reddit: Praecedentes, inquit, libelli nonnulla glo-
riosisimorum Karoli atque Ludovici Imperatorum continent capitula, quæ eorum tempore ab Ansegiso abba-
te sunt collecta, atque in predictis coacta libellis, sicut in eorundem procario continetur. Sed quia ab eo, lectio p̄-
ne media, ut rati sumus, sunt forsitan inventa vel collecta, necesse erat, ut a fidelibus ubicumque inveniri
potuissent, quererentur, & ob recordationem tantorum principum, vel eorundem capitum ita emendo, u-
tilitatem coadunarentur, & membranis interserentur, atque a fidelibus memorie commendarentur. Quia pro-
pter ea, que ille aut invenire nequivit, aut inserere fortasse noluit, & illa, que postmodum a fidelibus
sancte Dei Ecclesie, & Pipini ac Karoli atque Ludovici didicimus, in jam dictis libellis minime esse in-
serta, pro Dei omnipotentis amore, & sancte Dei Ecclesie ac servorum ejus, atque torius populi utilitate
fideliter investigare curavimus; & in tribus subsequentibus libellis distincte cum titulis suis coadunare. Ae-
Ludovico, Lotharioque, atque Karolo nobilissimis regibus, filiis videlicet Ludovici piissimi Imperatoris ha-
benda & omnium Christianorum fidelibus tradenda scribere non distulimus; ut scirent qualiter juxta nor-
mam avi, proavi, ac genitoris, secundum Domini scilicet voluntatem, sicut & illi fecerunt, clerum & po-
pulum sibi commissum Domino opem ferente mererentur. Hec vero capitula, que in subsequentibus tribus
libellis coadunare studuimus, in diversis locis, & in diversis schedulis, sicut in diversis synodis,
ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus * maxime sancte Magontiacensis metropolis
Ecclesie jurinio a Ricalso ejusdem sancte sedis metropolitana reconditas, & denum ab Autario se un-
do ejus successore atque consanguineo inventa reperimus, que in hoc opusculo tenore suprascripto inserere ma-
luimus. Monemus ergo Lectores, ut si eadem capitula duplicata vel triplicata repererint, non hoc nostra imperi-
tia reputent, quia ut diximus, diversis ea in schedulis invenimus. Et ob id tam cito hæc emendare nequivi-
mus: sed cunctis scientia repletis Lectribus hoc corrigenda dimisimus. Invenimus insuper quedam ex his paria
initia habentia, & imparem finem: quedam vero pares fines: sed non paria initia. In quibusdam autem minus,
& in quibusdam plus. Et propterea illa sic dimisimus, sicut invenimus. Precamur etiam omnes, ut si deinceps
plura ex his invenerint, que memoratus Ansegisus non inseruit, nec nos potuimus hæc invenire, ut ea illis
in quarto aut quinto libello distincte inserere non pugeat, quatenus ipsi ex hoc gratiam Dei habeant, & clerus
ac populus eorum utilitatibus non caret. Quantam valde sunt utilia hec capitula, & scire volentibus oppi-
do profutura: que pro lege tam Ecclesiastica, quam & saeculari jure firmissimo sunt tenenda. Primo igi-
tur in loco posuimus nonnullos versiculos in laudem predictorum. Principum metricæ compositæ: deinde se-
quuntur capitula primi libelli subjectis numeris suis, ut facilius inventari possit sententia, que queritur. His
ita peractis, est in fronte primi libelli posita Zacharia Papæ epistola omnibus Episcopis, ac reliquis Ec-
clesiastici ordinis gradibus, & cunctis ducibus atque comitibus, omnibusque Deum timentibus per Gal-
lias, & Francorum provincias constitutis directa, sicut in ea continetur. Quam sequuntur duo synodales
conventus, quos sancte Romane & Apostolice ecclesiæ legatus Bonifacius menioratæ Magontiacensis Ecclesiæ
Archiepiscopus vice supradicti Zachariae Papæ una cum Carlomanno Francorum principe canonice tenuit,
ut agnoscant omnes haec prædictorum. Principum capitula maxime Apostolica auctoritate fore firmata. Post
ista quoque, quæ sequuntur, eadem auctoritate maxima, ut diximus, ex parte, & omnium Francorum u-
triusque ordinis virorum assensu sunt roborata. Secundo vero in libello post capitulorum numerum prima
fronte posita sunt quedam ex lege divina excerpta capitula, sicut ea sparsim in eorum mixta capitulis re-
perimus, ut omnes haec capitula legibus divinis, regulisque canonicas concordare non ignorant. Tertio si-
qui-

* Notat Doctiss. Blondellus in Prolegomenis ad Pseudo-Isidor. cap. 5. pag. 20. ubi hæc verba citaverat in
margine, Lectori beneplacitum hunc sparsim edita, invenisse quæ descripsit. Adde cetera.

194. Au-
toris; vita
& obitus.

195. Col-
lelio Benedi-
ctus Levite.

196. Pre-
dictio ejus col-
lectio missa.

quidem in libello post ejusdem libelli capitulorum numerum quaedam ex canonibus a Paulino Episcopo, & Albino magistro, reliisque iussione Karoli invictissimi Principis magistris sparsim collecta sunt incerta capitula, & quibusdam interpositis sequuntur alia regulae monasticae congruentia, & denum ea, quae sequuntur, ad sancte Dei Ecclesiae servorumque ejus atque totius Christiani populi utilitatem sunt conscripta capitula, sicut in eodem continentur libello. Precamur quoque lectores omnes, cunctosque judices & sapientes, ut non ea sinistra interpretatione ullo unquam tempore dignentur exponere: aut quemquam injuste judicare, vel eo quod non sint quaedam ex his iuxta regulam Grammaticae artis composita reprehendere, sed pro ipsis Principibus eorumque & sanctae Dei Ecclesiae fidelibus, qui haec eadem simul cum eis tractaverunt, atque pro nobis, qui ea colligere ac describere certavimus, orare studeant: & jam dicta capitula pariter nobiscum & cum illis amplecti, venerari, amare, legibusque teneare decenter, an auente Domino, ut parem omnes ex hoc mercedem habere mereamur. Amen. Quare in Ansegisi Praefatione nomen Lotharii adiectum sit, cum tamen in ista collectione nil sit Lotharii proprium, illud explicat Pithoeus in Praefatione ad capitularia his verbis: „Sane quod in Ansegisi praefationibus Lotharii nomen adiectum est, datum id scias exemplarium quorundam antiquitati, quae sub ejus ditione, ut verisimile est, primum descripta, non hoc solum ipsius honori tribuerant, sed & ex verbis, qui Benedicti collectionem praecedunt, in Lotharii sui gratiam illos de Ludovici filiis ita permutatos habuerunt:

Ex quo prosequitur soboles veneranda per orbem
Ipsius insigni nomine digna patris.
Lotharius primum regnum sortitus avitum
Ardunnae nemoris incola factus ovat.
Hinc Hludouvicus heros Rheni cis littora genti
Imperat, & populis effera colla terit.
Tum Karolus cari species genitoris amata
Gallorum cætus ordinat atque domat.
Illis nos qui fata tenent loca pariibus aequis
Haec ferimus.

„Et tamen Lotharii ejus inter hæc nihil proprium esse putamus, cujus tantum nomine extant quædam ex his ipsis decerpta Capitula ad Italiam regnum, que jam olim Langobardicarum legum libris inserta & Karoli cuiusdam Corti Siculi, sive is Toccus fuit, commentario ante annos CCCLXXX. exposita leguntur. Sed neque Karoli fratri [quem nostrum, id est, Francorum Gallorumve regem vere proprieque dixeris] quicquam hic adiectum reperias præter ea Capitula, quæ circa initia regni sui in Sparmaco probavera, observarique præceperat“. Hæc Pithoeus. Continet quintus capitula CCLI. sextus CCCXXX. septimus CCCLXXII. Sequuntur tunc appendices, prima capitulorum LXXX. quæ anno Christi 817. Imperii vero Ludovici Principis IV. Sexto Idus Julii Aquisgrani in domo Palatii, quæ Lateranis dicitur, communi consilio inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt, ut habeat inscriptio hæc in meo Codice, pag. 339. Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCC. XVII. Imperii vero Gloriosissimi Principis Ludovici IV. VI. Idus Julii, cum in domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus una suis resedissent monachis, que subsequuntur capitula communis consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt. Secunda capitulorum XXV. quorum hæc est inscriptio: Capitula, que deinceps sequuntur, non tunc quando præscripta, velut in subsequentibus habentur, inventa, collecta, ordinata, hucque inserta esse noscuntur, sed postmodum a fidelibus reperta hac in feedula, sicut acta erant sunt inserta, ut facilius a fidelibus, quotiens necesse fuerit, reperiantur. Tertia continet capitula LXXIX. quibus hæc præmittuntur: Hæc capitula proprie sunt ad Episcopos vel ad ordines Ecclesiasticos pertinentia, quae non solum observari, sed etiam sibi subjectos, vel commissos facienda perdocere debent. Quarta capitulorum CVIII. cujus etiam capitula in vetustis quibusdam exemplaribus cum præcedentibus numeris continuata sunt. Inscriptio eorum est hæc: Sequentia quaedam capitula ex sanctorum Patrum decretis & Imperatorum editis colligere curavimus, atque inter nostra capitula lege firmissima tenenda generali consultu Erchembaldo Cancellario nostro inserere jussimus. Claudunt hoc volumen capitula XX. Caroli Imp. Ludovici filii, quorum hæc est inscriptio: Hæc, que sequuntur, capitula excerpta sunt a Domino Rege Karolo Domni Hludouici Imp. filio & Principibus ejus ex capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderant Episcopi in synodis, Wenilo scilicet cum suffraganeis suis, Guntboldus cum suffraganeis suis, Ursmarus cum suffraganeis suis, Hincmarus cum suffraganeis suis, Amalo cum suffraganeis suis: & oblatæ sunt eidem Principi, sicut ipse jusserrat, collecta ad relegendum in Sparmaco villa Remensis Ecclesie. Et quia factio quorundam motus est animus ipsius Regis contra Episcopos, dissidentibus regni fut primoribus ab eorundem Episcoporum admonitione, & remotis ab eodem concilio Episcopis, ex omnibus illis capitulis, hæc tantum observanda & complacenda sibi collegerunt, & Episcopis scripto tradiderunt, dicentes, non amplius de eorum capitulis acceptasse quam ista, & ista se velle cum Principe observare. Quando facta sit collectio, quoad certum annum determinari non potest; attamen intra annum 840. & 849. prodisse in lucem exinde colligi potest, quod Otagarius vel Augarius, cujus hortatu Benedictus Levita suam collectionem fecit, mortuus sit Anno 847. ut supra adserum; deinde quod Benedictus suam collectionem miserit & dedicaverit Lothario & Fratribus, qui Anno 839. ad Regnum pervenerunt. Tandem quod huic collectio ni in fine addita est ultima appendix ex Decretis Wenilonis Senonensis, & Hincmari Rhemensis de prompta anno Caroli Calvi XI. seu Anno D. 849. de qua num. marg. 198. pag. 217. dictum; sequitur itaque, ante appendicem editam esse oportere, alias ipsa appendix in opus adsumpta fuisset. Baron. ad An. D. 845. post annum Dom. 854. promulgatam fuisse adserit. Vid. §. 38. Blondellus intra Annos 847. & 850. vel 855. in Prolegum. ad Pseudo-Isidor. cap. 5. pag. 25. Sed hoc non videtur probabile, duas ob rationes; prima est, quod Otagario vivente & instigante seu jubente ediderit collectionem Benedictus, is autem e vivis excessit Anno 847. dein quod Wenilonis decreta, quæ Anno 849. prodierunt in appendicem sint rejecta, & quidem ultimam, ex quo sequitur, collectionem jam fuisse factam. Videtur Pithoeus in ea opinione esse, quasi libri isti tres posteriores diversos habuerint præter Benedictum, collectores, & post eum diversis temporibus diversa accrescentia, non tantum ex capitulis Imperatorum, sed canonibus Gallicanis, pœnitentialibus libellis, Patrum sententiis, Juliani Antecessoris Novellis.

197. Lo-
tharii nomen
quomodo in
prefationem.
Ansegisi irre-
pserit, conje-
cta Pithœi.

Hæc

199. Libri
posteriori
diversi collectio-
nes habuisse
videntur.

Hæc enim habet in Præfatione: „ Illud etiam verendum est, ne nos quoque in hac rutuba non paucæ „ fæsellerint: quamquam nec fortassis fuerint illa tanti, præsertim quæ post Ansegisum pro cuiusque „ collectoris ingenio & proposito, confuse nulloque ordine aut delectu, non certa etiam plerumque „ auctoritate & fide, ex Gallicanis canonibus ac pœnitentialibus libellis, SS. quoque Patrum sententiis, quæ „ dam etiam ex Juliani Antecessoris CP. Novellis & Alarici breviario, Anianique ad illud interpre- „ tationibus, quin & ex Wisigothorum Langobardorumque legibus nonnulla addita facile recognoscent, „ quibus hæc curæ erunt: quæ nec ipsa tamen omissa voluimus, ne quis desideraret ac requireret.“ De Benedicto Levita hoc habemus iacerti scriptoris elogium, quod præmisit Pirtheus editioni pri- mæ Capitularis Caroli Magni: „ Benedictus Moguntiacensis Ecclesiæ levita, Capitula quædam Re- „ galia, synodalia, & alia collegit ex iis, quæ in scriniis ejusdem Metropolis reponi fecerat Ricol- „ fus Archiepiscopus, qui monasterium S. Albani renovavit, & Moguntiæ synodo sub D. Karolo „ præfuit, & Otgarius ejus consanguineus & secundus post Haistulfum successor, quorum uterque hu- „ jusmodi Capitulorum percuriosus fuit, & erga S. sedem Rom. valde devotus; adeo ut Orgario et- „ iam Apostolicus Gregorius suas vices in Germania aliquando commiserit. Hic Hludovici Imp. filii „ contra patrem savit, sed postea reconciliatus est, & decedens an. DCCCXLVII. Lotharii Imp. „ VII. successorem habuit in Archiepiscopata D. Rhabanum Abbatem Fuldensem“. Ex quibus pa- „ tet, quod & prodit assatim recitata Præfatio, Benedictum hunc Levitam valde favisse & addictum „ fuisse sedi Romanæ. Quod si late demonstratum desideras, adi sis Doctissimum Blondellum in Pro- „ gumenis Pseudo-Isidori Vapulantis cap. 5. pag. 25. in fin. & seq. quam fidus autem collector Bene- „ dictus fuerit, id hæc Blondelli eodem capite pag. 24. satis demonstrant. Quæ quanquam prolixiora, „ hic addi, & legi merentur. Adversus Benedictum eundem suspicionem augere potest editum ab eo, „ in ipsa, quam suo nomine evulgavit, capitularium collectione, malæ fidei specimen. Audierat circa „ A. D. 787. sub Paulini Aquileiensis Patriarchæ Romanæ sedis legatione fungentis auspiciis pri- „ mam Capitulorum collectionem Aquisgrani prodiisse; & Carolum regem ann. 802. legatos per im- „ prium misse, & 24. capitula constituisse: ac tandem Ansegisum Abbatem A. D. 827. quæcumque „ repererat capitula magna cum laude digestissime: hujus Miltiadis tropæis a somno excitatus. Bene- „ dictus parisque adoræ consequendæ ardore inflammatus, quæcumque vel invenit primus vel ab aliis „ inventa interpolavit, studiosissime convasavit: ne cui autem mirum videretur post Ansegisi labo- „ rem tantam capitulorum e tenebris nescio quibus ereptum scaturiginem momento velar. et terra „ nasci; finxit ab Ansegiso nec media inventa forsitan fuisse vel collecta, neceesse fuisse, ut a fidelibus u- „ bicumque inveniri potuissent, quererentur. Ideo, ea se, quæ ille aut invenire nequivit, aut inserere fontasse „ noluit, & illa que postulans a fidelibus S. Dei Ecclesiæ, & Pipini ac Caroli atque Ludovici dicitur in „ jam dictis libellis minime esse inserta, pro Dei omnipotentis amore, & S. Dei Ecclesiæ ac servorum eius „ atque totius populi utilitate fideliter investigare curavisse, & in tribus libellis distincte cum titulis suis „ coadunare, ac Ludovico, Lotharioque, atque Carolo nobilissimis regibus filiis videlicet Ludovici p̄issimi Imperatoris habenda & omnium Christianorum fidelibus tradenda scribere non distulisse. En hominis in re „ seria ludentis technas: Virtutis vere custos rigidisque satelles, Tertius e celo cecidit Cato, cui populi „ salus suprema lex esse videatur: at quisquis penitus in omnes operis ab ipso publicati partes introspe- „ xerit, is vel insulsa mendacia, vel centones πολυτομίας, vel certe Cañones maxima ex parte inter- „ polatos sæpiissime deprehendet; ac si inter libros tres postremos capitularium & priores quatuor, in qui- „ bus etsi forte non omnia purissima, nihil adeo portentosum aut adulterinum occurrit, comparationem „ instituerit, facile comperiet quantum distent æra lupinis. Conferantur [si placet] Concilii Parisi A. D. „ 829. celebrati lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. 6. 9. 10. 16. 20. 27. 33. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. „ 50. 53. cum cap. 164. & 165. lib. 5. Capitularium, cap. 160. lib. 6. capitibus 166. 167. 168. lib. 5. „ cap. 1. 3. 4. addit. 2. ad 7. capitular. cap. 175. 174. 168. & 169. lib. 5. cap. 6. 11. 12. 13. 14. „ 15. 16. 10. 7. 8. 9. 17. addit. 2. ad 7. librum Concilii Paris. lib. 2. partis 1. cap. 4. & 12. cum „ cap. 2. addit. 2. ad finem lib. 7. capitul. Epistola Episcoporum ad finem lib. 2. partis 1. Concilii „ Paris. & cap. 2. ejusdem partis, cum cap. 22. additionis jam dictæ. Concilii Paris. lib. 2. part. 2. „ cap. 2. 3. 22. 23. 24. 25. 26. 27. cum capp. 18. 17. 23. 24. 25. ejusdem additionis Concilii ejusdem lib. 2. „ part. 2. cap. 8. 9. 14. 17. 18. cum capp. 163. 179. 180. 181. lib. 5. Capitularium Concilii Aquisgran. sub Greg. „ 4. part. 1. cap. 6. 7. 8. cum cap. 171. 172. 173. libri 5. eorundem capit. ejusdem Concilii part. 2. „ cap. 1. 2. 3. 4. cum cap. 21. & 22. additionis 2. ad librum 7. capitul. Concilii Cabilonensis sub „ Leone III. cap. 25. 26. 27. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 42. 43. 47. 48. 49. cum capp. 23. 25. „ 26. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 41. additionis 2. ad lib. 7. eorundem capitul. Offi- „ cit & hoc valde collectioni Benedicti, quod cenosis & supposititiis Isidori Mercatoris fontibus suam „ collectionem consurgaverit, forte ipse auctor. Addit Blondell. pag. 96. & 108. d. 1. De conglutina- „ tione collectionum Ansegisi & Benedicti, hi leguntur in antiquis codicibus versiculi:

Quattuor explicitis Lector venerande libellis,
Qui canonum recitant jura tenenda satis,
Quosque Pater quondam collegit nobilis apte,
Ansegisus ovans, dulcis amore Dei,
Otgario, ita emendo, demum, quem tunc Magontia summum
Pontificem tenuit, precipiente pio.
Post Benedictus ego ternos levita libellos
Adnxi, legis quies recitatus opus.
Quos patet inventos prefatio pandit ut ipsa,
Distinctum titulis subpositisque suis.
Hos igitur relegens devoto pectore biblos,
Gratianus studeas fundere posco preces.
Quatenus eterno donentur munera celo,
Hec pia sanxerunt qui quoque jura pie.

Vide quoque de hoc capitulari, quæ breviter & accurate satis differit Ant. noster Augustinus, de emendi- „ Gratiani, lib. 2. dial. 10. & seq. ubi de ratione ordinis hæc habet: pag. 444. nostre editionis, vel 228. „ edit. Parisiens. Ordinem noli ab eo exposcere, contenti simus ipso collectionis opere, & ut ajunt, quod „ dant,

200. Unde
hausti & col-
lecti libri po-
steriores.

201. Bene-
dictus Levi-
ta quis fuit.

202. Fau-
tor Pontificis
Rom. fuit.

203. Con-
junctio collec-
tionis Ansegis-
si & Benedi-
cti Levitæ.

204. Col-
lectiones ha-
confuse, factæ
& nullo or-
dine.

205. Au-
toritas capi-
tularium.
206. De in-
tegritate capi-
tularium.
207. Quis
Capitularia
primus edide-
rit.
208. Lu-
dovici Pii li-
bri, qui Re-
formatio abu-
sum cleri in-
scribitur.
209. Caro-
li Calvi Ca-
pitulare.
210. Sir-
mondi edi-
tio capitularis
Caroli Calvi.
211. Altar-
um sequenti-
um Regum
Gallie capi-
tula.
212. Ex
quibus libris
collecti & edi-
ti sunt.
213. Dif-
ferentia in-
ter Capitula-
ria Caroli Ma-
gni & Lya-
vici Imp. &
Caroli Calvi.
- dant, accipiamus. Omnia fere sine ulla inscriptione proponuntur, etiam si ex aliis libris intelligamus cu-
jus sint. Et paulo post pag. sequent, hoc de auctoritate jubjungit: „Quia de auctoritate Capitularium
„dubitabas, licet verum sit, hæc fragmenta esse constitutionum trium Imperatorum a privatis homi-
„nibus collecta, tamen ut Benedictus ait, Apostolica auctoritate confirmata sunt. Lege etiam verba
„concilii Meldensis cap. LXXVIII. Ut capitula ecclesiastica a Domno Carolo Magno Imp. nec non &
„Domino Ludovico Pio Aug. promulgata, obnixe observari precipiantur, sicut & legalia observanda esse
„nosecuntur, & cap. LXXX. ad Carolum Calvum Ludovici Pii filium. Capitula patris vestri sine refrac-
„tione de cetero conserventur, ac capitulis vestre religionis ab exiguitatis nostre ministerio oblatis hoc
„diploma, si complacet, adnectatur. Sic multa capita referuntur hujus collectionis in concilio Trosle-
„jano, in Ticinensi, & in Coloniensi iub Carolo tertio. Leonis IV. ex epist. ad Lotharium Aug.
„verba referunt Ivo, & Gratian, liber Cæsaraug. De capitulis vestris, vestrorumque predecessorum irre-
„fragabiliter custodiendis, & conservandis, quanto valuimus, & valemus Christo propicio, & nunc, &
„in ævum conservaturos, modis omnibus profitemur“ . De integritate capitularium, quæ sequuntur, apud eun-
dem Augustin, illa ex iupradictis emendari debent; Multa, pergit, desiderantur, ut notatur in triplici
appendice post librum quarum, & libro VI. post caput CCLXXXVIII. usque ad CCCXXX. & lib. VII.
post caput CDLXXVIII. ad DLVIII. Adjecta sunt postea duabus collectionibus capita XXVIII. & capita
CCXCVI. Ex quo evenit, ut non omnia, que Ivo, & Anselmus, & Deusdedit, & alii collectores in Capitulari-
bus esse referunt, inveniantur. Habuit Augustinus codices mutilos, nec videre editionem Parisensem Pi-
thœi anni 1588, potuit, biennio anteja sublati, in qua Lacuna libri sexti expletæ, & in libro septimo
quædam, quæ bis aut sepius posita erant, sunt sublata, ideoque ite non excurrit ultra numeros supra me-
moratos, cum Augustinus adscribat ei capitula 558. Testatur hoc posterius ipse Pithœus in Præfatione his
verbis; „Nos jam ex pluribus nostris alienisque codicibus plura & integriora edi curavimus, bona saltem
„fide, Tili exemplum judiciumque sequuti, qui nos ex Benedicti modo, sed & ex Ansegisi ipsius
„collectione eadem non temel polita substituerat, similibus tantum quibusdam relictis, numeris etiam
„capitulorum consequenter mutatis. Quod eo monere visum est, ne quis eadem post hac ex iisdem
„aut alijs etiam exemplaribus augere aut supplere conetur frustra“ . Quantæ auctoritatis fuerint Ca-
pitularia in Gallia non tanum ex dictis patet, sed magis patebit, si inspiciantur testimonia illa, quæ
Pithœus suæ editioni præmisit; ita ut Codex ecclesiæ Gallicæ, si non per ea absorptus, saltem valde
obscuratus fuerit. Primus de restituendis Capitularibus superiori sæculo sollicitus fuit Joann. Tilius,
cujus supra facta mentio, verum ille morte sublati perfidere non potuit, pauca folia post obitum e-
jus prodierunt, quibus usi recognitores & emendatores Gratiani. Perfect opus ex pluribus exemplari-
bus Petrus Pithœus, de literis optime meritus, atque facili anterioris anno 88. cum Glossario vo-
cum obscurarum in capitularibus repertarum Lutetiae edidit, quod ibidein recusum est, anno tertio
hujus sæculi. Non præfert quidem editio nomen Pithœi, attamen ex Miræ Bibliotheca Ecclesiastica,
pag. 143. & Præfatione Sirmondi ad Capitula Caroli Calvi scimus eum edidisse, & Præfationem
præmisisse; iub Pithœi quoque nomine citat Justellus istam Præfationem, in fine suæ Præfationis,
quam Codici Canonum Ecclesiæ universæ præmisit, ubi de Capitularibus adserit, omnia in iis fere de-
fumpta esse ex Godice Canonum Ecclesiæ Romanæ & Indori collectione; subdit deinde hæc de Ludovici Pii
libro: *Nescio*, inquit, an inter collectiones Gallicanas Canonum recensendus sit liber Ludovici Pii in con-
cilio Aquisgranensi anno DCCCXVI. celebrato, confirmatus, cuius exemplar habemus Colonie editum an-
no MDXLIX, cum hac inscriptione: Reformationis abulum Cleri formula per Ludovicum cognomen-
to Pium, Romanorum Imperii Imperatorem optimum, Karol Magni filium. Ipseque Ludovicus Im-
perator testatur, in Epistola ad Arnulphum Saltzburgensem Episcopum, que etiam inter constitutiones Im-
periales a V. C. Melchiore Goldasto nuper editas, existat. Miræus in notis ad Sigebertum Gemblacensem
de scriptor. Eccles. cap. 81. Bibliotheca Ecclesiastica pag. 148. Memorat extare & Codicem Carolinum,
a Gretsero in Germania editum, qui nunquam ad manus meas pervenit, neque ejus etiam meminit
alia Gambe in Bibliotheca Jeuitica, in vita & scriptis Gretseri, quæ longa serie enumerat. Hisce
capitulis Caroli Magni & Ludovici Pii accepit aliud capitulare Caroli Calvi, primum Regis Gal-
liae, post mortem Ludovici Secundi, etiam Imperatoris, in qua dignitate paucos annos tantum exigit.
Fuit ille Caroli Magni Nepos, ex Ludovico Pio & Juditha filia Welphi Suevi secunda Ludovici exore.
Hic ad exemplum Avi & Patris rei ecclesiasticæ curam habuit (24), & Avi & Patris capitula, in
conventu apud Garisacum anno DCCCLXXVII. tit. 43. confirmavit: quod caput, quia præbet quoque
illustre testimonium ipsius Caroli Calvi capitulari, subiicitur: *Capitula, que Avus & Pater nosler pro*
statu & munimine sancte Dei Ecclesiæ ac ministrorum ejus & pro pace ac justitia populi & quiete regni
constituerunt, & que nos cum fratribus nostris Regibus & nostris ac eorum fidelibus communiter consti-
tuiimus; sed & que nos consilio & consensu Episcoporum & ceterorum Dei & nostrorum fidelium, pro
scriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus, permanere inconclusa decernimus, si-
militer & a filio nostro inconclusa conservari volumus & mandamus. Edidit hæc, ac digessit capitula in-
ter Jesuitas Doctissimos & magni in literis & antiquitate nominis, Jacobus Sirmondus, cum aliorum
*successorum capitulis, hujus sæculi anno XXIII. Parisis; in qua editione præter Caroli Calvi memo-
rata, habentur Ludovici II. Caroli filii, Carolomanni Regis Ludovici II. filii, Caroli Simplicis Re-
gis capitula, & tum sequuntur Coronationes Caroli Calvi, & Ludovici ejus filii Regum, Judithæ
item filiæ & Hermintrudis conjugis Caroli. Quibus omnibus doctas suas, ut solet, notas adjectit. Col-
legit hæc ex diversis locis & quinque Codicibus manuscriptis antiquis, quorum primi duo, unus ex bi-
bliotheca Jo. Tili, alter ex bibliotheca Thuani, ultra titulum XVI. non progrediebantur; sequentes
vero usque ad XLIII. partim ex Belluacensis, partim ex Landunensis Ecclesiæ libris, partim ex Me-
tensi defumpta sunt. Coronationes vero Regum, quæ capitulis subiiciuntur, ex Monasterii Laurentia-
ni Leodium exemplari solo descripsit. Ipse Sirmondus titulorum numeros & nomina, in longioribus
Manuscriptorum titulis commodioris usus gratia prænotavit. Tituli Capitularum Caroli Calvi sunt
XLIII. Ludovici Balbi III. Carolomanni II. Caroli Simplicis II. Coronationes IV. Illud interest in-
ter Capitularia, quæ edidit Pithœus, & quæ edidit Sirmondus, quod in Ansegisi & Benedicti collectio-
ni-*
- (24) Quamquam de rebus Ecclesiæ curam gesserit consensu præstiterit, satis indicat ipsius Principis
Carolus Calvus, & num id sine Episcoporum consilio, testimonium hic a Maastrichtio relatum. W.

nibus, Regum tantum leges sint nullo fere ordine digestæ, nullaque temporum vel locorum nota distinctæ. In illis quæ Sirmondus edidit, synodi & conventus ipsi regales, in quibus constituta sunt, exhibentur; & quo quicunque conventus anno ac loco, quas ad res, & per quos caeret celebratique sunt, exprimitur. Vide sis Sirmondi *Prefationem Capitulis Caroli Calvi premissam*, a quo etiam disces, constitutum fuisse Pithœo post capitula Caroli Magni & Ludovici edere quoque ea, quæ a sequentibus Regibus profecta sunt. *Capitularia* autem vocantur a capitulis, hæc a capitibus, qua voce norabant leges Regum, ut observat Sirmondus, in *Prefat.* jam laudata: *in Ansegisi*, inquit, *Abbatis & Benedicti Levite Collectionibus*, nude Regum ac mera leges sunt, que *CAPITULA* vocabant; Quod & factum in jure nostro videmus, in l. 28. §. 5. C. de administr. tutorum, quanquam & aliter ibidem capitulum interpretari possimus, nempe pro certo articulo, sententia, punto rei, de qua tractamus & agimus. Dicta autem *Capitula* propter brevitatem, quia concise cardinem, summam, & caput rei proponebant. Apposite Papias: *Capitulum brevis multorum complexio*, sic dictum, quod breviter capiat totam summam, sive quod quasi alterius sententie caput. Item *Catholicon*: *Capitulum primo parvum caput. Secundo ille parvus locus, in quem convenient claustrales. Tertio illa congregatio claustralium. Quarto aliqua distinctio in quolibet libro; unde versus; distinguunt, minuit, locat & collectio fertur; & iterum: Capitula librorum dicta, quod breviter capiant & contineant aliquam sententiam: sive quasi caput & titulus majoris scripti.* Græci etiam in oratione οφελαις vocant, quæ Latini capita & summas. Ilocrates ad *Nicoclem*: οφελαιον δὲ τῶν εἰρημένων *Summa* vero *supradictorum*. Sic quoque *Apostolus ad Hebr. cap. 8. vers. 1.* οφελαιον δὲ ἐπτὸι λεγομένοις, τοιότον ἔχομεν ἀρχιερέα, quod vulgatus vertit: *Capitulum autem super ea que dicuntur*. Beza vero: *Eorum, quæ dicimus, hæc summa est;* adde ejus notas ibid. Eschines contra *Ctesiphonem*: οὐταν οφελαια διὰ βραχέων ἐγώ προεψ. Plinius lib. 2. cap. 12. Hist. nat. effert apposite: *De iis breviter & capitulatim attingam.* Inde & *capitula*, nervosæ summulæ, quæ breviter referunt contenta translationis majoris. Hinc & nostris *capitularibus* nomen esse inditum, probabile est, quia concise exhibent summam ejus, quod constitutum est. *Capitula enim Caroli Magni non sunt integra acta aut totæ leges, sed cardo & medulla seu potius sententia legis, paucis verbis expressa;* ideo *capitula* distinguntur ab ipsis integris actis. Alii *capitula dicta volunt*, quia in *capitulis*, id est locis ubi Ecclesiastici conveniunt, a *capitularibus* constituuntur. Alii *capitularia, capitulares libros dictos volunt*, quia libri illi multa capita complectuntur. Ita forte *Glossa in authent. Cassa. C. de Sacro. Eccles. Capitularia interpretatur libros statutorum*; quod sequitur *Gothofred. ibid. Audi Anton. Augustinum, de emendat. Gratian. lib. 2. dial. 11. pag. nostræ editionis 451.* C. Latinam ne vocem, an barbaram esse dicemus *Capitulare*: sive *Capitularia*? A. An non recte deducitur a *capite capitale* crimen, & *capitalis homo*. C. Recte. A. Sic igitur a *capitulo capitularis*, & *capitulare pro capitularis*, quod ineptum esset; sic etiam a *seculo secularis*, ab *angulo angularis* dicitur. C. Quis ex veteribus Latinis hac voce usus est? A. Non omnium veterum libros habemus: ex illis deperditis existima hanc erutam vocem fuisse. *Acta capituli multi capitularia dicunt, & syndicum capituli capitularem: non ineptissimum id quidem videtur.* C. Qui *librum capitulare* dicunt, quod *capituli* sit, minus peccare videntur: quam qui ideo *volumen capitulare* disunt, quod in multa dividatur *capitula*, & quasi *collectio* sit multorum *capitulorum*. A. Non igitur de voce ipsa querendum fuit, an esset Latina, sed de usu vocis in hac notione? Et quidem a barbaris inductam esse arbitror Caroli, & Ansegili, & Theodulfi temporibus. Sed ut ad *Gratianum* redeamus: is hac voce usus est *causa XI. cap. XXXVIII.* Nam post duas constitutiones relatas sic ait: *Hec si quis antiquata contendat, quia in Justiniani Codice non inveniuntur ita inserta: per Carolum renovata cognoscet, qui in suis Capitularibus ait inter cetera. Volumus, atque precipimus. &c.* Sic etiam *Anselmus inscripsit, In Capitularibus Caroli Imperatoris*. Fallitur Anton. Augustinus, qui vocem inventam putat Caroli Magni, Ansegili & Theodulfi temporibus, qui vixerunt *seculo nono*; nam *seculo octavo* ineunte occurrit *Capitulare Gregorii secundi*, qui anno 714, ad *Episcopatum Romanum* elevatus est. De eo hæc habet *Ludovicus Jacob. a S. Carolo, in Biblioteca Pontif. lib. 1. pag. 88. Capitulare Gregorii II. datum Martiniano Episcopo, Georgio Presbytero &c. in Bavariam ablegatis, legitur etiam tomo 5. Concil. Binii, ex Codice M. S. membranaceo vetustissimo Monasterii Veingarcensis, & ab Eruditissimo Marco Velsero Duumviro Augustano communicato. Extat M. S. in Biblioteca Bodleiana, ut ex librorum indice edito, colligo. In quo & ego illud observo. Est itaque antiquior Carelio Magno ista denominatio; superioribus enim temporibus & apud Græcos & Latinos οφελαις & capita, ut jam probatum, designabant summulas, sententias, concisa dicta, & aliorum longius dictorum compendia; sæpe occurrit vox apud Ciceronem, sed alia atque alia significacione. Item adhibitæ voces *capitis & capituli* in distinctionibus librorum, quod in Gellio, aliisque observamus. Sed diu satis nos *capitula & capitularia* detinuerunt, alii nos vocant *collectores*, aliae *collectiones*; hoc tamen adhuc de *Capitulari* Caroli Magni & *Collectione Benedicti addendum*, eum *capitula* collegisse mandato & instinctu *Otgarii* (qui & *Odogrius & Audegarius* vocatur) *Archiepiscopi Moguntiai*, qui ab an. 826. vel 827. usque ad 847. in *Archiepiscopatu Moguntino* sedet; de quo *Serrarius in rerum Moguntinar. lib. 4. pag. m. 620.* Colligo hoc ex versibus istis supr. n. 203. de conjunctione collectionis Ansegili & Benedicti Levitæ positis; quorum hic reddenda ratio emendatorum. Leguntur vulgo sine sensu:*

*Quosque Pater quondam, collegit nobilis apte
Ansegisus ovans, ductus amore Dei.
Aut cario demum, quem tunc Maguntia summum
Pontificem tenuit, precipiente pio.*

Illa aut cario, sunt nullius momenti, & relicta a Pithœo, qui antiquam scripturam in prima editione (secundam enim non vidi) non satis percepit, aut examinavit, itaque restitui veram, de quo nullos dubito lectionem

Otgario demum, quem tum Maguntia &c.

Cui emendationi tempus concinit, vixerant enim eodem tempore Benedictus & Otgarius *seculo nono*, Tom. III.

214. Quare
*Capitularia &
Capitula* 20
centur.

215. Φίλαικα.

216. Capi-
tulare Gregorii
secundi Pape.

217. Bene-
dictus capitula
Caroli collegit
instinctu Ot-
garii.

Saltem usque ad annum quadragesimum septimum. Deinde ex Præfatione Benedicti Levitæ, supra recitata scimus, Ricalphum & Ogarium, (qui ibidem, quod magis adhuc ad veterem scripturam accedit, *Auctarius vocatur*) studioius fuisse in colligendis istiusmodi Legibus & Capitulis ecclesiasticis. Vidi postea ita legisse & edidisse Doctri. Blondelli, in *Prolegum. ad Pseudo-Isidorum cap. 5. pag. 25.* Errat Baronius ad Ann. 835. §. 38. qui ex Concilii Meldensis cap. 78. colligit exigente concilio Benedictum Levitam collegisse & digestisse posteriores tres libros Capitularium. Quia roget, servari precepit, neque nova deberi promulgari, verum, *promulgata* legis vim habere postulat. Convincitur Baronius affectum etiam ex antedictis, in quibus patet ex confessione ipsius Benedicti; se Ogaro precipiente, suam collectionem adornasse; illud quoque ex Pithœi præfatione observavimus, capitularia antiqua non habuisse titulum. Qui in Pithœi editione est, illum Joann. Tilius, ex non adeo vetusto codice editioni sua imperfecte præfixit, quem etiam Pithœus retinuit. Non est animus contra Baronium multis hic excurrens, an capitula hæc Imperatorum & Regum Galliarum, quod ille vult, cum consensu & approbatione summi Pontificis scripta & promulgata sint, hoc enim ad historiam, quam teximus, nil facit. Negant id Galli in hodiernum usque diem. Dicit quidem Benedictus Levita in Præfatione sua fuisse auctoritate Apostolica (sic tum temporis fides Romana vocabatur) firmata, sed & absque ista auctoritate valuerint. Verum hoc ideo Benedictus Levita, sed Romanæ addictus, ut supra quoque monitum, sua Præfationi inferuit, ut & ex hoc capite capitulis alibi auctoritatem conciliaret; deinde etiam observandum hac in re faciliorum fuisse Ludovicum Pium, sub quo vixit Benedictus, quam Carolum ejus Patrem. Sed ut dixi, hæc sunt alterius loci. Habet multa hoc facientia Nobilissimus Mornæus in *Mysterio iniquitatis*, quod Baronio opposuit, quæ legisse non pœnitentebit [25].

218. Anti-
qua capitularia
M. S. carent
título, & unde iuris bo-
dierunt.

219. Baro-
nus capitularia
confessu
& auctoritate
Pontificum pro-
diisse multis
conatur adse-
re.

220. Isido-
ri Mercatoris
collectione.

221. Elo-
gium e Blon-
dello.

222. Quid
supponerit.

Hoc eodem tempore, nempe saeculo nono incipiente, in lucem prodit Collectio Impostoris nequissimi, qui se Isidori nomine tegere ausus fuit. De quo verissimum est elogium Magni Blondelli: *Ere-*
pst, inquit, ante annos 800. e solo Iberico, lumbricus nescio quis Isidori Hispanensis larva tectus, qui
vilissimas fæces, pretiosissimis antiquorum urbis Episcoporum titulis appositis, sempiterne gloriae, (si di-
divina providentia pateretur) commendaret, octo propemodum seculorum decurrat ordo, tantisper dum Latini-
norum omnium patientia abuteretur, excæcatique orbis oculum suis sublineret officis, ingenio hebes, vita
turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia, super quam dici potest, freatus, projecte ne-
quissime rabula; & postea, vocat, nebulonem perditissimum eorum omnium, qui scientiam ex conscientie pu-
ritate affimant, cauterio inustum; & ejus collectionem, mendaciorum mercem. Collegit Impostor ille vel
potius supponuit Pontificibus Romanis primis a Clemente usque ad Siricium epistolas Decretales; cum
vel unica compilatio Dionysii, primi Decretalium & seduli conquistoris, demonstrat, ultra Siricij
tempora eum nullas invenisse ab Episcopis Romanis scriptas. Simile audacia exemplum in omni anti-
quitate reperiri non memini; posset quidem comparari cum hoc nebulone, Joannes Annus Viter-
biensis Monachus, qui Berofo libros quinque antiquatum, Manethoni supplementorum ad Berosum
librum unum, Xenophonti Äquivoca, Fabio Pictori de aureo saeculo & origine urbis Romæ libros duos,
Myrsilo Lesbia de bello pelasgico librum, M. Catoni fragmenta de originibus, Archilochi librum de
temporibus, Antonino Pio Cesari Augusto itinerarium, C. Sempronio de divisione Italiae librum, Ma-
taftbani [Megastbeai volebat dicere] de judicio temporum & annalium Persarum librum, Philoni
Breviarium de temporibus supposuit, & sapposita commentaris illustravit; vide sis de hac fraude præ
multis aliis Amicuum nostrum Clariss. & Consultiss. Da. Vincent. Placcium, JC. in Notis ad Joann.
Rhodii auctores suppositios, quos premisit Syntagmati nuper edito de Scriptoribus anonymis & pseudony-
mis, pag. 12. & seqq. & multos ab eo ibidem citatos. Sed quanto periculiosus est errare in sacris,
quam in profanis; ita multo gravior in iis quoque est impostura & suppositio. Quare & multis para-
fangis Isidori illius suppositiæ fraudulentia præcellit illam Annii Viterbiensis, quia ejus fraus tantum
circa historiam, Isidori vero circa religionem, illius circa ethnicas, hujus vero circa Christianas res
occupata est. Epistolas autem decretales, ut vocant, supposuit nebuloso ille sequentibus Episcopis Ro-
manis. Clementi quinque; Aniceto tres; Evaristo duas; Alexandro tres; Sixto duas; Telephoro unam;
Hygino duas; Pio quatuor; Aniceto unam; Soteri duas; Eleutherio unam; Victori duas; Zephirino duas;
Callisto duas; Urbano unam; Pontiano duas; Antero unam; Fabiano tres; Cornelio duas; Lucio unam;
Stephano duas; Dionysio duas; Felici tres; Entychiana duas; Cajo unam; Marcellino duas; Marcello
duas; Eusebio tres; Melchiadi Epistolam unam, de primitiva Ecclesia, & Munificentia Constantini
Magni Imperatoris erga eandem, dein quoque decretalem Epistolam unam. Synodo Nicæna Epistolam
ad Sylvestrem Papam, & Sylvestri rescriptum ad eam; Ägyptiis ad Marcum Papam Epistolam, &
Marco responsoriæ ad eandem; Julio Epistolam unam; Orientalibus ad Julium unam, & Julio re-
sponsionem; Libero Epistolam XII. Athanasio & Episcopis Ägypti Epistolam ad Liberum, & Li-
berio responsoriæ ad eam Epistolam. Athanasio & Ägyptiis ad Felicem secundum Epistolam, & Fe-
lici secundo responsoriæ, deinde eidem alteram quoque supposuit; Damaso Pontifici Epistolam tertiam
ad Hieronymum, & Hieronymo rescriptionem; Africano concilio epistolam ad Damasum, Damaso
responsoriæ, quartam epistolam, eidem quintam de Choropiscopis, & septimam ad Episcopos Italie.
Aurelio Carthaginensi Episcopo ad Damasum, & Damaso rescriptum; Siricio Papæ quartam Epistolam;
Anastasio Papæ duas; Sexto III. Epistolam tertiam; Leoni epistolam LXXXVIII. Joanni primo Epi-
stolas duas; Felici quarto Epistolas duas; Bonifacio secundo, epistolam unam; Justino & Justiniano ex-
emplar precum; Joanni secundo Epistolam unam; Agapeta Epistolam quintam; Silveria epistolam
unam; Amatori Epistolam ad Silverium, & Silverio responsoriæ ad eam, quæ est epistola secunda;
Pelagio primo epistolam unam; Joanni tertio epistolam unam; Benedicto primo Epistolam decretalem;
Pelagio secundo epistolam primam, secundam, octavam, nonam; Gregorio Magno privilegium Medardi
Monasterio collatum; Felici Siciliae Episcopo Epistolam ad Gregorium Magnum; Gregorioque Magno re-
scriptionem, quæ est lib. XII. epistol. 32. Deus dedit Papæ Epistolam unam (26). Hæ sunt merces

Im-

(25) Quanti sit facienda momenti auctoritas Moræ, quove spiritu hic hæreticus dum adversus Baronium scribepat, raperetur, sat Parisiensis facultatis in eum edita censura in nota (8) præcedenti proposita demonstrat. W.

[26] De suppositis ab Isidoro Mercatore Decretalibus Romanæ Ecclesiæ Presulibus Van-Espen in tertia part. Commentarii in Jus novum canonicum sect. 1. Dissert. 1. consulatur. W.

Impostoris, quas supposuit, & orbi pro genuinis veterum urbis Episcoporum epistolis impudenter obtrusit: quæ sunt quas, defendunt, collegisse Isidorum Hispalensem Episcopum; inter quos est Possevinus in apparat. sacr. parum tamen sibi constans, imo contrarius, utpote qui in verbo *Isidorus Hisp.* eum facit auctorem. In verbo *Burchardus*, contrariam sententiam tuerit, eos nempe errare, qui hanc (compilatorum canonum) laudem *S. Isidori Hispalensi* tribuunt. Nititur primo Possevinus hoc futili argumento, quod multa verba, quæ in *Præfatione collectionis* hujus leguntur, extant in libro quinto etymologiarum *Isidori Hispalensi*. Quod argumentum fortius stringit pro contraria sententia, nisi velimus dicere Isidorum Hispalensem Hominem Doctum esse inanem blateronem, qui sine necessitate recetam crambem bis lectoribus apponat. Tum etiam constat, libros etymologiarum non esse editos ab ipso Isidoro, sed a Braulione post mortem Isidori, teste Ildephonso, ad finem libri *Isidori de Viris illustribus*, & Braulione in Catalogo operum ipsius Isidori, qui ambo cum Isidoro vixerunt. Idem quoque colligi potest ex ipsius Isidori Epistola ad Braulionem, quæ libris originum est præfixa. Cum itaque post mortem demum Isidori editi sint libri etymologiarum, qui eos descripsit, id necessario debet post mortem ejus fecisse. Alterum argumentum Possevini adhuc futilius est: quod non solum per antiqus sit hic *Isidorus*, qui Mercator dicitur, cuius collectio protenditur a canonibus Apostolorum usque ad concilium Hispalense secundum, habeturque in duobus codicibus Vaticanae Bibliotheca, & uno Monasterii Dominicanii S. Mariæ supra Minervam; verum etiam quod eidem ipsi concilio Hispalensi interfuit, ac primas tenuit. Præter enim illud, quod nulla vis concludens Logica huic argumento insit, illud per absurdum imo impossibile est; quod collector ille Pseud-Isidorus, cum dicatur ad secundæ synodi Hispalensis tempora perduxisse collectionem, tamen faciat mentionem Gregorii secundi & tertii, item Zachariæ Pontificum Romanorum, eorumque epistolas laudet, qui omnes post annum DCC. post synodum Hispalensem secundam, & diu post mortem Isidori Hispalensis Episcopi vixerunt, utpote, quem qui longissime vitam ejus protendant, mortuum dicunt anno 647. ut *Vatæus in Chronic.* vel anno 643. ut *Rodericus Toletanus lib. 2. Histor. c. 18.* vel anno 635. ut officium sanctorum Hispaniæ, quod sequitur Andr. Schottus, cuius est anonymous edita Bibliotheca Hispaniæ, tom. 2. class. 1. pag. 183. vel anno 636. quæ verior est sententia, Æra nimirum 674. Cinthila regnum ineunte, Heraclii Augusti anno 26. ut Redemptus Diaconus de *Obitu Isidori*, testis oculatus & Braulio, Ecclesiae Cæsaрагustanae Episcopus, in catalogo operum Isidori Lucas Tudensis antistes lib. 3. Chron. & alii multi; Quod & probat Magnus Blondellus in *Pseudisidori prolegomenis*, cap. 2. In quo tractatu tam plene hunc Isidorum ejusque commenta, item Fr. Turrianus hominis, ad propugnanda apocrypha nati, apologiam pro istis decretalibus, seu potius nugis, refutavit, ut vix aliquid addi possit. De quo verissimum est elogium, quod ei scripsit Joann. Dalæus, de *Pseudepigraphis Apostolicis*, lib. 3. cap. 5. pag. 476. Itaque, sunt verba ejus, nibil ad *Gelasium* quicquid bonus ille *Zephyrinus in straminea sua epistola delirat*. Quocunque vero pro ea constituenda in hoc ipso opere attulit Turrianus, ea accurate dissolvit Doctissimus Blondellus noster; ipsamque & ceteras ejusdem commatis priorum urbis presulum ad Siricium usque Latinas epistolas, ita plane, liquidoque demonstravit post a. D. 800. a nequissimo & imperitissimo Impostore fuisse confitcas; ut ne ex ipsis quidem adversariis quisquam in eum totis his viginti annis, a quo scilicet ipsius liber lucem vidit, pro epistolis certator surrexerit: & postea pag. 493. Neque nos necesse est in confodiendis istis Decretalibus immorari; quas eruditissimus Blondellus noster proprio ac singulari opere copiosissime atque accuratissime impugnavit, ac profligavit, sigillatim confutatis its omnibus, que pro illis Turrianus totis quatuor verbosissimis libris attulerat; clarissimeque ostendit, eas omnes epistolas ex ejusdem *Impostoris officina circa noni sæculi initia produisse*. Tertium, quo pugnat Possevinus, argumentum est, Quod constans ferme fama per omnia tempora percrebuerit, auctorem collectionis ejus fuisse Isidorum Hispalensem. Hincmarus Rhemensis Archiep. in libro de *synodis*, Joann. Gerson, Trithemius testentur ab eodem Isidoro Librum *Decretorum* fuisse conscriptum: Quartum vero argumentum dicit inde, quod expurgatores atque emendatores *Decreti ac Decretalium Gregorii decimi tertii Pont.* Maximi iussu editarum, in hanc ipsum videntur sat liquido propendere sententiam, sicuti initio ante corpus decreti significarunt, quamobrem & Collector five Compilator, est dictus. Quibus addere poterat Possevinus Pighium Hierarch. Eccles. lib. 6. c. 6. Coccum *Thesauri Cathol.* tom. 1. lib. 7. art. 6. Bellarminum de *Roman. Pont. lib. 2. cap. 14.* Turrianum pro *Stramineis illis & supposititiis, epistolis lib. 5. cap. 23.* Pamelium, in *Tertullian. de pudic. sap. 1.* si plus recentibus novisque testibus deferre & iis pugnare voluisset; quam ab oculatis Braulione & Ildephonso, qui cum ipso Isidoro vixerunt, ejusque operum catalogos reliquerunt, veritatem petere; qui nullibi collectionem hanc, aut ullam aliam ei adscribunt. Ex quibus affatim appetet, non fuisse hujus collectionis auctorem Isidorum Hispalensem antistitem, sed alium esse ab eo diversum, qui vel idem cum eo nomen habuit, vel ejus nomen per fraudem & falsi crimen adsumpsit & cognomine distinguitur; est autem illud in quibusdam libris, *Peccatoris*, quod ex facto in eum quadrat; vel ut alii libri manuscripti ferunt, *Mercatoris*; vid. Baron. ad *Martyrol. 4. Aprilis*; & Ant. Augst. lib. 1. de *enend. Grat. dial. 6. pag. 101.* & 102. nostra editionis. Prius illud adsumere potuisse conciit Blondillus, quia saepius exquisitis phrasibus peccata deploravisse poenitentem Isidorum Hispalensem, cuius nomine se tegere voluit, compererat; vel quia alios id ex modestia epitheton in subscriptionibus suis addidisse legerat. Sic in concilio sexto *Toletano Silva*; in septimo *Bascoius*, *Gotomarus*, *Farus*, *Sona*; duodecimo *Julianus & Liuba*, alii in aliis subscripterunt, quos forte imitari voluit; & quid ni nunc retineret homo peccator, qui tam multa peccavit, fixit, mentitus est, & alios decepit; cui ludus fuit Dei & hominum patientiam tentare? Mercatoris vero denominatio, unde proficiuntur, in obscuro est; fatente ipso Blondello; subnectit tamen, l. c. Quidni Mercator dicatur, qui tot scorias conquisivit, quas specioso titulorum augustiorum velamine circunctas Christianis venales obtruderet, & callidiorum quos prisca tulit etas furum vota nuncupare e re sua duxisse videtur, Sancta Laverna, da mihi fallere, da Sanctum justumque videri? Creditum fuit Hispanum fuisse & ex Hispania allatas has merces, quia Hispani Antistitis nomen habuit, vel adsumpsit. Sed hoc displicet Clarissimo Blondello, primum quia isto sæculo, nempe Caroli Magni Hispani durissimo barbarorum jugo pressi, si non oppressi fuerunt, ita ut de supponendis Canonibus, & Decretalibus non, sed magis de vita & quali quali cura Ecclesie atque exercitio religionis solliciti fuerint; Deinde, quia parce nimis Hispania ejusque Provinciarum meminit, aut paucissimas decretales ad Hispanicas provincias commentus est, cum tamen plurimas ad Gallos Italosque dictatas mentiatur. Bis meminit tantum Hispaniæ,

224. Isidorus Hispalensis, ut a quibusdam dicitur, non est auctor hujus suppositionis.

225. Vacatur hic Isidorus Peccator vel Mercator in aliquibus libris.

226. Cuius fuerit supposito illa.

nempe Pseudo-Sixtus I. in Ep. 2. & Pseudo-Melchiades; bis Beticeæ, Pseudo-Anterus scilicet, & Pseudo-Eutychianus epist. 1. semel Cordubensis provinciæ, Pseudo-Dionysius nempe epist. 2. quod non credendum fecisse Hispanum, etiam de patriæ gloria ex Pseudepigraphis scriptoribus paranda sollicitus. Tertio, quia in turbulentia harum epistolarum congerie, multi Gallo Francorum & Longobardorum Idiotismi leguntur, Hispanorum vero, quales ex Eterii & Eulogii scriptis annotari possunt, a curiosis nulli. Coniicit itaque eum fuisse Germano Francum, vel Gallo Francum, idque primum ob sermonis barbari, & Idiotismorum affinitatem, quam habet cum scriptoribus temporum Caroli Magni, Stephani scilicet tertii & quarti, Adriani primi, Leonis tertii & successorum epistolis, Anastasi Bibliothecarii scriptis, Germano-Francicis sub Pipino, Carolo & Ludovico Pio congregatis conciliis, & Capitularibus Caroli M. & Ludovici Pii, & Caroli Calvi libris. Deinde si spurcissimi sermonis virtus abessent, abfurdistima illa commenta imperitissimum historiæ politiæque non modo primitivæ Ecclesiæ, sed etiam veteris Romanorum reipublicæ nebulonem produnt, non excedere eum Caroli Magni æatem. In hunc censum refer priscorum Magistratum conficta nomina. *Archiflamines, Primiflamines, primates legis seculi, primos legis, seculi Doctores.* vide sis Pseudo-Clementis Epist. 1. Item, *Primates, Archiepiscopos: Patriarchas etiam universales* in Ecclesia ante seculum quartum ignotos; Huc quoque refer *appellations* ex toto orbe ad Romanum Episcopum. Huc paradoxa vix opinabilia. *Non licere populis, immo nulli fas esse Episcopos accusare; Concilia hec sola rata esse, que Antistes Romanus rata habuerit; Licere quidem Metropolis Episcoporum causas audire, at solius Papæ esse sententiam definitivam pronunciare.* Tertio, quoque videtur de patria conjectura duci posse, quod cum quinque Epistolas ad Hispanos tantum, ad Italos & Campanos octo, ad Ægyptios tres, ad Afros & Maulos duas, ad Orientales quinque, ad Gallos Germanosque decem fixerit; ut exinde Galliam Veteribus urbis Episcopis charani forte ostenderet. Quartum argumentum Blondellus pro patria hujus nebulonis dicit, quod maleferiatus Impostor inter alia plurima, post annum 700. edita scripta, Bonifacii Moguntini Epistolam ad Ethibaldum Regem, post annum Domini 744. datam, & Cangith Abbatissæ Epist. aliam post annum 720. ad eundem Bonifacium scriptam deflorarit. Quæ familiares epistolæ vix eo seculo in Hispanorum, tam longe Moguntia dissitorum, nullum commercium cum iis habentium & vix animas trahentium manus venire Germano vero Franci eas habere poterant, quia inter eos Bonifacius ab anno 719. usque 754. vixit. Quintum pro hac sententia adducit, quod primi omnium Moguntini, epistolarum harum Romanis Pontificibus suppositarum collectionem in medium protraxerint, & per totum orbem disseminaverint. Quod probat Praefatio Benedicti Levitæ, quam supra num. 196. retulimus, verba autem hoc facientia, pag. 212. linea nona & sequentibus inveniuntur. Aliud hujus rei testimonium anonymi exhibuimus numero marg. 201. Quibus tertium adjungo ex Hincmari Rhemensis Archiepiscopi libro, adversus Hincmarum Laudunensem post annum 870. scripto cap. 24. hoc nimurum: *Quia forte putasti neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas preter te habere, & idcirco talia libere te existimasti colligere, res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra: Sicut & de libro collectarum Epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania alatum Ricalphus Moguntinus Episcopus, in hujusmodi, sicut & in capitulis Regis studiosus [alii monent in M. S. curiosus legi] obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit. Ex quibus testimoniosis Blondellus concludit ex scrinis præfulum Moguntinorum promanasse primum & disseminatas esse hasce suppositicias merces primorum urbis Episcoporum; sive Ricalphi, qui anno 786. vel 787. ad Episcopatum venit, & obiit anno 814. vel 815. vid. Serrarii Histor. rer. Mogunt. lib. 4. pag. 613. & seqq. sive, quod magis adhuc probat, aliorum, qui Ricalpho supervixerunt arte conquisitas fuisse. Non obstante Hincmari testimonio, qui creditur sub Ricalpho innotuisse, & eum ex Hispanis allatas, in vulgo sparisse. Quia adhuc argumenta, quæ suadeant Ricalpho vel integrum Pseudoli Mercatoris collectionem vel saltem epistolas aliquot, quales nunc habemus, incognitas fuisse. Argumenta hæc ipsius Blondelli verbis proferemus. Ita ille, loc. cit. cap. 5. pag. 22. Porro ne quis vel Pseudo-Isidorianus, næ compilationis, vel Epistolarum omnium, quas hodie farrago illa complectitur, sive auctorem, sive collectorem Ricalphum fuisse suspicetur, quod post Hincmarum alii crediderunt; clarissimo, & quod arte nulla eludi queat argumento, fieri id non posse probamus: Quod scilicet, cum absurditate non careat Ricalphum anno Domini 814. vita functum, Centones ex scriptis totis quatuordecim annis post editis consarcinatos, vel farcivisse vel novisse Epistolas quasdam, verbi causa, Pseudo-Urbani & Pseudo-Joannis 3. in quibus Concilii Parisiis sub Ludovico Pio A. D. 829. coaeti, sententiae ad verbum leguntur; vel penitus, vel quales hodie sunt, ignotas Ricalpho fuisse nemo jure dubitare possit. Et quibusdam interjectis: „Id etiam obiter moneo, de secunda Pseudo-Joannis primi Epistola dici posse, eandem ejus ac epistolarum Pseudo-Urbani & Pseudo-Joannis tertii rationem esse debere, quandoquidem in ea notari possunt imitationes quadam phraseon, quibus usus est Jonas Aurelianensis in epistola ad Carolum Calvum, quem regnare coepisse anno ** a Ricalphi obitu 25. nemo negaverit: idem forte in aliis Epistolis alii observaturi sunt.“ Ex quibus cum pateat, post obitum Ricalphi oportere factam esse collectionem Pseudo-Isidorianam, (nisi velimus dicere, quod sœpe in ejusmodi collectionibus factum videmus, eum tempore crevise & auctam esse) suspicio maxima cadit in Benedictum Levitam, de quo supra dictum, eum tres Capitularis Caroli & Ludovici Impp. libros posteriores collegisse; is enim primus epistolas fecit, & sine mentione titulorum in Capitulare Caroli M. & Ludovici Pii locavit; vid. Capitular. lib. 6. cap. 119. Accedit huic styli identitas in Epistolis suppositiis, & tribus posterioribus capitularium libris, item similis phrasium sordities periodorum inconcinnia constructio; tum etiam, quod isto tempore Eulogii Frater Isidorus ex Hispania, conditione viræ Mercator, exul inter Germano-Francos; & quidem Moguntiaci habitaverit, ex qua urbe prima disseminatio, si non etiam in ea fabricatio epistolarum facta; cuius vel nomine abuti eo infcio vel volente Benedictus potuit, quæ late exequitur, & conjecturam hanc illustrat Blondellus in sœpe laudatis Prolegum. cap. 6. pag. 28. & seqq. quam tamen Lectoris arbitrio permititur, ut quantum ei tribuendum sit, judicet. Quiquis sit tandem Auctor epistolarum, illas suppositas esse non tantum multa argumenta, verum etiam testes evincunt. Recte centuriatores Magdeburgi.*

227. Benedictus Levita suspectus de suppositiis vel collectis epistolis.

228. Argumenta contra Epistolas, easque suppositas evincientia.

* Annus Domini 829. est 15. a Ricalphi obitu, & 3. ab Aistulphi, qui Ricalpho successi dormitione.

** A. D. 839. obiit enim Ludovicus Pius 12. Kal. Julii hoc anno.

burgenses cent. 2. cap. 7. *Materias*, inquiunt, *verum, quas temporis status requirebat, cetera controversiam, arguere, non esse epistolarum autores Romanos illos primos Episcopos, cum de rebus & statu eorum temporum, ne unum quidem verbum habeant: nil de persecutionibus, nil de periculis Ecclesie, nihil de doctrina, de officio Episcopali, de cura gregis, de consolatione Martyrum, de refutatione hereticorum &c. dicant, & si quid adferant, id cum controversis & rebus saeculi hujus secundi non congruat, veluti, quæstio isthec: an filius sit major patre, an filius solus habeat immortalitatem? que ARII tempore agitata est, non vero saeculo secundo. Quæ frustra conatur eludere Turrianus harum quisquiliarum defensor, de quo verissimum est Jo. Rainoldi Angli Doctissimi judicium, tom. 1. *Apochyphor. Franciscus Turrianus Jesuita quinque libris scriptis probare conatur, has epistolas esse scriptas ab Episcopis istis; sed ita impudenter, ut nullum credam opus unquam esse scriptum, quod potuerit Jesuiticæ impudentie insignius esse & loculentius documentum. Deinde Coasulum in fine epistolarum falsa & erronea consignatio, magnum suppositi partus argumentum præbet, ut Baronio non plures quam decem cum vera consulum annotatione, aut saltem quam ille sequitur, converuant; vid. eum ad annum 69. §. 35. & seqq. An. 80. §. 3. A. 103. §. 2. A. 121. §. 1. A. 142. §. 3. A. 158. §. 1. A. 167. §. 1. A. 175. §. 2. & ad alios quoque sequentium Pontificum annos, quibus supponuntur epistolæ. Cujus causam couert Annalium Pater, quod mendosissimam libri Pontificalis chroalogiam ubique ferre fecutus fuerit suppositor itarum epistolarum. Tertio usus vulgata versionis tempus, quod ætatem Hieronymi sequitur, evincit. Quarto in omnibus epistolis idem elucet stylus, ex quo certo concludeadum, non diversis temporibus, & quo quisque præsumit vixit, sed uno eodemque quisquilius has scriptas esse. Eadem quinto ubique barbaries, quæ nonum saeculum redolet, observari potest. Specimen præbeant hi flosculi. Episcopi sunt obediendi, non detrahendi, sunt portandi & amandi. Pseudo-Evarist. Epist. 2. *Nocere aliquem*. Pseudo-Victor. in Epist. *Loqui*, Pseudo-Callist. Epist. 2. *Tueri*, Pseudo-Sixtus I. Epist. 2. *Persequi passive posta*, Pseudo-Alexandr. Epist. 2. *Malis alicujus particeps effici*, iterum Pseudo-Alexandr. Epist. 3. *Continentia literarum paternas disciplinas injuriare*, Pseudo-Marcellin. Ep. 2. *Charitative*, Pseudo-Stephanus. Ep. 2. *Potestate*, Pseudo-Felix Ep. 1. *Rigorosus*, item se cavere, Pseudo-Euseb. Epist. 1. Sexto ubique se prodit Impostor, quod alias autores defloret, qui saeculis aliquot, post eos vixerunt, quibus ipse Epistolas supposuit; Istiusmodi Antichronismata Blondellus in omnibus epistolis observat, *In prolegomenis Pseudo-Isidori cap. 13.* quod unicum sufficit ad extorquendam etiam ab invitis sententiam, esse cunctas istas merces spurias Mercatoris. Nos, quia per omnes ire non possumus, unum tantum aut alterum exemplum recensebimus. Clemens Romanus sedisse dicitur ab anno Domini 93. ad annum 103. In Epistola prima ei supposita, legantur verba versionis Bibliorum per Hieronymum correctæ post. A. D. 372. loci aliquot Recognitionum per Ruffinum post annum 386. latine redditarum; apostrophe Cyrilli Alexandrini adversus Theodorum Mopsuest. A. D. 435. disputantis; Sententia e concilio Romano quinto sub Symmacho Papa congregato A. D. 503. perita; Caput quartum regulæ a Benedicto post A. D. 474. quo eremum adiit scriptæ; Initium expositionis symboli per Venantium Fortunatum circa A. D. 530. elucubrata; Flosculi e Gregorii Moralibus in Jobum A. D. 591. editis, & ex Isidori Hispanensis sententiis post annum 600. collectis, excerpti. Hujus epistola quidem mentio & verso antiqua Ruffini extat, verum Impostor ille Decretalium ei appendicem adfixxit. Aliud exemplum ab Anacleto mutuo sumemus. Hic ab A. Domini 103. ad 112. in Episcopatu Romano fuisse fertur. Huic epistola supposita prima, Damasi ad Episcopos Ilirici epistolam A. D. 369. datam; Ambrosiani de dignitate hominis libelli caput 33. Concilii terii Carthaginensis A. D. 397. coacti caput 9. Versionem Bibliorum vulgavam & Psalterii versionem ex Hebreo Hieronymo Auctore circa A. D. 380. editam; Pseudo-Clementis epistolam primam Ruffino interprete circa Annum Dom. 380. Innocentii Epistolam secundam A. D. 494. scriptam; Leonis Ep. paulo ante A. D. 456. datam; Ennodii, quem ab anno 490. ad 521. floruisse constat, dictiones 8. 9. & 11. lib. 2. Epist. 14. 19. 22. lib. 4. Epist. 4. 8. 9. 19. 24. Aniani interpretationes editas A. D. 506. Histori tripartitam circa annum D. 545. collectam. Cangith Abbatissæ Epistolam ad Bonifacium An. D. 721. scriptam; Bonifacii Moguntini Epistolam ad Ethibaldum Regem A. D. 745. datam, deflorat. Sic porro, per omnes Epistolas demonstrat Solertissimus Blondellus fontes, unde sumptae & αντηχοριστae, quibus catene epistola. His addere possumus septimo & illud argumentum, quod nemo veterum ex epistolis muruatus sit sententias, & in sua scripta transtulerit, aut se transtulisse confiteatur, aut autores citet harum epistolarum; quod certe non omissuri fuissent Patres religiosi alias veterum laudatores, si extitissent, aut si earum testimonio nisi fuissent. Quod argumentum urgent quoque Centuriatores Magdeburgenses; centur. 2. cap. 7. *Auctoritate*, inquiunt, *Eusebii, Hieronymi, aliorumque saeculum excusari vteres urbis Antislites, ne Epistolarum, quibus apposita sunt ipsorum nomina autores censeantur.* Nec tantum illorum nominatorum, sed omni auctoritate usque ad ann. 830. destituuntur; ad hoc enim usque tempus miseri illi Præsules, & præstantissima hæc cimelia delituerunt; postea vero ab Anselmo abbate, forte eorum parente, aut collectore saltem obstetricio, Burchardo, Anselmo Lucensi, Ivone, tanquam utiles in officinas suas decretales merces, sine ullo judicio & inquisitione admissæ sunt, & laudatae; Ab anno 830. quinam eas laudarint & citarint diligenter collegit Blondellus in lœpe laudatis Prolegum, cap. 18. in cuius fine etiam recenset ex protestantibus quodam, qui per Isidorum hunc subdolum Mercatorem decepti sunt, nempe Bezam, qui *adversus Saraviam* cap. 24. citat epistolas de Chorpiscopij Damasi & Leonis nomine scriptas; Fr. Junium advers. Bellarmin. de Pontif. Rom. qui Clementinam primam & Joann. Rainoldum Censura Apocryph. qui Joannis primi epistolam primam laudat, posteriorum vero Magdeburgenses centur. 6. cap. 15. Defendit saeculi superioris anno 73. emiso tractu F. Turrianus Jesuita, contra Magdeburgenses Centuriatores, eas, quæ Clementi, Anacleto, Evaristo, Alexandro, Sixto, Telephoro, Hygino, Pio, Aniceto, Soteri, Eleutherio, Victori & Zepherino affidæ sunt, cæteras inde sensas reliquit. Hunc ita exceptit Doctissimus Blondellus, quod jam occupatum est, ut nemo haec tenus Turriani defensionem suscipere ausus fuerit; nec tantum Turriani istas, sed & alias, quas antiquissimorum Urbis Episcoporum nomine vulgavit Mercator Isidorus, demonstravit spurias & suppositas esse. Varia præterea argumenta contra has Epistolas & Pseudo-Isidorianam collectionem suggere possent canones illi *Isagogici ad criticam Ecclesiasticam*, quos nuper clarissimus & acutissimus Theologus & Historicus, *Fridericus Spanheimius*, Magni Spanheimii patrissanus Filius, in celeberrimo Leidenensi Lyceo Professor, quem honoris causa hic nomino, elegantissimæ suæ**

Ixii Gerhardi Von Maastricht

introductioni ad historiam & antiquitates Ecclesiasticas, majoris operis prodromo, (quod utinam publice promissum, publice hic interpellatus, monitus & rogatus bono reipublicæ literariæ repræsentaret) subjunxit; si ad eos Pseud Isidori suppositos partus examinare vellemus; aut si cordatus quispiam de voce harum mercium dubitarent amplius. Itaque missis argumentis ad testimonia digitum tantum intendemus, quæ idem cum argumentis figmentum convincunt. Non desunt testes antiqui, nec recentiores.

229. Testes Isidori Mercatoris collectio-
nem suspectam habentes, rei-
cientes, &
dannantes.

Codex canonum Ecclesiæ Romanæ vetus, de quo supra multis actum, qui tredecim tantum Pontificum Epistolas agnoscit, Siricij nempe, Innocentij, Zosimi, Bonifacij, Cælestinij, Leonis, Hilarii, Simplicij, Gelasij, Anastasij secundi, Symmachij, Hormisdæ & Gregorij junioris, affatim testatur, & evincit antiquiores decretales non sive receptas, aut notas; quas etiam tantum probat Leo IV. qui A. D. 847. ad Episcopatum pervenit, nisi quod Silvestri meminerit, Bonifacij & Anastasij omiserit, aut eorum oblitus, aut descriptorum incuria peccatum sit, c. *De libellis. dist. 20.* Hoc argumentum urgebant Episcopi Galliae circa annum 865. qui idcirco Isidori suppositam collectionem pro canonibus admittere nolabant, *quia in toto Codicis canonum corpore non continebantur descripta.* Hincmarus Laudunensis, qui ex facilitate primo harum epistolarum testimonio usus fuit, postea cognito errore, earum auctoritatem destruere conatus est: Non enim tantum veris auctoribus restituit, quæ Pseud Isidorus ex iis decerpserat, cap. 12. 22. 25. 36. in libro quinquaginta quinque capitum, sed etiam docuit, epistolas esse canonibus receptis & sibi contrarias: *Scriptum est, inquit, in prefatis Epistolis, ut accusations Episcoporum non recipiantur, & in eisdem habetur, qualiter recipiantur, & ut a suis oibus Episcopi accusari non valeant: lib. 55. cap. 20. capit. & paulo post: In iisdem epistolis scriptum est, non debere vel posse synodus sine jussione, vel consensu Romani Pontificis: & sacri Nicenij Canones dicunt: bene placuit annis singulis per unamquam provinciam bis in anno concilia celebrari.* Et quamquam in d. c. conetur contradictionem excusare distinctione temporum, rerum & causarum, attamen apud Flodoardum lib. 3. c. 22. diserte adserit, ab Hincmaro Laudunensi collectas sententias inter se dissontes & contra Evangelicam & Apostolicam atque Canonicanam & Apostolice sedis auctoritatem immisstas; & cap. 24. lib. 55. capitum, observat ipsum Collectorem seu Impostorem hasce epistolas reliquis decretalibus aquiparare non sive ausum: *Differentiam quoque, inquit, inter Epistolas, quas collegit, & sacros canones, ex verbis B. Gelasii, quibus & sua verba interposuit, fecit.* Nicolaus quoque primus, qui Gallicis Episcopis occurrere studuit, consulto tamen abstinet, citans Clementis epistolam 1. a Lacinia Pseudo Isidori, ut & a ceteris Clementis, Anacleti, & aliorum suppositis epistolis; quod & odoratus est Baronius, qui hæc notat ad an. D. 865. §. 7. Ab ipsa quidem Isidori, inquit, Collectione consulto vobis abstinuisse, quippe cum in his controversiis frequens esset, in quibus de appellatione ad selem Apostolicam ageatur, & ex illis epistolis multiplicia suppeterent, eademque fortissima testimonia sanctissinorum Pontificum eorundemque Martyrum, quorum summa auctoritas in Ecclesia esse posset; abstinuit tamen ab illis penitus, quas saltem dubias intellexisse, non dubium sit; illis tantum usus, de quibus nunquam in Ecclesia Dis fuerat dubitatum, quod illis adventitiis & recens inventis, non egeret Ecclesia, cum eadem ex Germanis, sinceris, omnino legitimis securis, certisque, Romanorum Pontificum Epistolis abundantem, accipere ieiunisset. Post hæc tempora invalecente potentia Romana, invaluit quoque auctoritas; ut ad saeculum decimum quintum vix duo inveniantur, qui se Pseudo-Isidorianis commentis opposuerint, nempe Marsilius Patavin. qui clarius anno 1324. *defens. pacis, de re Imperatoria & Pontificia, cap. 27. part. 2.* & Gobelinus in *Cosmidromio.* Post hæc tempora coepit contra subdolas Pseudo-Isidori merces disputatio; videatur Nicolaus de Cusa Cardinalis, *Concordia Catholica cap. 34. lib. 2. & libro 3. cap. 2.* scriptus, anno 1432. Henricus Kaltheysen in *Tractatu, an Imperium sit unquam a Romanis ad Grecos translatum,* a Centuriatoribus allegatus, obiit iste A. D. 1465. Post hos catervatim docti abjeerunt hæc figmenta, Jo. de Turrecremata Card. Erasmus, Driedo, Claud. Espencæus, Didac. Covarruvias, Gre gor. Cassandr. in *defens. libelli de offic. viri pii.* Anton. Contius in *editione Corpor. Canonici,* qui in c. 70. dist. 16. quæ manum censorum Belgicorum effugerunt, hæc habet: *Multas supra in prefatione rationes adduxi, quibus omnes Pontificum, qui Sylvestrum precesserunt, decretales falsas esse manifeste ostendi. Ipsa prefatio a censoribus suppressa est.* Adde his Carol. Bovium Ostunens. Episcop. in *prefat. premiss. confit. Pseudapo. a se in Latinum versis.* Bellarminus earum propagulator lib. 2. de *Pont. Roman.* cap. 14. hæc sibi tamen excidere passus est. Aliquos errores in has Epistolas irrepsisse non negaverim, nec indubitate esse adfirmare audeam. Baronii judicia in annualibus variis locis sunt dispersa; excerpta tamen & cuique epistolæ subjecta a Clarissimo Blondello, digitum intendo in locum predixiorem. *Ad A. D. 865. §. 5. & in Notis ad Martyrol. ad 4. April.* Vide & Edmundum Richerium, lib. de Eccles. & polit. potest. ex nostris Molinænum in Vate lib. 2. cap. ult. pag. 129. & 132. Claud. Salmasium de Coma pag. 186. & seq. Dalæum de jejunio & quadrages. lib. 3. c. 10. & 12. pag. 537. & lib. 4. c. 6. pag. 751. In *Pseudepigraphis Apostol.* lib. 3. cap. 2. pag. 427. & pag. 434. & 448. posteriori, 476. & seq. 493. Jo. Rainold. tom. 1. *Apocryph. Magauum Jacob. Usser. de success. in Occid. Eccles. cap. 2. pag. 60. & 61.* Robb. Cocom passim in *censura. Rivetum in Critico sacro lib. 1. cap. 8.* Withakerum de *Pontifice Rom. controvers.* 4. quest. 5. Jo. Gerhardum, som. 1. conf. esthol. lib. 1. part. 2. cap. 9. Caspar. Zieglerum, in *dissert. de orig. & increm. jur. Can.* quam præmisit Lancelotti Instit. jur. Can. §. 25. & seqq. Agmen claudat elogium, Cardinalis Joann. Bonæ, quod de hac Collectione Pseudo-Isidoriana edidit nuper in *liturgicis lib. 1. cap. 3. princ.* Adstipulantur, inquit, Baro nio Joseph Vicecomes, & Jo. Bantista Scortia, in suis *Tractatibus de sacrificio Missæ*, & Stephanus Duranus, *libro de ritibus Ecclesie*, atque alii recentiores, qui ut probent Missæ nomen Apostolica ætatis esse, & Christianæ religioni coævum, ex Romanis Pontificibus primi & secundi facili testima nia nullius roboris coacervant: dudum enim ab Eruditis observatum est illorum Epistolas de cretales usque ad Siricium suppositias esse: a quodam Hispano sub nomine Isidori, quicunque ille fuerit sub finem septimi saeculi “(imo octavi vel initio noni, & forte non ab Hispano, sed Germano Franco aut Franco Gallo, ut supra latius dictum est), pia fraude “[pace Card. Bone] io liceat mutare in impiam impostaram]” & ex sententiis veterum canonum, legum etiam civilium & Sanctorum Patrum, qui quarto & quinto saeculo floruerunt, turpi anachronismo, eodemque fere stylo ac dicendi charactere, magna ex parte contextas; quas primum ex Hispania in Galliam detulit “(non detulisse dixit Hincmarus Remensis, ex quo id Cardinalis colligere forte potuit, sed delatas disseminasse, ut patet ex loco supra adducto)”, labente octavo saeculo Ricalphus Episcopus Moguntinus; & inde in alias Re-

22 gio.

giones disseminatae, ac communiter receptae sunt. Sed tandem *Impostura* detecta est, & Baronius de his epistolis diffrens anno 865. earum falsitatem agnoscit, & aperte fatetur, ne quis, *inquit*, calamitari posse, ab Ecclesia Romana aliquid hujusmodi commentum esse. Earum igitur testimoniis tanquam *falsis* & *inutilibus* rejectis, certiora ex veris & legitimis Pontificum ac Patrum scriptis proferenda sunt²⁷. Est hoc ingenuum Cardinalis testimonium, quod vel ex Blondello, vel alio ejusdem S. Etiae homine hausit, vel veritas extorsit. Adserita itaque astutam impostura improbisima, totius hujus compilationis auctoritas concidit; quæ quid continet ipse subdolas impostor in præfatione collectioni premissa ostendit. In principio, *inquit*, hujus voluminis, qualiter concilium apud nos celebratur, posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præposuimus canones, qui dicuntur Apostolorum, licet a quibusdam Apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & Sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas posuerunt coastitutiones. Deinde quārundam epistolarum decreta Virorum Apostolicorum interseruimus, id est Clementis, Anacleti, Evaristi & ceterorum Apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas, usque ad Silvestrum Papam. Postmodum vero Nicenam Synodus constituimus, propter auctoritatem ejusdem magni concilii, deinceps diversorum conciliorum Graecorum ac Latinorum, sive quæ ante seu quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum, capitolis suis distincte sub hujus voluminis adspicere locavimus; subiicientes etiam reliqua decreta Præsulum Romanorum usque ad Sanctum Gregorium &c. Vide sis cap. *Placuit*, dist. 16. in quod partem præfationis Pseudo-Isidorianæ conjectit Gratianus. Laudat M. S. suum codicem Justellus, in quo se protendit collectio usque ad concilium Toletanum XII. quod celebratum anno 682. Inserti quoque sunt canones ab Hadriano primo Papa Ingelramno dati, de quibus supra. Doctissimus Justellus, in *Prefat.* quam codici canonum Ecclesie universæ præfixit, de hac Isidori collectione dicit, eam privatam fuisse, usque ad Alexandrum Papam Romanum, id est, annum 1061. ab eoque approbatam videri, ut Innocentius tertius in epistola ad Petrum Compostellanum tom. 2. concilior. testatur, cuius hæc verba refert: *Emeritense Concilium Authenticum esse multis rationibus adstruebas, tum quia cum aliis conciliis continentur in libro, qui CORPUS CANONUM appellatur, quem Alexander Papa per interlocutionem authenticum approbavit. Subdit deinde Justellus*, Nec enim dubium est, hoc loco *Corporis Canonum* nomine, collectionem Isidori significari, quæ aucta multorum canonum accessione in nomen illud transiit, ut etiam Liber seu Corpus canonum diceretur. Sic enīm habet inscriptio in meo Codice M. S. *Incipit Liber qui appellatur Corpus canonum.* Nisi quis existimet his verbis apud Innocentium Codicem canonum Ecclesie Hispanicae significari, cum Emeritense illud concilium in vulgatis Isidori codicibus nusquam reperiatur²⁸. Quæ sane certissima & evidenter ratio est, non posse apud Innocentium intelligi Codicem canonum Isidori Mercatoris, cum in eo codice Emeritense concilium non legatur. Quæ causa forte est, quare Justellus in curis secundis hæc omnia omiserit, in *Prefatione Codicis Canonum Ecclesie universæ secunde editionis*, quam Filius præmisit Bibliotheca juris canonici veteris; vide tom. 1. pag. 26. O pag. 24. fine O seq. initio, ubi satis clare Justellus refert Innocentii verba ad Codicem Hispanicum specialem, non vero ad Pseudo-Isidori collectionem. Uſus vero est Pseudo-Isidorus versione canonum antiqua, non Dionysii Exigui, nec Martini Bracharensis, ut testatur editio conciliorum Coloniensis. Scopus quis hujus collectionis fuerit, itidem defensionis Turrianus, ex iis, quæ hactenus disputata sunt, affatim patet: huic nempe fini epistolæ effictæ sunt, ne decessent Ecclesie Romanæ, aut potius Pontificibus Romanis antiquorum testimonia Episcoporum, potentia, eminentia & auctoritatis; item ut stabilirentur & fulcirentur jura appellationum ex toto orbe ad sedem, ut illi vocant, Apostolicam. Hoc enim argumentum tractant potissimum epistolæ, neglectis veris istorum sæculorum rebus, ut supra observarunt Magdenburgenses; fatente vel ipso Baronio, antea relata, qui multiplicata exinde & fortissima argumenta depromi posse dicit. Hæc forte causa, est cur Nicolaus primus Gallis persuadere conetur, ut eas recipient, quod detrahebant, quia suspecta videbantur, recentes, nec inter ceteras decretales in codice canonum legerentur. Id caute tollere tentat Pontifex, adi sis eum satis prolixe disputationem apud Gratianum cap. *Si Romanorum*, dist. 19. Hæc quoque causa fuit, cur operofam suam defensionem scriberet contra Magdenburgenses Turrianus, quasi res ora Romana staret & caderet cum subdola & supposititia hæc Pseudo-Isidori merce; Hanc in r̄m omnes ingenii nervos intendit, omnia industria impedire, ut per argumenta & figmenta auctoritas Epistolarum, magis tamen summi Pontificis farta & tecta maneret [27]. Hanc in rem etiam fingendi iterum novi testes, novi libri, qui non prostant, neque forte prostiterunt, aut prostare possunt. Quales sunt Eusebii Alexandrinii Sermones lib. 1. pro Epistol. c. 21. & lib. 2. c. 6. & 12. & alibi. Eusebius Cesariensis aduersus Marcellum lib. 5. cap. 7. Hippolytus martyr. O Thobanus lib. 2. cap. 18. Magnes adversus Theophenem, lib. 1. cap. 5. lib. 2. c. 3. & 13. lib. 4. cap. 7. Theodotus Ancyranus, lib. 2. cap. 14. Severianus Gabalonensis in 1. ad Corinthios, lib. 5. cap. 5. Apollinaris in Numeros, lib. 4. c. 14. Leoninus in Matthæum, lib. 4. cap. 10. Eulætius Constantinopolitanus de operatione animæ, lib. 4. c. 14. Damascenus de jejunis, & de communione corporis, lib. 5. cap. 8. & 18. lib. 4. cap. 1. Theodorus Antiochenus, ille scilicet qui Mopsuestenam Ecclesiam rexit, lib. 2. cap. 20. lib. 4. cap. 8. & lib. 5. cap. 6. Theophanes in Symphonia Veteris & Novi Testamenti, lib. 2. cap. 28. & lib. 4. c. 13. Constantinus ἡπὶ χολεσινῷ, lib. 1. cap. 28. Photii, Lexicon, quæstiones ad Amphiliolum, Commentarii in Epistolas, lib. 3. c. 11. & 12. lib. 5. cap. 18. lib. 2. cap. 13. lib. 4. c. 12. Nilus in Lucam, lib. 5. cap. 6. Pamphili Canones, lib. 1. c. 25. Quæ excerptis & observavit Blondellus in Pseudo-Isidoro & Turriano vapulante in prolegum. cap. 1. pag. 7. quibus subjungit sequens hoc elogium, ejus errores & specimina errorum; Plurimæ sane, *inquit*, lectionis, sed frontis perficitissime, judicium tenuit. *Si-*

(27) Tametsi quæ ex Decretalibus supposititiis argumenta nonnulli Catholicorum depromperunt, ad aliquid circa fidem, vel Ecclesiæ disciplinam adstruerunt, in præcepis ruant, haud proinde vel fidei doctrinam, vel supremam in Ecclesia universa auctorita-

tem Divo Petro, ejusque successoribus a Christo collatam defuturam catholici pertimescant, cum ex Divinis Literis utramque, & ex traditionibus, & præxi ipsinet Ecclesiæ coæva possint ostendere. W.

230. Quid
Pseudo-Isidori
collectio conti-
near.

231. Au-
toritas hujus
collectionis.

232. Que
versione uſus
sit Isidorus in
sua collectione.

233. Scopus
collectionis
Pseudo-Isido-
riane & defen-
sione Turri-
anæ.

234. Defen-
sio Turri-
anæ qualis.

235. Auto-
res a Turriano
M. S. non ex-
tantes citati.

236. De Tur-
riano elogia,
O

eius errores &
specimina errorum;

Plurimæ sane,

inquit, lectionis,

sed frontis perficitissime,

judicium tenuit.

Si-

fimi, homo *asper & improbus ira*, gloriae animal, Pyrgopolinices alter, qui Hincmarum Rhe-mensis Ecclesiae in Gallia Belgica Praefulem, lib. 1. cap. 15. & lib. 3. cap. 3. Germanice nativis Episcopum fuisse scribit; qui lib. 2. cap. 20. &c. infamem illum Theodorum, quem 126. post obitum annis quinta Synodus anathemate percussit, & lib. 2. c. 15. lib. 3. cap. 16. & 18. lib. 5. cap. 12. & 16. Sixti vel secundi vel tertii titulos invadentem scriptorem, Pelagianæ lepræ tare fluentem, & nigro theta notatum testes laudat; Qui lib. 5. c. 10. Synodum Eliberitanam, quam A. D. 305. Mar-cellus sedente celebratam conitat, suo Suivestro coactam vult; Qui lib. 2. c. 13. Theodosium majorem A. D. 395. mortuum, Chrysostomi anno 407. defuncti reliquias Constantinopolim anno 438. transtulisse credit; Qsi ibid. & c. 9. Lirinenes Episcopatus in Gallia, Paschasios Roma, lib. 5. c. 2. Eusebii Alexandria Episcopos, lib. 1. c. 21. &c. Piætavorum in Britannia reges, lib. 5. c. 19. & Ecclesiam sive Garolitanam, lib. 5. c. 2. sive Garopolitanam a canonicis regularibus, ad hanc usque diem administratam in Scotia communisicatur; Qui lib. 2. c. 13. & lib. 5. c. 24. Ruffium primæ Clementinae interpretem fuisse, modo ait, modo negat; Qui Victorem, lib. 5. c. 17. quem ad A. D. 203. pervenisse volunt adversarii, 230. amplius annis ante Synodum Nicænam A. D. 325. congregatam sedisse; Rabanum lib. 5. c. 19. A. D. 856. mortuum, ante annos 900. vixisse; Germanum, lib. 5. cap. eod. quem diem ultimum A. D. 730. clausisse scribit Baronius, ante annos 900. obiisse; Hen-ricum Kaltheysen, lib. 5. c. 20. & 23. quem Papalis primum palatii Magistrum, deinde Nidrosiensi & Cæsariensi Archiepiscopatu auctum, & Basiliensi concilio interfuisse docent Bernardus de Luxemburgo, in catal. hæret. [ubi vocatur *Inquisitor hæretice pravitatis, Professor sacre Theologie in celeberrima Colon. Academia*; qui orat, habuit coram Concil. Basil. de libera predicatione verbi *Dñi*, adversus Udabricum orphanorum presb. A. D. 1433. per tres dies hebdomadis pœnoscere: de quo vide Bellarm. de script. Eccles. & Possevin. in apparatu, & appendicem ad concil. Basil.] *ignotum hominem, & annis sexaginta, Dominicæ ærae an. 1573.* quo scripta est pro Decretalibus Epistolis defensio, superiorem fuisse opinatur. Quid memorem stedos perpetuoisque fumiculosis sed φλυαργυτος Theologi paralogismos, & frequentia σεσοχήναται jactabundi Critici, quem nihil præter novas Lectiones, manuscriptos Codices, Bibliothecas, Vaticanam, Florentinam, Sancti Marci, Crypte ferratae, cum incredibili antagonista-rum, divinæque quam vel reniente conscientia vellicat, veritatis contemptu, crepare audias. Cui elo-gio sis adde ea, quæ habet Dalæus in *Pseudepigraph. Apostolicis*, pag. 22. 417. 419. 690. & seqq. & ex dictis liquido concludas rogo, quantæ auctoritatis sit collectio Pseudo-Isidoriana, & quid tot fi-gmentis, quibus passim dogmata fidei stabiluntur, sit deferendum.

237. Que-nam auctoritas Isidoriana col-lectioni de-fenda.

238. Pho-tius.

239. Scri-p-ta ejus.

240. No-mocanon.

241. Ex-quibus Con-siliiorum & Pa-trum canon-i-bus compilatus fit.

Vocat nos Ordo ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum, celeberrimi inter collectores & digestores Juris Canonici nominis. Fuit ille nobili prosapia ortus; Protospatharius dignitate, ut refert Cedrenus, quæ dignitas magna, & inter magnificas numerata, Glossæ Basilicorum, illuſtres interpretantur: Ελέας πρωτοπατράς Κοδινος dicitur ὁ τι λόγον τὸ παλαιὸν πρῶτος τον σπαθαρίων παραμονῶν, Quod erat primus stationum Spathariorum; σπαθαρίος Cedreno est σωματοφύλαξ; vi-desis Jo. Meursi in *Glossario Greco Barbaro*, pag. mihi 463. & Jul. Cæsar. Bulenger de imperio Ro-man. lib. 8. c. 26. pag. 662. Imperatori a secretis inserviisse Photium; divitiis & scientia rerum se-cularium polleantem, & antiquis comparandum fuisse, dicit Nicetas. Zonaras eum appellat ἄνδρα των ἐπιτημών πρωτοπατηρίτις τότε τυχόντα ἐν λόγοις δύοματος ςτον; Virum insignem, primarium a se-cretis, tunc eruditio[n]is nomine celebrarem, vixit sub Imp. Michaeli tertio & Ludovico secundo. Ad Patriarchatum Constantinopolitanum peruenit anno 858. in locum Ignatii dejecti fraude Bardæ. Multæ ei lites cum Pontificibus Romanis fuere, quare durus in eum Baronius, qui ubique eum infestatur & prosciadit, videantur ejus annales ab anno 858. usque ad 886. quibus vita ejus & gesta sunt inclusa (28). Vir fuit multæ Lectionis, quod ejus Bibliotheca quam Μυροβίβλον inscripsit, satis demonstrat. Bellarm. eum in lib. de script. Eccl. vocat Virum Magne eruditio[n]is. Sed addit, majoris nequitia, proculdubio ob lites, quas habuit cum Romanis Pontificibus. Defendit tamen eum contra Baronium & Bellarmianum Richardius Montacutius, Episcopus Norvicensis in Anglia; qui Epistolas ejus edidit Graece & Latine Londini an. 1651. in Bibliothecam seu Μυροβίβλον retulit auctores omnes a se le-ctos & argumenta scriptionis, addidit etiam judicia. Fecit hoc opus rogatu Tarasii Fratris sui, cum ab Imperatore missus esset legatus in Syriam, ut ipse testatur in Præfatione. Edita est Bibliotheca Graece Augustæ vindelicorum A. 1600. Graece & Latine edidit & notis illustravit Andr. Schottus, Rotomachi, saeculi hujus anno quinquagesimo tertio, cuius de Photo vide Prolegomena. Adscribitur ei Etymologicum manucriptum Graecum, quod possidet Clariss. & Eruditiss. Marquardus Gudius, ut testatur, id allegans, Vir Nobiliss. & Clariss. Ezechiel Spanhemius, Serenissimorum Electorum Bran-denburgici & Palatini Consiliarius intimus, & in Ubiis, ut vocant, Residens, in elaboratissimis & politissimis dissertationibus de usu & præstant. numismatum antiquorum; editionis posterioris Amsteloda-mensis, dissert. 4. pag. 358. Tribuitur quoque ei Liber de Spiritus sancti processione, & aliis, quo probare nititur Spiritum sanctum a solo patre procedere, quos M. S. citat Blondellus in Johanna Papissa, qui postea Londini sunt editi. Sed hos Maresius suspectos habet, an sint Photii, in Johanna Papissa restituta, pag. 47. apud quem & loca Blondelli vide pag. 45. De his, quæ ejus nomine laudavit Fr. Turrianus, Lexicon nempe, quæstiones adversus Amphilochium, & commentarios in Epistolas, supra dictum num. marg. 234. Ejus est quoque opusculum de septem synodis Ecumenicis, Graece & Latine editum in Bibliotheca Juris canonici veteris. Ad Institutum nostrum tantum facit ejus Nomocanon; qui est quasi compendium aliquod seu qui continet elementa totius juris Canonici Graeci, & tanti fit a Graecis ut omnibus collectionibus eum præmittere soleant, etiam ipsi Codici canonum. Divisus est in quatuordecim titulos, & hi iterum in certa capita. Congessit in eum, ut docent prolegomena, nunc demum in Bibliotheca juris Canonici veteris vulgata, sequentes canones conciliorum, Patriar-charum, Episcoporum & Patrum.

Canones, qui sanctorum Apostolorum dicuntur, Clementis opera collecti LXXXV.

Synodi Nicænae sanctorum Patrum [deest hic numerus, adde itaque CCCXVIII.] Can. XX.

Sy-

(28) Observatio [47] in notas Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini videatur. W.

- Synodi Ancyranæ canones XXV.
 Synodi Neocæsariensis canones XIV.
 Synodi Gangrensis canones XX.
 Synodi Antiochiae in Syria can. XXV.
 Synodi Laodicenæ Phrygiæ can. LIX.
 Synodi Constantinopolitanae Sanctorum Patrum centum & quiquaginta Canones VII.
 Synodi Ephesinæ sanctorum Patrum CC. canones VII.
 Ejusdem Synodi epistolam ad Pamphiliæ Episcopos.
 Synodi Chalcedonensis DCXXX. sanctorum Patrum canones XXVIII.
 Synodi Sardicensis canones XXI.
 Synodi Cœthaginensis can. CXXXVIII.
 Synodi Constantinopolitanæ can. I.
 Synodi sextæ canones CII.
 Synodi septimæ canones XXII.
 Synodi Constantinopolitanæ primæ & secundæ canones XVII.
 Dionysii Archiepiscopi Alexandrini ex epistola ad reginam, canones IV.
 Petri Archiepiscopi Alexandrini & martyris ex oratione de pœnitentia, canones XIV.
 Ejusdem ex sermone in Pascha canonem I.
 Gregorii Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis epistolam canonicam.
 Basilii Episcopi Cœsareæ Cappadociaæ e tribus canonicis epistolis ad Amphilochium Iconii Episcopum, canones LXXXIV.
 Ejusdem ex alia epistola ad eundem Amphilochium Episcopum, canonem I.
 Ejusdem Epistolam canonicam ad Diodorum.
 Ejusdem Epistolam canonicam ad Diodorum.
 Ejusdem Epistolam canonicam ad Gregorium presbyterum.
 Ejusdem Epistolam canonicam ad Archiepiscopos.
 Ejusdem Epistolam canonicam ad Episcopos sibi subditos.
 Ejusdem ex his, quæ ad Amphilochium scripta sunt de Spiritu sancto.
 Gregorii Episcopi Nysseni ex epistola canonica ad Letojum Melitenum Episcopum, can. VIII.
 Timothei Archiepiscopi Alexandrini veteris dicti ex interrogacionibus & responsonibus ab eo scriptis, canones XV.
 Theophili Archiepiscopi Alexandrini allocutionem de sancta Dei apparitione, quæ vulgo Epiphania dicitur.
 Ejusdem ex commentario propter Lycopolim Ægypti urbem facta, canones X.
 Ejusdem epistolam ad Aphæggiū Episcopum,
 Ejusdem epistolam ad Agathum Episcopum.
 Ejusdem epistolam ad Menam Episcopum.
 Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini ex epistola ad Dominum, canones III.
 Ejusdem ex epistola ad Episcopos Libyæ & Pentapolis, canones IV.
 Gennadii sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitanæ, sanctæque synodi cum eo congregatæ circularem epistolam ad omnes sanctissimos Metropolitanos.
 Primi Gennadii Archiepiscopi Constantinopolitanæ quædam.
 His subiiciuntur tum leges Imperatorum Ecclesiasticæ, ad eosdem titulos & capita pertinentes;
 Canones sub titulis citantur taatummodo, non recitantur, leges vero citantur & breviter recitantur.
 Compilationis rationem reddit ipse Photius in prologo, qui diu desideratus, tandem, ut dictum ex M. S. Bibliothecæ Oxoniensis, in lucera protractus est a Justello filio in Bibl. jur. Can. veter. ; ex cuius fine collectum cognoscimus Nomocanonem Anno Mundi, secundum Græcos, 6391. is est æræ Christianæ 88^o. Hunc commentariis illustravit Balsamo, ut infra dicemus, ubi de eo inter Interpretes Græcos juris Canonici differemus. Latinæ Nomocanonis versiones extant duæ; unam, quam Gentianus Hervetus, alteram, quam Henricus Agylæus elaboravit, quæ tantum Latine primo prodierunt sine textu Græco, posterior illa Agylæi duplice nomine præ illa Herveti commendanda, quia plenior, utpote quæ ex pleniore exemplari Græco facta est; deinde quia magis accedit ad stylum Jurisconsultorum. Primus Græce ex Codice Bibliothecæ Palatinæ edidit Christophorus Justellus, anno 1615. postea Græce & Latine editus est Nomocanon Parisis cum commentariis Balsamonis ex Typogr. Regia, & interpretatione Gentiani Herveti; Patris labores repetivit Filius Henr. Justellus in bibliotheca juris Canon. veteris, qui accuratissime Græce & Latine ex interpretatione Agylæi cum Commentariis Balsamonis edidit, additis diu desideratis Photii prolegomenis ab Usterio & aliis ex Manuscriptis citatis. Quid præstiterit, illud cum suo socio, Guilielmo Voello in præfatione his verbis declarat; Photius inter præclaræ ingenii sui monumenta selineat & hunc, quem tibi exhibemus, Nomocanonem, de quo cum mulii eruditis & gravissimi Viri quererentur, quod in precedentibus editionibus infinitis propenodium mendis scateret, quod in multis etiam deficeret, ac quam plurime confuse & inturbato ordine contineret, nec Latina cum Græcis ubique bene convenient, tandem ad hoc præstantissimum antiquitatis monumentum integrum Græce & Latine typis & prelo committendum nos accingimus. Itaque in hac editione pro exemplari sumptuosa editionem, quam Justellus olim Lutetie emiserat e Codice MS. Bibliothecæ Palatinæ, quam cum alia subsequenti, que Lutetia etiam Græce & Latine edita est anno 1620 diligenter consulinus, & utramque cum antiquissimis MSS. Bibliothecæ Eminentissimi Cardinalis Julii Mazarini, quos humanissimus Poterius hujus divitis & numerose supellectilis promuscondus nobiscum lubentissime communicavit; sicque illius beneficio opus illud insigne sanitati perfecte, integritati pristine, nativeque splendori restitutus. Græco textui addidimus Latinam translationem, non eam, quam Gentianus Hervetus, sed quam Henricus Agylæus olim elaboraverat; tum quod Agylæus meliori usus est, & ampliori Codice Græco quam Hervetus; tum etiam quod Agylæi translatio magis ad stylum, & genium juris peritorum accedit, in quo sum potissimum gratiam novus hic a nobis suscepimus est labor. Ita tamen ut quæ in ea deficerent versione nova supplerentur, quæ cum Græco non omnimode congruerent, emendarentur, mutatis etiam nonnullis, quæ
 Tom. III,

242 Quan-
do compila-
tus.

243. Ejus
diverse inter-
pretationes.

244. Agy-
læi versio me-
lior.

245. Nova
editio, que ex-
tat in bibli-
oteca juris ca-
nonici veteris
commendata.

246. Codicis Dionysii Exiguus accepisse accessiones sequentium eum Episcoporum Romanorum, & dictis Partium major auctoritas dari, canonica nimurum & decisoria, ut colligimus ex Epistola Leonis quarti, [qui saeculi noni anno quadrageimo septimo pervenit ad Pontificatum Romanum, & in eo fuit usque Leonem IV, Papam. ad annum quinquagesimum quintum; ideoque Photio anterior, eique præmitti debuisset] ad Episcopos Britannia, relata a Gratiano, in c. 1. diff. 20. his verbis: *De libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & sanctorum conciliarum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, que habentur apud nos simul cum canonibus, quibus autem in omnibus ecclesiasticis utimur iudiciis, sunt canones Apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum, Neocesariensium, Gangrensum, Antiochensum, Laodicensum, Constantinopol. Ephesi Chalcedonensum, Sardicensum, Africanum, Carthaginensum, & cum illis regulæ presulum Romanorum, Sylvestri, Syrici, Innocentii, Zosimi, Celestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmacbi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Ilii omnino sunt, & per quos iudicant Episcopi, & per quos Episcopi simul iudicantur, & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minime posse per iustos definiri: tunc si illorum, quorum meministi, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius magna voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætituluntur, (sive sit ille Episcopus, sive Clericus, sive Laicus) non indifferenter recipere convincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem nec sancta quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur. Puduit posteriorum hujus capituli verborum & tantæ auctoritatis, Anselmum, Deusdedit Cardinalem, & Gregorium Presbyterum in Polycarpo, ideoque posteriora impia fatis verba Leonis, ut monent quoque Correctores Romani in notis ad istud caput, ita legunt: Qui eandem indifferenter non recipit, ipse se convincit minime Catholicam & Apostolicam fidem ad effectum sue retinere salutis. Quæ sane tolerabiliora sunt, quam Leonis verba, comparantis Epistolas Paparum, aliquando non satis neque saluti necessarias, cum quatuor Evangelii, quæ sane intolerabilis est audacia, & complementum eorum redolet, quæ Paulus Apostolus prædictit 2. Thessal. 2. V. 4. (29) Sed ad rem. Apparet exinde Codici aut Collectioni decretalium primæ a Dionysio Exiguo facta, tempore Leonis quarti additas esse decretales Hilarii, Simplicii, Felicis, Symmaci, Hormisdæ & Gregorii junioris; quod bene in Editione Justelli est observatum, qui distinxit has collectiones in primam & secundam; primam incipit a Siricio usque ad Anastasium, octo Pontificum, quæ a Dionysio Exiguo facta est; secundam ab Hilario ad Gregorium juniorem, cui hic titulus præfigitur:*

COLLECTIO II. DECRETORUM PONTIFICUM ROMANORUM AB HILARIO AD GREGORIUM II. COLLECTIONI I. DIONYSII EXIGUI ADDITA.

*Ex utraque putat Anton. Augustinus in Præfatione ad antiquas Decretalium Collectiones Codicem Romanum esse factum, & quidem eum, qui Moguntiæ primum est editus. An haæ accessiones contigerint simul & semel temporibus hujus Leonis quarti, an sub singulis Pontificibus factæ sint, illud conjectu difficile est. Ex collatione memorati capituli cum Codice Canonum Romanae Ecclesiæ Moguntiæ & Parisiis edito, patet, quod supra quoque observavimus, esse verum, eosdem esse Codices, illum, qui a Leone quarto vel auctus vel probatus est, & illum, qui in memoratis locis typis descripturnis est; nisi quod Leo mentionem faciat Sylvestri, cuius decretales non extant in codice canonum Ecclesiæ Romanae, ejusque nomen vitio ex scriptoris in textum irrepsisse, ideoque expungendum esse, quia ea tempestate Sylvestri canones recepti non erant, docet Petrus de Marca, *De concordia Sacerdotii & Imper. lib. 3. c. 4.* Dein Bonifacii I. & Anastasii II. nomina sunt omessa vel incuria Leonis, vel descriptorum, tandem & Felicis decretales coämparent in editione Parisiensi, pag. 507. item in secunda post primam Dionysii Exigui collectione, cuius etiam non sit mentio in Epistola Leonis quarti. Post Leonem magis magisque literarum & scientiarum splendor decrescere, barbaries invalescere coepit, ortaque sunt ista tempora & saecula, quæ obscura, barbara, ferrea, merito dixeris. De quibus gravissimi Scriptores conqueruntur, quorum querelas nunc mittimus. Quievere itaque per sesqui, & quod excurrit saeculum Collectiones Juris. Orientales Photii Nomocanone, & Basilicis; Occidentales vero Codice canonum, & Capitularibus Caroli & Ludovici aliorumque Imperatorum contenti vivebant, usque ad saeculum undecimum & duodecimum, in quibus certatim iterum magno numero Collectores in canonum & juris Ecclesiastici studium incumbere ceperunt, tam in Oriente, quam in Occidente. Saeculi decimi initio celebre nomen habuit Regino natione Germanus, Monachus Benedictinus coenobii Pruniensis in diœcesi Trevirensi. Cujus etiam Anno 892. ut ipse in Chronico testatur, factus est Abbas, in qua dignitate non diu perstigit, sed a Richario quodam calumniatore vexatus, & tandem de gradu dejectus est. Ipse Regino in Chronico promittit rei narrationem, sed vel fato præceptus, non addidit, quod innuere videtur ille, qui margini adscriptus illa: *Omissum est, quod dicere proposuit; aut improba & invida manu, ne impia Richarii traductio & depulsio ad posteros manaret, recusum est.* Quæ ipse de se Chronico inferuit ad annum 892. hæc sunt: *Per id tempus Farabertus Abbas Pruniensis coenobii pastoralem curam sua sponte per concessionem Regis depositus, & ego quamvis indignus secundum regularem auctoritatem per electionem Fratrum in regimine successi. Deturbatus ex regimine Abbatiae, studiis incubuit, & Chronicon scripsit usque ad Ann. 908. ut ipse refert in proemio, in opere vero Ann. 906. leguntur hæc: Huc usque Regino. Hec vera, quæ sequuntur a Monacho quodam fortasse addita sunt. Collegit ille ex Conciliis capituloaribus & aliis collectionibus libros duos de disciplina Ecclesiastica, quorum primus Clericos, secundus Laicos respicit. Titulus M. S. Viennensis est; *Libellus de disciplinis Ecclesiasticis & religione Christiana.* Clarissimus Joach. Hildebrandus, qui primus hos libros ex MS. Acad. Juliæ publicavit, titulum fecit: *Reginonis Prunicensis de disciplina Ecclesiastica veteris presertim Germanie, lib. II.* Prodiit prima editio Helmestadii, anno 1659. in cuius Præfatione, de hoc Auctore multa vide relata ab Hildebrando. Altera editio edita & notis illustrata est a Stephano Baluzio anno 1671. ad quam remittit Lectorem in Præfatione ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani §. 17. & nos remittimus eundem, multa enim ibidem egregia de hoc auctore observat Bellarminus; quia Romæ, nec in Bibliotheca Vaticana invenit hoc Reginonis opus non existare**

247. Progressus ad saeculum XI.

cre-

[29] Legatur observatio (47) in notas Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini. W.

Historia Juris Ecclesiastici. lxvii

credidit, *de script. eccles.* Chronicon ejus edidit prius Sebastianus a Rotenhan Eques auratus & JC. seculi superioris anno XXI. Moguntiæ. Multum possunt hi libri conferre ad cognoscendam disciplinam Ecclesiasticam Germanorum, quia auctor Teuto fuit, quod observat quoque Hildebrandus in laudata statim prefatione. Primus seculo XI. occurrit Burchardus, Wormatiensis Episcopus, patria Hassus, & primum Lobii Monachus & discipulus Olberti, Monachi Lobensis & postea Abbatis Gemblacensis. Ex Monacho factus est Burchardus Episcopus Wormatiensis, anno 96. noni seculi, in quo sedet usque ad annum 1025. vel 1026. quo mortuus est. Hic, quia in sua diœcesi canones & pœnitentium jura confusa, imo discrepancy videret, ut aut ex toto neglecta, aut omni pene auctoritate destituta, vel modice in Ecclesiastica disciplina institutis apparere potuerint, ut ipse in Præfatione operis sui loquitur; rogatu Brunichonis præpositi Ecclesiæ Wormatiensis cœpit congerere & digerere jura Ecclesiastica, ad utilitatem suæ Ecclesiæ, ob negligentiam & inscitiam, ut ipse loquitur, sacerdotum; Fontes autem & partes sui operis, ipse recenset, in fin. memorare Præfationis: *Synodalia*, inquit, *precepta, sanctaque instituta, tam ex sanctorum Patrum sententiis, quam ex canonis scriptis adjutore Deo in unum fascem ex amplissimo orbe collegi: caque, ut potui, uno veluti corpore connexa, viginti libris distinxii;* Et quibusdam interjectis: *Quantis autem hoc laboribus atque vigiliis prestatim, Deus Optimus judicabit, quem quod pro nostra Ecclesiæ necessitate fecerim, non latet; Quare etiam si nostra Provincie limites non exierit, nihil omnino ægre feremus, modo nostrorum ministrorum manibus teratur. Porro legibus etiam id persuasum esse cupimus, nihil de meo in hoc opere additum esse, sed ex divinis testimoniis scripturarum, (quænam hoc tempore huc & supra divina scripture & canonica scripta dicta fuerint, id pro dolor statim patebit) singula esse decerpta, ea sane fide, ut perpetuam auctoritatem habitura non dubitem. Ex quibus autem scriptis se legerem, ordo sequens indicat:*

Ex Canonibus, qui Corpus canonum vocantur.

Ex Apostolorum Canone.

Ex transmarinis Conciliis. Intelligit Orientalia.

Ex Conciliis in Germania, Gallia, Hispania celebratis.

Ex Romanorum Pontificum Decretis.

Ex Evangelicis, Apostolicisque scripturis.

Ex Veteri Testamento.

Ex libris Sancti Gregorii. Ex Hieronymo, Augustino, Ambroso, Benedicto, Basilio Magno, Isidoro.

Hic tamen: non omnes enumerat Burchardus:

Ex pœnitentiali Romano.

Ex pœnitentiali Theodori.

Ex pœnitentiali Bede.

Distinxit Burchardus opus suum in libros viginti, quorum quilibet sua capita seu canones habet, quodlibet autem caput est tantum unius canonis; cuique tamen canoni titulus, seu summarium prænotatus legitur. Summam librorum hanc præmisit ipse Burchardus:

Primus liber continet de potestate & primatu Apostolicæ sedis, Patriarcharum, cæterorumque primatum, metropolitanorum, & de synodo celebranda, & vocatione ad synodum, De accusatis, & accusatoribus, & testibus, De expoliatis injuste, De judicibus ac de omni honore competenti, ac dignitate, & diverso negocio, & ministerio Episcoporum.

Secundus liber continet de congruenti dignitate, & diversa institutione, ac nutrimento vel qualitate viræ, & diverso negocio, & ministerio presbyterorum & diaconorum, seu reliquorum ordinum ecclesiasticorum.

Tertius liber continet de divinarum domorum institutione, & cultu, & honore. De decimis, & oblationibus, & justitiis singulorum, & qui libri in sacro catalogo recipiantur, qui vero apochryphi, & quando apponendi sint.

Quartus liber continet sacramentum baptismatis, & ministerium baptizandorum, & baptizatorum, & confignandorum, & consignatorum.

Quintus liber continet de sacramento corporis & sanguinis domini, & de perceptione, & observatione eorum.

Sextus liber continet de homicidiis sponte & non sponte commissis, & de parricidiis, & de fratricidiis, & de illis, qui uxores legitimas, & seniores suos interficiunt, & de occisione ecclesiasticorum, & de observatione, & de pœnitentia singulorum.

Septimus liber continet de incesta copulatione consanguinitatis, & in quo geniculo fideles, & conjungi, & separari debeant, & de revocatione & de pœnitentia singulorum.

Octavus liber continet de viris ac fœminis Deo dicatis, & sacrum propositum transgredientibus, & de revocatione, & de pœnitentia eorum.

Nonus liber continet de virginibus & viduis non velatis, de raptoribus earum, & de separatione eorum, de conjugione legitimorum connubiorum, de concubinis, & de transgressione & pœnitentia singulorum.

Decimus liber continet de incantatoribus, de auguribus, de divinis, de sortilegis, & de variis illusionibus Diaboli, & de maledicis, & de contentiosis, & de conspiratoribus, & de pœnitentia singulorum.

Undecimus liber continet de excommunicandis, & excommunicatis, de furibus, & de prædatoribus, & de præsumptione, & contemptu, & negligentia, & reconciliatione, & pœnitentia eorum.

Duodecimus liber continet de perjurio, & de pœnitentia ejus.

Tertiusdecimus liber continet de veneratione, & observatione sacri jejunii.

Quartusdecimus liber continet de crapula, & ebrietate, & de pœnitentia eorum.

Quintusdecimus liber continet de Imperatoribus, de Principibus, & de reliquis laicis, & de ministerio eorum.

Sextusdecimus liber continet de accusatoribus, de judicibus, de defensoribus, de falsis testibus, & de pœnitentia singulorum.

Septimusdecimus liber continet de fornicatione, & incestu diversi generis, & de pœnitentia usque triusque sexus, & diversæ ætatis.

248. Burchardus IV Wormatiensis.

249. Ad utilitatem sue Ecclesiæ colligit decretorum lib. XX.

250. Fontes & Materiæ hujus collectionis.

251. Summa librorum viginti Burchardi.

lxviii Gerhardi Von Maastricht

Ostavusdecimus liber continet de visitatione, & pœnitentia, & reconciliatione infirmorum.

Nonusdecimus liber, qui corrector vocatur, continet correctiones corporum, & animarum medicinas, & docet unumquemque sacerdotem, etiam simplicem quomodo vel qualiter unicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine, pauperi, diviti, pueri, juveni, seni, decrepito, fano, infirmo, in omni ætate, in utroque sexu.

Vigesimus liber speculationum vocatur; speculatur enim de providentia, & de prædestinatione divina, & de adventu Antichristi, de ejus operibus, de resurrectione, de die judicii, de infernali bus pœnis, de felicitate perpetua vitæ.

252. Ubi & quibus auxiliis decreto rum libros compilaverit.

Ubi & quibus auxiliis decreto rum libros compilaverit.

253. Nomen Operis.

254. Quid de hac collectione habendum.

Ostavusdecimus liber continet de visitatione, & pœnitentia, & reconciliatione infirmorum. Nonusdecimus liber, qui corrector vocatur, continet correctiones corporum, & animarum medicinas, & docet unumquemque sacerdotem, etiam simplicem quomodo vel qualiter unicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine, pauperi, diviti, pueri, juveni, seni, decrepito, fano, infirmo, in omni ætate, in utroque sexu.

Vigesimus liber speculationum vocatur; speculatur enim de providentia, & de prædestinatione divina, & de adventu Antichristi, de ejus operibus, de resurrectione, de die judicii, de infernali bus pœnis, de felicitate perpetua vitæ.

Ubi & quibus auxiliis hoc opus Burchardus perfecerit, docet auctor *Anonymous*, qui post obitum ejus vitam scripsit, cum ipsius decreto editus: *Forestus sylva est*, inquit, *duobus milliaribus a Wormatia distans*, (*Forestus ipse vocatur in confirmatione Conradi Regis Forehehe*) abietibus abundans, *& hanc palus limosa ex una parte ambiendo circumcingit*, in cuius medietate collis pulcherrimus constitutus, ad quem vir Dei se transferri præcepit, *& quia mundanos tumultus devitare voluit, arboribus fruticibusque succisis collem explanavit*. Ibi quoque primum fecit oratorium, dein aliis officiis peractis, cellam egrediam construxit. Illuc se post concilia regiaque colloquia, & post curam synodalem diversisque mundi spiritus receperat. Ibi quoque negotiis secularibus post tergum projectis, totis viribus in obsequio Deistudebat. Eodem quippe tempore in Collectario canonum in hac cella non modicum laboravit. Nam domino Walterio Spirense Episcopo adjuvante, & Brunicone preposito exhortante & suggestente, canones in unum corpus collectit. Non pro ulla arrogantia, sed, ut ipse dixit, quia canonum jura pœnitentiumque judicia in Episcopatu suo omnino fuerant neglecta ac destructa, hoc vero corpus sive Collectarium distinxit, & in viginti libros distribuit. Siegericus in Chronico ad annum 1008. refert, collaborante Magistro suo Olberto Abbe, Viro undique doctissimo, magnum canonum Volumen edidisse, & in libro script. Eccles. cap. 14. hæc de eo refert: Burchardus Episcopus urbis Vangionum, que dicitur Wormatia, magnum canonum volumen, quod a nomine ipsius BURCHARDUS denominatur, multo studio composuit; quod testimonis omnium authenticorum conciliorum & decretis Romanorum Pontificum, & sententiis omnium pene Catholicorum Patrum auctorizavit; ex quo adhuc omnium conciliorum decreta auctorizantur. Ea, quæ de auxilio Olberti in Chronico scriperat, confirmat in vita Olberti de script. Eccles. cap. 142. Burchardus Episcopus Wormatiensis ejus Olberti magisterio ad hoc proiectus, ut ita Ecclesiastice utilitati intenderet, & ejus studio, ore, & manu illud magnum canonum Volumen ad communem omnium utilitatem ederet. Præter illud opus quidquam scripsisse, non inveni. Mortuus est Burchardus, ut videmus post vitam ejus notatum, anno 1024. vel 1025. Ultimum sequitur Miræus in Biblioth. Ecclesiast. in scholiis ad caput 141. Siegerici, Baroniū anno 1026. mortuum narrat, vide eum ad istum annum. In qua tempora inciderit ejus vita, & quæ tum facies Ecclesiæ, quantaque morum corruptio fuerit, patet ex libro 19. in quo continentur quæstiones spurcissimæ etiam sequiori sexui proponendæ in confessione, quarum specimen exhibet Molinæus in Novitat. Papismi, sexta contr. cap. 5. (30). Ejus decretorum opus editum est primum Coloniae Agrippinæ, anno 1048. quo ego usus sum, & iterum anno 1049. Parisiis. In Collectionem hanc quisquilius ex Isidoro Mercatore seu ejus suppositis epistolis plurimas retulit: quod indicium est, non magno judicio usum esse. Specimen exhibebunt sequentia exempla: Ex Pseudo-Clementis epist. 1. lib. 1. cap. 124. 125. 126. 127. 133. 137. & 155. lib. 2. cap. 94. lib. 6. cap. 28. lib. 14. cap. 16. ex epist. 2. lib. 3. cap. 216. lib. 5. cap. 11. & 14. ex epist. 3. lib. 2. cap. 93. lib. 3. cap. 59. lib. 4. cap. 15. ex Pseudo-Anacleti prima, lib. 1. cap. 4. 59. lib. 2. cap. 154. lib. 3. cap. 71. 77. lib. 11. cap. 18. ex epist. secunda lib. 1. cap. 1. & 15. lib. 2. cap. 5. ex tertia lib. 1. cap. 136. 152. 178. ex Pseudo-Evaristi secunda lib. 1. cap. 76. 99. 34. 40. lib. 11. cap. 9. ex Pseudo-Sixti primi, secunda lib. 3. cap. 214. ex Pseudo-Alexandri prima lib. 1. cap. 129. 130. 132. lib. 2. cap. 52. lib. 5. cap. 5. ex Pseudo-Telephori epist. lib. 3. cap. 63. ex Pseudo-Hygni priore lib. 1. cap. 65. ex Pseudo-Pii secunda lib. 11. cap. 29. ex Pseudo-Arceta lib. 1. cap. 28. 63. ex Pseudo-Soteris epist. posteriore lib. 3. c. 215. ex Pseudo-Eleuthero lib. 16. cap. 30. ex Pseudo-Victoris priore lib. 1. cap. 176. lib. 4. cap. 3. ex Pseudo-Zephyrini priore lib. 1. cap. 154. lib. 16. cap. 13. ex posteriori lib. 2. cap. 3. ex Pseudo-Callisti priore lib. 11. cap. 38. ex posteriori lib. 1. cap. 66. 80. 135. 171. lib. 3. cap. 49. lib. 7. cap. 1. lib. 10. cap. 64. Vide & lib. 9. cap. 7. ex Pseudo-Urbano lib. 3. cap. 3. 143. lib. 1. cap. 1. ex Pseudo-Antero lib. 1. cap. 77. lib. 4. cap. 66. ex Pseudo-Fabiani secunda lib. 1. cap. 147. 148. ex tertia lib. 1. cap. 183. lib. 2. cap. 10. ex Pseudo-Cornelii secunda lib. 1. cap. 193. lib. 12. cap. 12. 19. ex Pseudo-Lucio lib. 1. cap. 54. lib. 11. cap. 19. ex Pseudo-Stephani priore lib. 1. cap. 173. ex posteriori lib. 1. cap. 142. 161. 177. vide & lib. 16. cap. 19. ex Pseudo-Sixti secundi posteriori lib. 1. cap. 143. 192. ex Pseudo-Dionysii secunda lib. 3. cap. 43. ex Pseudo-Felicis primi, prima lib. 1. cap. 157. 169. lib. 16. cap. 11. ex secunda lib. 1. cap. 174. ex Pseudo-Eusebiano lib. 5. cap. 7. ex Pseudo-Cajo lib. 1. cap. 139. ex Pseudo-Eusebii prima lib. 1. cap. 138. 165. ex secunda lib. 11. cap. 25. 27. ex tertia lib. 4. cap. 67. ex Pseudo-Melchiadis priore lib. 3. cap. 2. 4. 5. ex posteriori lib. 1. cap. 2. lib. 1. cap. 61. ex Pseudo-Marco lib. 1. cap. 98. ex Pseudo-Julii secunda lib. 1. cap. 144. 170. & ex prima lib. 1. cap. 175. ex Pseudo-Felicis secundi priore lib. 1. c. 141. 163. 167. 180. 221. 222. lib. 16. cap. 11. ex Pseudo-Damasi quinta lib. 1. cap. 153. 156. 172. 179. lib. 16. cap. 31. ex Pseudo-Anastasii priore lib. 3. cap. 103. & ex posteriori lib. 19. cap. 129. ex Pseudo-Felicis quarti secunda lib. 3. cap. 57. 58. ex Pseudo-Jannis secundi, priore lib. 3. cap. 32. ex Pseudo-Pelagii secundi, nona lib. 3. cap. 69. ex Pseudo-Gregorii epist. ad Felicem lib. 7. cap. 19. ex Pseudo-Deusdedit lib. 17. cap. 44. Præter-

(30) Quæstiones spurcissimæ etiam sequiori sexui proponendæ, ut arbitratur hoc loco Maastrichtius, quæ in antiquissimo codice Burchardi in Bibliotheca Illustrissimi Canonorum Capituli Cathedralis Ecclesiæ Lucanæ asservato legi possunt, maximam indicant ea ætate, in Burchardi Diœcesi corruptionem morum extitisse inter fideles: Quæstiones tamen hujuscemodi non cuiilibet pœnitenti fuisse proponendas tenemus pro certo; cum potius ea methodo scriptas opinemur a Bur-

chardo, ut Sacerdotes, si aliquod ex illis peccatis audirent commissum, facilius pœnitentias pro quolibet eorum designatas in eodem libro, atque Pœnitentibus præscribendas possent memorias sibi commendare, easque pœnitentibus imponere. Verum id unum scimus Ecclesiam semper voluisse, ut pœnitentias Sacramentum, in quantum fieri potest, caste & sancte administretur, ut ex legibus hac de re editis sit palam. W.

terea multa alia congerit nescio unde hausta, quæ tribuit *Evaristo* lib. 3. cap. 17. lib. 18. cap. 16. *Alexandro* lib. 1. cap. 59. lib. 19. cap. 100. *Sixto* lib. 4. cap. 46. *Hygino* lib. 3. cap. 11. 21. 39. lib. 4. cap. 24. *Pio* lib. 3. cap. 72. 124. lib. 5. cap. 27. 47. lib. 6. cap. 37. lib. 8. cap. 18. lib. 12. cap. 4. 15. lib. 15. cap. 10. lib. 19. cap. 63. *Aniceto* lib. 5. cap. 29. *Soteri* lib. 3. cap. 73. 74. lib. 5. cap. 20. 44. lib. 12. cap. 18. *Zephyrino* lib. 8. cap. 40. *Callisto* lib. 18. cap. 2. *Fabiano* lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 17. 24. 25. 36. lib. 7. cap. 21. lib. 9. cap. 30. lib. 10. cap. 59. 60. lib. 12. cap. 40. lib. 12. cap. 8. *Eusebiano* lib. 1. cap. 91. 92. 93. 94. lib. 5. cap. 35. lib. 8. cap. 17. lib. 9. cap. 59. 60. lib. 11. cap. 30. lib. 12. cap. 14. lib. 14. cap. 2. 3. 10. lib. 19. cap. 105. *Marcello* lib. 3. cap. 139. *Eusebio* lib. 3. cap. 99. lib. 8. cap. 19. lib. 9. cap. 13. lib. 13. cap. 17. lib. 14. cap. 7. lib. 18. cap. 11. lib. 19. cap. 110. *Lucio* lib. 19. cap. 69. *Julio* lib. 2. cap. 127. lib. 3. cap. 1. 204. lib. 5. cap. 1. lib. 7. cap. 7. lib. 9. cap. 13. lib. 18. cap. 21. *Liberio* lib. 13. cap. 13. 14. 18. *Felici* lib. 1. cap. 51. lib. 16. cap. 5. lib. 19. cap. 62. *Damafo* lib. 1. cap. 25. *Bonifacio* lib. 1. cap. 73. 73. 184. 202. lib. 3. cap. 26. lib. 11. cap. 17. *Silverio* lib. 3. cap. 23. lib. 5. cap. 19. lib. 13. cap. 12. *Pelagio* lib. 12. cap. 9. Citavit etiam *Pseudo-Isidori* prefationem lib. 1. cap. 42. Quæ cum collegisset Doctissimus Blondellus, in prolegumen. *Pseudo-Isidori* & *Turriani* vapulant. cap. 18. in margine addit: *Scripsit* Burchardus Wormatiensis Episcopus A. D. 1008. teste *Sigeberto*, obit. A. D. 1026. A *Baronio* & *Bellarmino* sanctus habetur, cui tot nugas placuerunt. Plura de vita ejus vide præter auctorem *Anonymum* supra citatum in vita ejus, apud Henricum Pantaleonem de *Viris illustrib.* German. part. 2. pag. mihi 46. & seq. qui an. 996. ad Episcopatum pervenisse, paulo post annum 1025. exactis fere XXX. annis in Episcopatu decessisse dicit. Hoc sæculo immensa illa potestas & auctoritas Pontificis Romani, & Mysterium illud iniqutatis ita stabilitum est, ut merito ad virilem ætatem adscendisse, neque ultra ad surgere potuisse, jure meritoque dici queat. Per octo fere & quod excurrit sæcula in eo desudatum est, sed hoc dænum sæculo ad ænulum pervenit [31]. Sæculo secundo decurrente Victor Papa illud monstrum violenta disputatione de Paschate parturiit, eamque secundum suam suæque sedis sententiam decidi, aliisque præfate obrudere voluit. Sæculo quarto, adserito Metropolitanatu in Concilio Niceno, Romano Italicarum, seu porius Suburbicariarum regionum Metropolitanatus adseritus est. Sæculo quinto Zosimus, Bonifacius I. & Cælestinus Controversiam de appellationibus ad sedem Romanam urserunt, & jura sibi adserere conati sunt in Ecclesiæ Africanas, ita ut & falsi canones pro Nicæni concilio Carthaginensi obrorsi fuerint; vide quæ supra differimus de Zosimi collectione num. marg. 67. & seq. Sed opposuit se synodus, appellationesque transmarinas & jura Pontificum Romanorum inhibuit. Sæculo sexto precipite Gregorius Magnus cum Constantinopolitano de primatu contendit, quem fugere & abominari se simulabat. Sæculi septimi initio Bonifacius probata impietate Phocæ, ab eo primatum obtinet, manentibus tamen perpetuis imposteriorum disputationibus inter Romanos & Constantinopolitanos Episcopos [32]. In Occidente vero feliciter successit primatus, & passim Ecclesiæ eum agnoverunt. Sed Principis seu Imperatores Romano-Germanici, nimium potentes adhuc erant, Pontifices ipsos & Episcopos passim constituebant, vel approbabant, investiebant, & juramenta fidelitatis exigebant, quibus multos ubi obstringebant. Hoc itaque aboleri adhuc debet, ut potentia Papalis etiam super solium Imperatoris adscendere posset: Istud hoc sæculo audacissime aggressus est Hildebrandus; qui natione Tuscus Soannensis, professione Monachus Cluniacensis, malis artibus, ut Benno Cardinalis & Archipresbyter Romanus testatur, ad Pontificatum maximum anno 1073. pervenit; cum antea sub aliquibus Pontificibus Papa fuisset, omnia jura Imperatorum invertit, & sumptuam Episcopo Romano potestiam aderuit. Ipse sine consensu Imperat. ad Episcopatum venit, investitures laicales publicato decreto proscriptis & prohibuit, Imperatorem excommunicavit, & Imperio privavit, totam denique in republica Romano-Germanica mutationem induxit. Vide rem accurate excusam & traditam a Mornæo in mysterio iniqutatis [33]; & perpende hæc Onuphrii Panvinii verba de eo, in vita ejus: *Huic uni, inquit ille, cum dignes*

255. Potentia Romana ad summum culmen sæculo XI. surrexit.

256. Gregorius VII. alias Hildebrandus potestia Papalis stabilitor.

[31] Omnes ubique Terrarum Orthodoxi de primatu Summi Pontificis sancti Petri in Cathedra successoris divinitus instituto, & de fine, & de scopo exercenda hujus summae potestatis, ad religionis videlicet incrementum, & ad ædificationem Ecclesiæ consenserunt. Hinc a Romanis præfulibus ad quilibet Christiani Orbis partes Legati, dum opus erat, mittebantur antiquioribus etiam Ecclesiæ temporibus, censuratum fulmina vibrabantur in Episcopos, & alios quoque, ordinationi Pontificis obedire renuentes, aliaque supremæ auctoritatis exercabantur officia, ut Thomassinus de veteri, & nova Ecclesiæ disciplina Part. 1. lib. 1. cap. 6. tradit, quin ullus catholicorum in dubium aliquando hanc Pontificis jurisdictionem revocaverit, quidquid in oppositum Maastrichtius, aliique garriant blasphemati reformatores. Hac de re videatur nota [a] ad cap. 1. libri 3. Francisci Duarenii de Ecclesiast. Minist. & Benefic. W.

[32] Vaferrima in Santissimos Victorem, Zosimum, Bonifacium, aliquoque Pontifices Maastrichtii blasphemia. Observat. (2) in nota ejusdem Maastrichtii ad Dialegos Augustini arque in nota (7) precedenti satis rejecta est. Metropolitanus autem Romano-Pontifici in Concilio Niceno adversus quidem, sed non concessus fuit. W.

[33] Quam impias, quam blasphemias, sui tertianni virus spumas, in sanctissimum Pontificem Gregorium VII. hoc in loco eruttare Calvinianorum more

conatur Maastrichtius! sed vincat veritas necesser est, five negantem, five continentem. Ad quatuor priorum Ecclesiæ sacerdorum disciplinam, quam sepe Reformatores, dum in Romani Pontificis auctoritatem arietant, nos provocare non desinunt; ecce at eamdem, ætam, cum de Imperatorum jurisdictione circa Pontificum electionem disputare volunt, non revertuntur? Veritate reformant Hetherodoxi, idcirco debacchari potius in sanctos catholica communionis viros, quam eorum gesta accurate disquirere malunt. Compertum itaque est primam omnium sacerdotalium Principium constitutionem, quæ Romani Pontificis electionem cum Imperatoris consensu facienda prescribat, esse, quam Rex Odoacer statuit, atque in synodo Romana sub Symmacho Papa anno 502. lecta, eaque tanquam sacris canonibus contraria reprobata fuit, ut accusatores Historici testantur; ante vero libera semper extitit electio Pontificum, quamadmodum in agnaliis Italiciis ad annum 526. celeberrimus Muratorius confiteretur. A Theodosio tamen, & Athalarico Regibus ius aliquod in Pontificum electionem fuisse usurpatum, ac postea, cum aliqua tamen interruptione, servatum fuisse Ecclesiastica monumenta palam faciunt. Gregorius denique VII. primum canonicum observantium restituit, arque libertatem electionum, quibus jure divino concessæ erant, vindicavit. Legatur hac de re nota. (16) ad cap. 1. lib. 3. Duarenii de Ecclesiast. Minist. & Benefic. Quibus tandem ar-

257. *Eius
DICTATUS.*

omnes Latina Ecclesie, tum precipue Romana acceptum referre debet, quod libera sit & ab Imperatorum manu eruta, quod tot divitiis, opibus, & prophana ditione locupletata; quod Regibus, Imperatoribus, Christianis Principibus sit prelecta: a quo postremo, ut omnia verbo uno complectar, maximus iste eximiusque status, in quo Ecclesia Romana est omnium Christianorum domina, cum antea tanquam vilis ancilla non ab Imperatoribus modo, sed a quavis principe Romani Imperatoris presidiis fulta, premeretur: ab hoc maxime illius & omni seculo tremende venerandeque Romani Pontificis & infinite pene potestatis jus manavit. Nam et si ante Romani Pontifices, tanquam Religionis Christianae capita, Christique Vicarii & Petri successores colerentur; non tamen eorum auctoritas ultra protendebatur, quam in fidei dogmatibus vel afferendis vel tuendis. Ceterum Imperatoribus suberant; ad eorum nutum omnia siebant: ab eis iudicare vel quicquam decernere non audebat Papa Romanus. Primus omnium Romanorum Pontificum Gregorius VII. armis Normannorum fatus, opibus Comitissae Mathildis mulieris per Italiam potentissime confisus, discordiaque Germanorum Principum bello civili laborantium inflammitus, preter majorum morem contempta Imperatoris auctoritate & potestate, cum summum Pontificatum obtinuisse, Cæsarem ipsum (a quo si non electus, saltem confirmatus fuerat) non dico excommunicare, sed etiam regno imperioque privare ausus est. Res ante ea secula inaudita. Non fabulas, que de Arcadio, Anastasio & Leone Iconomacho circumferuntur, nihil moror. Unde Ottobus Frisingensis horum temporum Scriptor: Lugo, inquit, & relogo Romanorum Regum & Pontificum gesta, & nusquam invenio aliquem eorum ante hunc Henricum a Romano Pontifice excommunicatum vel regno privatum &c. Hoc regno & potestate stabilita, & leges seu canones ei congruentes singi & cudi debuerunt, qui explosa simplicitate & humilitate Apostolica veteri, splendorem Imperii & vicarii Christi redolerent, & culmea illud potentia imposterum moderarentur & defenderent. Huic rei DICTATUS suos invenit Gregorius apertissimos nomine & omne ad finem obtinendum quem intendebat; De his ita Onuphrius Panvinius loc. cit. Gregorius in media quadragesima, inquit, Rome in Basilica Lateranensi, quæ Constantiniæ appellatur, primi synodus generali multorum Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prelatorum congregavit; in qua circa triginta elidit capitula, seu canonos, quos DICTATUS appellavit: quorum major pars ante parum in usu fuerat, & a nemine predecessorum suorum unquam attentata; verum ad firmi simum Ecclesiæ statum jaciendum, & ad omnia tentanda, que animo agitabat, idonea. DICTATUS hi a Cæsare Baronio in Annalibus ad annum 1076. num. 31. 32. & 33. tanquam PRIVILEGIA APOSTOLICE SEDIS ET ROMANI PONTIFICIS memorantur, ubi de iis ipsius Gregorii septimi lib. 2. Epistolam 55. laudat, & ex iis Dictatus PAPE appellatos scribit. Eos tanquam ipsius Gregorii collectionem, in perpetuam Pontificia almighty monumentum subiicit. Sunt autem viginti septem sequentes:

- I. Quod Romana Ecclesia a solo Domino sit fundata.
- II. Quod solus Romanus Pontifex jure dicatur universalis.
- III. Quod ille solus possit deponere Episcopos vel reconciliare.
- IV. Quod Legatus ejus omnibus Episcopis presit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adversus eos sententiam depositionis possit dare.
- V. Quod absentes Papa possit deponere.
- VI. Quod cum excommunicatis ab illo, inter cetera nec in eadem domo debemus permanere.
- VII. Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere, novas plebes congregare, de canonice Abbatiam facere, & contra, divitem Episcopatum dividere, & inopes unire.
- VIII. Quod solus possit uti Imperialibus insigniis.
- IX. Quod solius Pape pedes omnes Principes deosculentur.
- X. Quod illius solius nomen in Ecclesiis recitetur.
- XI. Quod unicum est nomen in mundo, Papæ videlicet.
- XII. Quod illi licet Imperatores deponere.
- XIII. Quod illi licet de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.
- XIV. Quod de omni Ecclesia quocunque voluerit, clericum valeat ordinare.
- XV. Quod ab illo ordinatus alii Ecclesiæ praesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiore gradum accipere.
- XVI. Quod nulla Synodus absque precepto ejus debet Generalis vocari.
- XVII. Quod nullum Capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur absque illius auctoritate.
- XVIII. Quod sententia illius a nullo debeat retractari; & ipse omnium solus retractare possit.
- XIX. Quod a nomine ipse judicari debeat.
- XX. Quod nullus audeat condemnare Apostolicam Sedem appellantem.
- XXI. Quod maiores cause cuiuscunq; Ecclesiæ ad eum referri debeat.
- XXII. Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum Scriptura testante errabit.
- XXIII. Quod Romanus Pontifex si canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficietur sanctus, testante sancto Ennodio Papiensi Episcopo, ei multis sanctis Patribus faventibus, sicut in decretis beati Symmachi Pape continetur.
- XXIV. Quod illius precepto & licentia subjectis liceat accusare.
- XXV. Quod absque synodali conveni possit Episcopos deponere & reconciliare.
- XXVI. Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romana Ecclesiæ.
- XXVII. Quod a fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.

Quare haec axioma & egregia sedis Romanae privilegia, quæ a nomine Antecessorum attentata, dicit supra Onuphrius, DICTATUS vocaverit Gregorius, illud non obscure ex ipsis dictatibus colligi potest. Dictaturam summum olim in Repub. Maistratum, & quidem non per sex menses, sed ad Julii Cæsaris exemplum perpetuo illi stabilient & defendunt; a Dictatura itaque recte DICTATUS appellantur.

Ex

atribus ad summum Pontificatum fuerit electus Gregorius, quæ ratione, quæ justitia in Henricum Imperatorem exarserit, affatim nobis describant, qui a percelebri Marotorio in Annalibus Itallicis ad annum Christi 1073. & sequentibus nominantur Auctores, quibus satis Maastrichtii aliorumq; Hæreticorum calumnias, atque mendacia in Sanctum Gregorium

confutata refelluntur. Nullius autem momenti facienda, quæ schismaticus, mendax, impiusque Pseudo-Cardinalis Benno ignorantia non minus, quam intollerabiliter petulanta contra Sanctum Gregorium evomuit. Morari tandem narrationes, & scripta, quæ pretio sint habenda, superius in nota (8) ex Parisiensis facultatis Theologicæ judicio notum fecimus. W.

258. *Quæ
re DICTA-
TUS vocati.*

259. *Ex di-
ctatibus bisco-
trevit jus Ca-
nonicum &
nomen adsum-
psit juris.*

Ex iis in emensum crevit Jus Ecclesiasticum; nam cum appellationes omnes sibi Romana sedes, & cognitionem in causis Episcopibus & aliis majoribus, solus Pontifex adsereret, jam non tantum canones circa dogmata & personas ritusque Ecclesiasticos, quæ antea fere objeta canonum erant, occupati; sed & de litibus & disceptationibus forensibus ordinandis & dirigendis solliciti fuerunt [34]. In tota Dionylii Exigui & aliorum antiquorum Collectionibus nil de litis contestatione, & similibus aliis ad processum pertinentibus legitur; nunc vero magna pars Juris Canonici absolvitur, titulis, de officio & potestate Judicis ordinarii & delegati, de Treuga & pace, de pactis, de transactionibus, de postulando, de procuratoribus, de syndico, de his, quæ vi metuva facta sunt, de arbitris, de alienatione judicii mutandi causa facta, de foro competente, de libelli oblatione, de plus petitionibus, de causis possessionis & proprietatis, de missione in bonorum possessionem, de attentatis, de sequestratione possessionis, de testibus, fide instrumentorum, de prescriptionibus, de sententiis, de appellationibus, & similibus rubricis ad Jus Civile pertinentibus, ut hodie modus litigandi in jure Canonico præscriptus sit concinnior, perfectior, & accurrior, quam quidem ille, qui in jure civili est descriptus, ideoque passim receptum, eum pleraque tribunalia sequuntur [35]. Quare nec immerito Canones ab hoc tempore nomen perdiderunt, atque *Juris* illud adsumpserunt; & ad differentiam *civilis*, prius nomen proprium & substantivum distinctionis gratia in appellativum & adjективum *Canonici* commutatum est. Habuerunt quidem prisci Episcopi indulgentia Principum *audientiam*, seu notionem causarum quarundam inter eos, qui sponte ad eos irent, in eosque tanquam arbitros compromitterent, id pii Principes a temporibus Constantini videntur detulisse Episcopis, ut pacem inter Christianos. soverent & redintegrarent; Jurisdictionem autem nullam habuerunt. Non moror hic leges tres suppositicias de iudicio Episcopali, quæ additæ sunt Codici Theodosiano; harum enim sicut ut & totius appendicis Codicis Theodosiani a Sirmundo editæ supplicationem Doctissimus & Solertissimus Jacobus Gothofredus, in elaboratissimis ad Codicem Theodosianum Notis & Commentariis, affatim & luculenter demonstravit tom. VI. pag. 303. & seqq. In hac per gratiam concessa audientia juxta Regulas Christianæ pietatis & sacræ scripturæ, item leges Imperatorum judicabant, non ipsi leges. ferebant, nec forum habebant, aut cum strepitu judicii causas audiebant; ut totum hoc, quod habuerunt Episcopi, sit tantum indulatum quoddam Imperatorum, ad ressecandas & cito componendas lites. Videturque primum ex consuetudine non mala inter Christianos, sub Principibus Ethnicis invaluisse [occasionem dante Apostolo 1. ad Cor. v. 1.] ut clanculum ad Episcopos irent, qui controversias haberent; postea sub Principibus id esse firmatum, & ex gratia probatum, tandem ut exempla non subsistunt, ubi incipiunt, in ius conversum esse, sibique plura arrogare & pedetentim extorisse ab Imperatoribus Episcopos, potissimum Romanos; Qua de re aliorum latissimæ tractationes inspici possunt, quæ docent, quomodo audientia in jurisdictionem, voluntaria aditio in necessitatem, arbitrium in legem transferit. Quod male pro moverunt, hi *Dicitatus* Gregorii septimi, ut non immerito Auctor Apologiae Cleri Leodicensis dixerit, *ultimam manum sacris Canonibus imposuisse* solum Hildebrandum; qui si tantam, quantam sibi potestatem arrogavit, haberet, solus condenda legis & juris potestatem sibi jure meritoque arrogaret; nec tum minus ejus Canones & *Dicitatus*, quam civilia placita nomen *CORPORIS JURIS*, si Deo placet, ferre merentur. Ipos dicitatus examinare, ut non est nostri instituti, ita nec operis nostri ratio id patitur: facile alias esset adserere Onuphrii Panvinii sententiam; quod major pars eorum, imo omnes antea in usu non, sed recenter a Gregorio introducti fuerint. Aliquid praestitit hic Doctiss. Mornaeus in *Mysterio iniquit. mihi* pag. 223. Editionis Goriehem. anni 1662. qui de ipso Gregorio, ejusque artibus, p. 226. & seq. videri potest. Sed vocat nos series ad alios Collectores.

Cum Gregorio septimo vixit Anselmus Mantuanus, quem Alexander II. ad Episcopatum Lucensem A. D. 1073. destinavit, & ob investituras ad Imperatorem miserat, a quo primum detrectavit accipere, postea vero accepit investituras & Episcopatum, sed relicto eo se in Cluniacense Monasterium abdidit, ex quo Gregorius septimus eum, tanquam causæ sue utiliæ, revocavit, & Episcopatu[m] Lu[ci]ensi, siquidem fides habenda anonymo vita ejus scriptori, a Baronio laudato, præfecit. Ludov. Jacob. a S. Carolo, lib. 2. Bibl. Pontif. pag. 267. facit ex eo Cardinalem presbyterum. Hic causam Gregorii contra Henricum Imperatorem defendit, ideoque charus ei fuit. Scripta ejus refert Baronius ad Ann. 1086. quo mortuus est Anselmus, ex Anonymo illo vita ejus scriptore, qui ejus penitentiarius fuit, & quidem ipsius verbis: *Ex multis ac diversis sanctissimorum Patrum voluminis unum compilavit Canoniarum sententiarum non modicum Corpus.* Extat illud ipsum integrum jam cusum. De quo ipso volume in vita illa prolixius scripta haec leguntur: *Apologeticum unum ex diversis sanctorum Patrum voluminis compilavit, quibus Domini Pape sententiam & universæ ejus facta, atque precepta canonicae defendere rationibus. Multos libellos propriis manibus conscripsit. In lamentationes Hieremie dulcissimam fecit expositionem. Psalterium quoque rogatu benedictissime Dei [ex quo famosæ Fœminæ elogio,* de.

[34] Mirum in modum pravo genio reformatores adversus Romanæ Ecclesiæ Pontifices ferri se sinere offendunt. Quandoquidem si quid ab illis bene gestum ab Historicis pluribus referatur, uno contradicente Mornæo, vel Launojo, vel Blondello, statim apocryphum, dubium, & falsum esse conclamat: Si quid vero in Pontificum dedecus reperiatur conscripturn, id quicunque membranis consignaverit, esto Launojus, & qualisque vir alter contradixerit, verum nihilominus a reformatis prorsus habetur. Unde tanta de rebus iudicandis diversitas, nisi ab animo male affecto atque præcipiti? Launojus igitur ipse, teste Natale Alexandro dissert. 3. in Historiam saeculi undecimi, pernegrat in Epistola ad magistrum Antonium Faurum Parisiensem doctorem dicitatus: illos viginti septem, genuinum esse Sancti Gregorii VII. fætum, Launoii opinionem ipse Natalis tuetur. Videat modo Mastris-

chius, videant Calviniani; quo valido fundamento in Sanctum Pontificem succenseant. Pontificum Tribunal, prout Pontificum est, de causis solummodo Ecclesiasticis disquirit, causas autem mere civiles nequaquam agnoscit. W.

[35] Solitam hic audimus Hæreticorum cantilenam dictaria videlicet, atque obtræstationes in ipsam canoniam legem, ut Ecclesiæ autoritatem, vel depriment, vel saltē irrideant. Explicatus quidem nostris hisce temporibus jus Canonicum intuemur, ut in se rendis iudiciis de Ecclesiæ rebus & Personis fraudis evitentur, & adiutori. Ceterum Episcoporum ab antiquis Christianismi saeculis fuisse Ecclesiasticas dirimere lites atque sententias proferre satis in nota [a] ad cap. 4. lib. 1. Duaren de Ecclesiast. Minister. & Benefic. demonstratum est. W.

260. Anselmus Lucensis, quo tempore vixerit.

261. Scripta ejus.

de scriptore hoc conjectura capi potest, quantum ei sit deferendum] *Mathilde, exposuit luculentissime breviter quidem, sed utiliter, usque ad illum locum: Benediximus vobis in nomine Domini; ibi siquidem expositionem finivit, nobisque omnibus ut alter Patriarcha Jacob benedixit.* Apologia ista est scripta contra Guibertum, ut Baronius & alii vocant, Antipapam, qui ab Imperatore & synodo, Abdicato Gregorio suffectus erat. Extat in *tomo 6. Antiq. Leet. Henr. Canisii*, vide, & Sigebertum de *Scriptoribus Eccles. cap. 161.* & *ibid. Miræum in scholiis Biblioth. Eccles. pag. 156.* Memorata hæc ejus Collectio canonum utramque fere paginam facit in emendatione Gratiani, jussu Gregorii facta, & apud Anton. Augustinum, de emendat. Gratiani. Qui eam tamen in dubium videtur vocare, *lib. 2. dia. 5. princ. fere, ubi hæc habet: Deus dedit Urbani secundi tempore scriptum, item Anselmus Lucensis, sive is, cuius collectionem habemus, & Dial. 1. lib. 1. pag. 5. Anselmi Lucensis voluminis inscriptionem siue nomine ejusdem in tribus libris legi: Unius eorum hec est.* Incipit authentica & compendiosa collectio regularum & sententiæ sanctorum Patrum & auctorabilium Conciliorum. Et postea pag. 7. *Anselmus hoc titulo: Authentica collectio regularum sive canonum: collectiones suas vocat.* Ita enim solemus loqui, de eorum scriptis, de quibus dubitamus. In utramque Opus Anselmus rerulit suppositias Epistolas Collectionis Isidori Mercatoris. Libro I. advers. Guibertum Antipapam testes advocat Pseudo-Clementem Epist. 3. Pseudo-Prium Epist. 1. & Pseudo-Fabianum Epist. 3. Lib. 2. Pseudo-Callistum Epist. 1. Pseudo-Stephanum Epist. 2. Pseudo-Marcellinum, Epist. 2. In Collectionem Canonum omnes fere Pseudo-Isidori Epistolas in partes discriptas inseruit. Verba sunt Doctiss. Blondelli in prolegomeno. *Pseudo-Isidori, cap. 18. pag. 98.* Epistolarum librum ad diversos ei quoque adscribit Biblioteca Simleri. Ejus canonum collectionem antiquam editam esse ab Anton. Augustino dicit Scottus in *Biblioteca Hispan. pag. 313.* Post Burchardum & Anselmum ad colligendos canones, eodem saeculo xi. præcipite, se accinxit Ivo, natione Gallus, ex praeposito Monasterii Quintini Belluacensis, ordinis Canonicorum, ut vocant regularium B. Augustini, Episcopus Carnutensis in Gallia, anno saeculi undecimi xcii. usque ad annum xiv. saeculi duodecimi. Homo suo tempore clarus, & multis negotiis implicitus, ut quidem produnt epistolæ ejus, cuius fama ob id unicum, a Baronio ad ann. D. 1099. §. 8. Quod de invenituris veritis (laicorum Regum & Principum n̄ mpe) nimis abjecte loquatur; a Baronio in disserim vocatur, & nomen Gloriosum, quod ex defensione Apostolice sedis & Catholicae veritatis sibi dignissime comparaverat, in disserim adduxisse dicitur. Ita facile pereunt cuncta, quæ fecisti bona, etiam nomen Gloriosum meritissime comparatum, si vel literula, etiam alias secundum veritatem scripta, exciderit contra sententiam Papæ Romani. Scripta varia. Librum de corpore Domini, qui extat in bibliotheca Patrum, tom. 3. Volumen Epistolarum ad diversos. De divinis & Ecclesiasticis officiis & præcipuis Festis diebus Sermones XXI. qui cum aliis de divinis officiis Scriptoribus uno volumine prodierunt Colon. Agrippinæ 1568. præter hæc, ad institutum nostrum facientia duo sub ejus nomine habentur scripta, quibus canones colliguntur & digeruntur, *Decretum & Pannomia.* Primum Opus indubitate ab omnibus adscribitur Ivoni; Ad id putatur accensus opere Burchardi Wormatiensis; quod ejus collectioni leges civiles & jura Romana, deinde alia quædam, ob novam, ut putat Berengarii heresim, potius veritatem, deesse censeret. Primum videbat factum a Græcis, apud quos Nomocanones in usu, hactenus apud Occidentales ignoti, qui contenti canonibus Ecclesiasticis, leges Imperatorias Ecclesiasticas quidem sequebantur, sed Corpori Canonum aut Collectionibus nondum inseruerant, aut sufficere arbitrabantur Caroli & aliorum Capitularia, in quibus ea simul habebantur. Burchardus enim Juris civilis non meminit, latebat enim adhuc ejus tempore. Codicis Theodosiani semel iterumque facit mentionem. Ivo in omnibus fere sequitur Burchardum, ab eo parum verbis & ordine discedit. Dispescit decretum in libros seu partes decem & septem; quorum non opus contenta referre, ex superioribus quæ de Burchardi collectione diximus, satis manifesta esse possunt. Alterum opus ejus nomen referens, est *Pannomia*, vel *Panormia*, ueroque enim modo legitur. Posteriori appellatione utitur plerumque Anton. Augustinus passim in emendat. Gratiani. Alii melius *Pannomiam* vocant, ut tota compositio sit Græca a πᾶν & νόμῳ; quia omnis generis leges complectitur, quæ in *Panomia* est partim Latina, quod tamen non est novum. Hoc opus Ivonis non esse, recte Bellarminus, *de scriptor. Eccles. in Ivone & Gratiiano*, censet; *Quia multa lib. 8. sunt decreta ex Innocentio secundo Papa, & ex historia Sigeberti, qui Ivone posteriores fuerunt. Vocari tamen Ivonis, quia ex decreto Ivonis maxima ex parte sit desumptum, est enim quasi compendium Decreti Ivonis.* Sedit autem Innocentius secundus. ab anno 1130. usque ad 1143. Sigebertus vero Gemblacensis mortuus est anno 1112. vide scholia Miræ ad Sigebertum, in bibliothec. Ecclesiast. pag. 158. Cavendus itaque error Antonii Contii duplex. Unus quod utriusque operis facit auctorem Ivonem, alter quod utrumque opus scripsisse tradat circa annum Christi 1136., quo tempore jam per viginti præter annos Ivo ex vivis exceperat, si credendum Baronio, qui ad ann. 1114. §. 14. circa ann. 1114. mortuum coniicit, aut saltem tempora Paschalis secundi Pontificis non excelsisse probat, qui anno 1118. mortuus est: quia in Catalogo Episcoporum Carnutensis ab hoc tempore alius invenitur Gothofredus quidam, ad quem extant quædam Epistolæ Bernardi. Quam Baronii conjecturam postea compri firmatam ab Auctore Magni Chronicæ Belgici, cuius auctor perhibetur Canonicus quidam Regularis S. Augustini prope Nauiam, qui expressit Annū Obitus Ivonis, eumque ponit in Annū X. Henrici V. Imperat. quem Patri Henrico successisse scribit Anno 1107., ut Mors Ivonis in Annū 1117. collocanda sit; citat ille Wernerum in fasciculo temporum Auctorem, verba ejus adfero in addendis ad num. 269. pag. 311. lin. 23. Ex quibus appetet Ivoam nostrum cum Sigeberto vixisse, & aliquot annos supervixisse, Innocentio autem secundo posteriorum & falsum fuisse Bellarminum, qui utrumque Sigebertum & Innocentium secundum Ivoni posteriorum facit; Quod ideo forte fecit, ut eo melius posset semel probatos lib. 2. de Pont. Rom. c. 29. lib. 1. de Cleric. c. 9. & lib. 1. de translat. Imp. cap. 13. canones 22. & 23. dist. 63. apud Gratianum, falso falcatris arguere, & tanquam a Sigeberto confictos, monitus in retractatione Operum & lib. de Scriptoribus Eccles. reliicere: quos tamen vindicarunt præter M. Ant. de Dominis lib. 6. de rep. Eccles. cap. 7. opero Goldastus, in *Rationali ad constitut. Imper. & in replicat. cap. 13.* Item Clarissimus Conring. *de Germanor. Imper. Roman. cap. 6.* & de constitut. Episcop. §. 27. & 28. Anton. Augustinus quanquam non obscure abjudicet Pannomiam Ivoni, purat tamen Innocentii addita esse Pannomiae non partem operis facere. Sed est hæc tantum conjectura ejus, ut ex his lib. 2. dia-

261. *Ejus Collectio Ca-nonum.*

262. *Ivo Carnutensis.*

263. *Ejus scripta.*

264. *Canonum collectio-nes ejus nomen referentes.*

265. *Decretum.*

266. *Pan-nomia.*

267. *Error Contii du-plex.*

Historia Juris Ecclesiastici. lxxiii

logo s. princ. colligi potest. C. Apud Iwonem extrema Panormia Innocentii minoris verba referuntur, quā Callijto posterior fuit. A. Negare possum Iwonis eum librum esse. Sed malo hoc affirmare, additum esse concilium Innocentii Panormia non esse partem ejus collectionis. Ostendere possum veterem librum, in quo neque id concilium, neque nomen Iwonis, neque exceptionum prefatio continetur. Et in Epistolis Iwonis ea prefatio temporibus Paschalis minoris scripta est. Quomodo alias idem Augustinus opera Iwonis distinguat in Pannormiam & Excerptiones, tradit hinc in Dial. i. lib. i. pag. 4. in dialog. 9. lib. post. pag. nostrae Editionis 440. Iwonis, inquit, nomine, duo libri nuncupantur, quos te video Panormiam & Excerptiones appellare, & dubitare utrum ejusdem sint scriptoris. Panormia usus fortasse est Gratianus. Excerptiones non vidisse existimo. Illud tamen certum Iwonem scripsisse decretorum Volumen ante mortem Sigeberti, meminit enim ille ejus & decreti de Scriptorib. Eccles. cap. 167. sed meminat folius decressi quod vocat Volumen Canonum insigne non pannomiae; quod quoque argumentum est Panomiae Auctorem non esse Iwonem, sed alium post ejus mortem. De utroque volumine haec habet Ant. Contius: Secutus est, inquit, Ivo Episcopus Carnotensis, qui in certos quidem locos & titulos illos canones ab Isidoro & Burchardo editos digestis: sed multa tamen similia, multa inter se pugnantia in suum librum translatis, & librum suum Pannomiam inscripsit. Ceterum duplex ejus volumen hoc titulo insignitum reperi. Unum majus & magnitudine sua longa excedens Gratiani volumen, quod ex Bibliotheca S. Victoris Parisiensis nobis aliquando communicatum est. Huic volumini inscriptum titulum hunc invenimus, DECRETA JOVINIANI. Verum hanc inscriptionem falsam esse puto, & ignorantia librariorum adscriptam, cum eadem illic sit prefatio, que apud Iwonem in minore volumine Panomiae, & idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes, & titulos, & canones, in septendecim quippe partes divisum. Aliud vero minus volumen, quod & in eadem Bibliotheca extat, & passim in aliis, cuius etiam manuscriptum exemplar nobis comparavimus [nam & olim in Germania impressum est, sed mendozissimum] in septem duntas partes est divisum. Inscrifit autem hoc volumen in predicta Bibliotheca DECRETA PARVA IYONIS. Quod dicit decretorum volumen vocatum in Manuscripto, Decreta Joviniani, est error scribentium, si modo recte legit Contius, levi mutatione recte vocatur, Decretum Iyonianum. Auctorem Panomiae Pancirollus, de claris Legum interpret. lib. 3. cap. 1. pag. 403. facit Ugonem Catalauum non diu post editum opus ab Ivone, illud contrahentem. Sed ex quo auctore id habeat non addit. Monstravit mihi postea Doctiss. Baluzius in Prefatione ad Anton. Augustinum de Emend. Gratiani, §. XX. id haustum esse ex Vincentii Bellovacensis Specul. Histor. lib. 25. c. 84. ubi testatur Hugonem illum ex voluminae Decretorum Iwonis abbreviato libellum portatilem composuisse, qui Summa Decretorum Iwonis appellatur. Habet ibidem quendam de Epitome quoque Decretorum Burchardi, quā supra neglecta sunt, quare totum locum addo, maxime cum non veretur liber in omnium manibus: Post Isidorum, inquit, Burchardus [c. 2. 73. distinct.] Wormatiensis Episcopus rudem indigestamque illius Decreti molem methodice ordinavit, ac primus Jus Pontificium in sua loca digestum xx. libris complexus est, qui ob longe lectionis tedium intermissi brevi interiere. Nam que ejus nomine circumfertur Epitome plures quidem libellos, sed vix sextam iusti operis partem continent. Cum vero novis exortis sectis, etiam Berengarius in Sacrofanciam Eucharistiam blasphemus extitisset, Ivo genere Gallus, qui primo Canonicis a D. Augustino institutis presentis postea Carnutensis Antistes fuit, post annos nonaginta, quam Burchardus scriptis, preter alia opuscula, amplissimum Decretorum volumen decem, & septem libris distinctum concinnavit, in quo Burchardum omnino secutus verbis, aut ordine parum ab eo discessit. Quasdam tamen veterum Scriptorum sententias adversus Ecclesie turbatores, & multa ex Jure nostro Civili testimonia adjecit, que ille, velut parum suo instituto necessaria, omiserat, vel quod juribus Romanis non dum apparentibus Caroli Magni tantum leges, vulgo Capitula vocata, frequentabantur; nuncquam enim Juris civilis, & bis tantum Codicis Theodosiani meminit. Ceterum Iwonis opus cum alia, & ipsius etiam Isidori Decreta magnitudine superaret, Ugo Catalaunus, non multo post quam scriptum est, in compendium rededit, ac Pannormiam, sive Sunniam Decretorum Iwonis nuncupavit. Ea etiū tota mendis, & erroribus sebat, adjutus Gratianus plura inde, & ex Burchardi Epitome excerpit, autographi enim texturam, aut Burchardi nuncquam vidisse videtur, cum errores in compendiis inventos in suum opus translulerit. Et postea cap. 3. Ceterum Burchardi & Iwonis decretis ob librorum magnitudinem negligitis, eorum tantum compendia, quorum minimus, legebantur, in usque erant. Inveni postea Hugonis hujus mentionem apud Wernerum Rolevick in fasciculo temporum, ad Ann. Christi. 1104. editionis Pistorii fol. 75. ante faem. Ivo Carnutensis Episcopus abbreviando compilavit Decretum Apostolicum post Isidorum, & post eum Hugo Catalaunensis, post quem Gratianus. Item auctor Magni Chronici Belgici, Anno Henrici V. Imperatoris decimo haec habet: Isto anno (Henrici V. decimo) obiit Ivo Carnutensis Episcopus Vir multarum virtutum, (ut dicit Helinandus) & litterarum, qui decreta abbreviavit, & multa alia utilia scriptis. Ita Ivo Carnutensis Episcopus abbreviando compilavit Decreta Apostolica. Post Isidorum, & post eum Hugo Catalaunensis, post quem Gratianus, Hec Wernerus in fasciculo temporis. Edidit Decretum Iwonis Eovanii feculi superioris anno sexagesimo primo Joannes Molynæus, Pannomia prodit Basilea anno 1497. Opera Iwonis omnia prodierunt Parisis A. D. 1647. Conspurcata est utraque collectio & Decretum & Pannomia quisquiliis & fictis aut suppositiis Isidori Mercatoris decretalibus, item multis aliis fictis & suppositiis Decretis. Quarum bene longum & accuratum Catalogum contextum vide apud Doctiss. Blondellum in Pseudo-Isidoro vapulante cap. 18. pag. 100. & seq.

Eodem, quo Ivo, tempore, vixit, sed ante Iwonem scriptis, Deusdedit Romana Ecclesie Presbyter Cardinalis tituli SS. Apostolorum, ut dicit Baronius ad ann. 1080. n. 30. postea ad ann. 1087. n. 22. tit. S. Eudoxiæ, qui tamen est unus idemque. Hujus duplex extat scriptum, primum de Privilegiis Romanae sedis, & alterum COLLECTIO CANONUM. Quem tractatum Blondellus putat scriptum anno 1080. sed falso; est enim inscriptus Victori tertio, qui deinde anno 1086. ad Pontificatum Urbis Romæ pervenit, melius itaque coaeritur cum Baronio in annum 1087. Hic tractatus quadripartitus est, cuius ipse rationem reddit hac Praefatione ad Victorem tertium:

Beatissimo atque Apostolico viro Pontifici domino Pape Victori Tertio, & Clero sancte Romanae Ecclesie Deusdedit exiguis presbyter tituli Apost. in Eudoxia.

Novit beatitudo vestra, quod sancta Romana Ecclesia idcirco omnium Ecclesiarum mater scribitur & creditur &c. Itaque ego auctoritatis ipsius Romanae Ecclesie privilegium, que omni Christiano orbi presidis.

Tom. III.

k

269. Ugo
Catalaunus au-
tor Panno-
mie.

270. Com-
pendia Bur-
chardi & Iwo-
nis tantum in
uso.

271. Edi-
tiones Decreti
Pannomiae &
operum Iwonis.

272. Isido-
ri Mercatoris
spuriis decre-
tales in opus
suum adsum-
psit.

273. Deus-
dedit Cardi-
nalitatis collectio
canonum, &
aliud scriptum
de privilegiis
Romano se-
dis.

ni-

Ixxiv Gerhardi Von Maastricht

minet, ignorantibus patefacere cupiens, Domino mihi opem ferente, ex variis sanctorum Patrum & Christianorum Principum auctoritatibus potioribus, quibusque in unum congettis, prefens defloravi opusculum, quadrifaria disparitum partitione. Nam primus liber continet privilegium auctoritatis ejusdem Romane Ecclesie. Et quoniam sine Clero Ecclesia esse non potest, nec Clerus absque rebus, quibus temporaliter subsistat, huic subjunxi secundum & tertium de Clero & rebus ejusdem Ecclesie. Quia vero seculi potestas Dei Ecclesiam subjugare nitiuit: libertas ipsius Ecclesie & Cleri & rerum ejus tertio, & maxime quarto libro evidenter ostenditur.

Ex hac Praefatione patet, quo partium studio scriperit hic Cardinalis. Alterum ejus scriptum est Collectio canonum. Utriusque meruit Indiculus liorum, quem emendatores Romanii prefigerunt Corpori Can. seu Gratiani, ubi utrumque opus hoc modo citatur. Deusdedit Cardinalis Collectio canonum, & libri quartus de rebus ecclesiasticis; additur: accepisse emendatores hos libros Manuscriptos ex Bibliotheca Vaticana. Typis descriptos extare non novi, Manuscripti in bibliothecis adhuc adservantur. Præter Vaticanam, habuit exemplar Antonii Augustini, ut testatur passim ejus citatio, & provocatio ad Cardinalis Deusdedit lectionem in libris de emendat. Gratiani, in quorum 2. dialog. quinto, pag. 386. no[n]tr. edit. dicit Deusdedit, Cardinalem, scripsisse tempore Urbani secundi; quod forte verum de Collectione Canonum, quam tamen Blondellus post tractatum de privilegiis sedis Romanæ scriptam arbitratur; Minutus Baronius a terius adhuc operis, quod latet in Bibliotheca Vaticana Manuscriptum, ad ann. 1057. n. 23. quod concilio itidem ex canonibus esse corrasum. Vocat id Baronius nobilem lumen adversus invasores, Simoniacos & reliquos schismatics: opus, addit, egregium, elaboratum ab eo tempore Urbani Pape successoris Victoris Pontificis. Collectionem canonum Deusdedit compilatam dicit Blondellus ex quicquidius Pseudo Isidor, in Prolegomen. ad Pseudo Isidor. cap. 18. pag. 99. in fin.

274. Gregorii Presbyteri collectio qua Polycarpus dicitur.

Num & in hoc undecimum an sequens seculum referendus sit Gregorius Presbyter, non satis scio, ita obscura est ejus fama & historia; ejus quoque Collectio canonum impressa, quod scio, non est, eam vocavit Polycarpum, forte quia in particulias multas est discepta. Manuscriptam citant ex Bibliotheca Vaticana Romanii Emendatores Gratiani in indiculo, citat quoque Manuscriptam Antonius Augustinus, qui in Praefatione ad Antiqu. Collectiones Decretalium diserte dicit se eo carere; Extare, iuquit, dicitur Gregorii Presbyteri collectio, Polycarpus inscripta, qua nos adhuc caremus. Et hæc verba dele: qui in dialogis ejus meminit. De eo & Bernardo Papenii, item Auctore libri Populeti hæc notat Clarissimus Blondellus, in prolegomenis ad Pseudo-Isidorum vapulans, cap. 18. pag. 99. in fine. Gregorius Presbyter similem collectionem (qualem nimur Deusdedit & Ivo) publicavit, quan Polycarpum nominavit; ut & Bernardus Papenii [de quo tamen nos infra agemus] & Aucto libri Populeti: Sed hæc ad manus non sunt, nec quo tempore vixere auctores nobis compertum est.

275. Bernarus Papensis, & auctor libri Populeti.

Sæculo duodecimo apud Græcos & Latinos, tam in explicandis quam colligendis canonibus gnavoriter desudatum est. Videbantur a temporibus Photii per duo & quod excurrit saecula Græci quiescere, nisi quod Imperatores passim adhuc curam rerum Ecclesiasticarum haberint, & novellas quasdam ad hanc rem ediderint, de quibus postea suo loco dicemus; hoc saeculo iterum ad studium Canonum accedunt; in quo se offert primo Joannes Zonaras, qui magnos in Imperio Constantinopolitano honores primo gessit; Fuit enim Magnus Drungarius, seu praefectus Drungi; Drungus autem est Globus militum: occurrit vox apud Vopilcum & Pollionem. Magni Drungarii duo erant, της Βιγλαν & της σόλης, seu Drungarius vigiliae & Drungarius classis. Postremus Amiralio imperabat Protocomiti, Drungarius inferioribus & Comitibus, ipse soli magno Duci subiectus; alterius munus erat constituere vigilias ex prescripto Magni domestici, & ex his noster Zonaras fuit. Vide late de hoc officio Jul. Cæsar. Bulenger. de Imper. Rom. lib. 4. cap. 37. & lib. 8. cap. 94. Doctiss. Meursium in Lexico Mixobarbar. voce Δρυγγάς Codinum & alios. Fuit præterea Zonaras Protosecretarius. Postea Monachus factus ad scribendum animatum applicuit, & historiam γερμανικῶν seu universalem composuit, usque ad Alexii Comeni Imp. obitum, seu annum 1118. in qua passim Dionem sequitur. Scriptit præterea alia, quæ ad nostrum Institutum faciunt, sunt commentarii in Photii Nomocanone, & Canones Apostolorum, conciliorum Generalium & Provincialium, seu in codicem Ecclesiæ Orientalis, Græce & Latine prodit opus a variis versum Lutetie Parisorum hujus saeculi anno xviii. Et ejusdem expositio canonicarum Epistoliarum ibidem Gr. & Lat. anno xx. Manuscripti Codices passim in Bibliothecis adservantur, vide Theoph. Spizelii sacra bibliothecarum arcana relecta.

276. Seculo XII. inter Græcos & Latinos feruit studium Canonum.

277. Jo. Zonaras.

278. Drungarius Magnus fuit & quis ille.

279. Monachus factus scriptit histriam.

280. Et ad Photii Nomocanone item canones conciliorum.

281. Alexius Aristinus.

282. Ejus σύνοψις seu Epitome canonum.

Post Zonaram inter Græcos Canonistas locum occupat Alexius Aristinus, Diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanae, ut illum appellat Gilbert. Genebraad. in libro de Trinitate. Scriptit ille Epitomen Canonum iussu Imperatoris Joannis Comeni, ut observat Leo Allatius in libro de collatione Ordinum. Factum id saeculi duodecimi anno trigesimo. Inscrbitur opusculum hoc ἡ ὥτο Α'γιστις τοῦ γένους πάντων. Genebrandus gloriatur habere se fragmentum hujus auctoris, quod inscribitur συνόπτης των ὅλων πάντων πάρχει τὸ διαιρεσινῶν αὐτῶν ἐξ τυνόδων, καὶ τῶν μεταξὺ τῶν ἀντών τοπικῶν. Continet hoc opusculum tantum Epitomen, seu Indicem Codicis Canonum Ecclesiæ universæ, servato ordine priorum conciliorum, Nicæni videlicet, Ancyranis, Neocæsariensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodiceanis, Constantinopolitanis, Ephesini, & Chalcedonensis, omissa tamen serie seu consequentia numerorum; additis in principio canonibus Apostolicis tum Sardicensibus, Africanis xxxii. Trullensibus, tribusque epistolis Canonicas S. Basili, ut tradit Christophorus Justellus in Praefatione part. 2. Biblioth. juris canon. veteris, qui & opusculum seu compendium hoc Canonum Græce & Latine in eadem Bibliotheca publicavit. Omni arte caret hæc collectio, & videtur tantum in subsidium memoriaræ composita esse.

283. Constantinus Harnopolius.

284. Quis fuerit.

Clari quoque nominis est, qui vixit hoc saeculo ad medium procurrente, Constantinus Harnopolius in utroque Jure Civili & Ecclesiastico versatissimus; Dignitates ejus indicat titulus, qui præfigitur ejus epitome divinorum canonum, in quo vocatur παντεβασιον τεβασιος, νομοφύλαξ καὶ τοις Θεσταλονίκης κύριος Κωνσταντίος οἱ ἀρμενόπολος. Sebasti & Protosebasti dignitates fuerunt iub sequioribus Imperatoribus cognitæ, quales tamen fuerint, id non satis constat, quædam de iis concessit Jul. Cæsar. Buleng. de Imperio Rom. lib. 8. cap. 5. & Meurs. in Glossario, ex quibus tamen vix quidam

quam colligere possumus, quam dignitates fuisse. Quale quoque officium Nomophylacis Constantino-poli fuerit, id quoque nescimus, vid. Bulenger. lib. cit. cap. 109. De tempore quo vixit, hæc habet Clarissimus Marquard. Freherus, in Chronologia, quam Juri Greco-Romano prefixit ad ann. 1143. Constantinus Harmenopulus, Index Tessalonicanus hoc aucto vixisse videtur, qui hucusque Principum novellas allegat. Scriptis in iure Civili πρόχειρον νόμων, Promptuarium juris vel legum. Quod superioris seculi anno 56. edidit & Latine vertit Joannes Mercerus Professor Regius Lutetiae, postea Græce & Latine editum Dionysius Gothofredus cum paratitlis ad singulos titulos, variis lectionibus & nomenclatore Græcarum dictiorum anno 1577. Adscribuntur ei in tomo secundo juris Græco Romani collectiones tres, legum militarium Ruffi, legum Coloniarum, & legum Navalium, sed ex conjectura, quia plerumque ejus libris adiectæ inveniuntur. Ad Institutum nostrum facit ejus Ε' πιτομή τῶν ἀγίων καὶ τερέων κανόνων. Epitome divinorum ὁ sacrorum canonum; quam collegit ex codice canonum Ecclesiæ Orientalis, seu synodorum Ecumenicarum & Provincialium item Patrum Græcorum canonibus, quarum rationum, historiam & numerum cum in Præfatione breviter tradidisset, collectionis suæ Methodum hanc describit: Τέττων τοίνυν, inquit, ἡμεῖς την ὑπόδεσιν ἐν ἐπιτομῇ νῦν ἐγταῦθα διαλαμβάνομεν, τιθέντες ἴδια πρῶτον, τὰς περὶ ἐπιτόπων διαλαμβάνοντας, καὶ ὅστι τέττων εἰσὶν ἔχόμενοι. Εἶτα τὰς περὶ πρεσβυτερῶν, δικηνόνων, καὶ ὑποδικηνόνων, καὶ ὅστι τέττων ἔχόμενοι μετα ταῦτα τὰς περὶ ιερηρῶν, καὶ ὅστι τέττων ἔχόμενοι μεθ' ὧς τὰς περὶ μοναχῶν, καὶ μοναχηρῶν καὶ μετ' αὐτὰς, τὰς περὶ λαϊκῶν, καὶ ὅστι παθολικοὶ εἰσὶ καὶ τέλος, τὰς περὶ γυναικῶν. ἐν ᾧ τιμάσι τὰν πᾶσαν τῶν κανόνων πραγματείαν πελαθόντες & ποιησάμενοι. ἐπικαν δε τῶν τιμημάτων, ἐππιγραφές πάλιν κέντηται μερικάς, εἰς σωτηριωτέρου ἄμα & σωρεσθεραν εὑρετιν τοῦ ζητημένου. His ergo quidquid continetur, compendio nos isto nunc complectimur, collocatis primo seorsum canonib. iis, qui de Episcopis tractant, ὁ quotquot his adfinis sunt; deinde, qui de Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, atque his adfinis: postea, qui de Monachis & Monasteriis: ac secundum illos, qui de Laicis agunt, ὁ quotquot sunt generales: in extremo, qui de mulieribus: sectionibus omnino sex universa canonum tractatione comprehensa & absoluta. Harum vero sectionum qualibet rursus particulares habent titulos, ut ratione magis compendiaria, & dilucidiore, quod queritur, inveniri possit. Inferuit hanc Epitomen in tomum primum juris Græco Romani Joannes Leunclavius, quem creditur Clarissimo Marquardo Frehero, qui publicavit Francofurti, seculi superioris anno XCVI. cum eiusdem Auctoris libro de scriptis & veræ fidei confessoribus Græce & Latine.

Inter Græcos Canonistas citatur & Matthæus Blastares, quo tempore præcise vixerit non satis mihi compertum; Anton. Augustin. in Præfatione ad antiqu. Decretal. Collect. hæc de eo habet: Joannes Scholasticus & Photius ambo Antistites Constantinopol. & Matthæus Blastares Monachus, & Constantinus Harmenopulus; & his omnibus brevior Arsenius, sub certis quibusdam titulis sententias canonum comprehendunt: adiectis etiam legum de eisdem rebus decretis, ex quo factum est, ut id genus librorum Nomocanones appellarent. Horum Antiquissimus Johannes est, cognomento Scholasticus, quo Patriarcha Justinianus legum Romanarum Collector est mortuus. Phorius Isidori Hispanensi posterior fuit, Constantinus & Matthæus, Ivone & Gratiano antiquiores non fuerunt. Citat eum quoque inter Nomocanonum scriptores Justellus Pater in Præf. ad Cod. Canon. Eccles. Univers. Synopsis ejus conciliorum citat Meursius in Glossario Mixobarbaro, verbo οὐβων & ineditam citat Christopherus Justellus ad canon. 22. Codic. Canon. Eccles. univers. pag. 158. fin. In Catalogo manuscriptorum Codicum Bibliothecæ Patriarchæ Constantiopolitani, legitur hic titulus: De legibus Magnum Volumen habens explicationem trium Doctorum, explicantium canones, & leges Imperiales. Initium Johannis Monachi Zosare, deinde Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni, postremo Matthei Blastařii, in charta bombacina. Ego haecne nil de eo vidi, nec puto Justellum Patrem aut Filium habuisse hujus scripta; quia Bibliothecæ Juris Canonici veteris, & aliis Græcis collectoribus non adjunxerant, proculdubio id facturi si habuissent. Leo Allatius in famoso Tractatu, de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetua DISSENSIONE, [ita enim rectius inscriptus fuisset ille tractatus quam confessione] in indiculo auctorum, & hunc Matthæum Blastařem collocat inter auctores ineditos.

Hoc quoque tempore vixit Simeon Magister & Logotheta, seculo nimis duodecimo medio, inter Collectores aut Epitomatores canonicos non prætereundus. Eum Aristino posteriorem facit Justellus. Dignitatem ejus indicat, quod Magister dictus sit & Logotheta. De priore Constantinus Porphyrogenneta in vita Basilii Macedonis; hæc de Basilio refert: Τῆς δε προοΐξης ἀγάπης τὸν Βασιλεῖον οὐ μηχάνως πρὸς ὅπερ ἐβέλετο, ἐνθέως μετα τῷ σρατεῖας ὑποστροφῷ ψηποιεῖται τέτον ὁ Βασιλεὺς. Εἴτηχανε γαρ παθόταξ οἰνεῖς γονῆς ἀλοιφῶν, καὶ τῆς τῶν Μαχίσων ὑπερλάπτρης τιμῆς ἀξιοῖ. ἐφ' ὃν τῇ Βασιλείᾳ ῥηγνύεται ὁ λογοθέτης Συμβάτιος, καὶ τὰ ἔξης. Veruntamen providentia ferente Basiliū, ad id, quod libebat aptissime, illuc post illam exercitationem & redditum, Imperator eundem pro filio, quod ipse nullos liberos habebat, adoptat, & Magistrorum presulgente dignitate condonat. His rumpitur invidia Logotheta Symbatius. Ipsi Imperatorum filii ad eam adspicabant. Intimis Imperatorum consiliis admittebantur, magnoque in honore habebantur; Novella prima Romani senioris πεμβλέπτες & πεμψαντες vocat Caffiod. lib. 6. var. Reverendum honorem sumit, quisquis Magistri nomen accipit. Inter Patrios censebantur, imo postea & supra hos habiti; ante quos & apud Codinum collocantur. Ad συντενίκη Imperatorum aliquando adsciti; nec tantum filii, ut dictum, sed & consanguinei Imperatoris hoc titulo ornati leguntur, vide sis Doctiss. Meursium in Lexico Mixobarbaro in μάγιστρος, item & Leonem Allatium in Diatriba de scriptis Simeonum, pag. 25. & seqq. item Jul. Cæsar. Bulenger. in libris de Imperio Rom. Logotheta insuper vocatur Simeon, qui duplices in Imperio Constantinopolitano, Ecclesiastici, quorum munus describit Codinus de Offic. ὁ λογοθέτης eis τῷ λογογράφῳ, & eis τὰς δημοτικὰς καὶ ἀρχοτικὰς ὑποθέτης λογογράφειν. Politici, qui rationes fiscales vel publicas cognoscunt, disceptant & discutiunt; quare & discussores aliquando vocantur. Varii & hi fuerunt, vide sis Meursium in γενινὸς & in πράτητος & in λογοθέτης, item accurate & cautele Leonem Allatium dicta Diatriba, pag. 28. & seqq. & cuius ille forte scripia compilavit. Jul. Cæsar Buleng. de Imperio Rom. lib. 3. c. 22. de Logistis & Logothetis, lib. 8. c. 11. de Logotheta magno

285. Que tempore vixerit.

286. Quid scriperit.

287. Epis- tome canonum.

288. Matthæus Blastařes.

289. Scr̄pt̄a.

290. Simeon Magister & Logotheta.

291. Quis Magister.

292. Logotheta quis.

lxxvi Gerhardi Von Maastricht

- gno, lib. 8. c. 91. de Logotheta genico seu generali, & cap. 29. de Logotheta cursus, cap. 30. de Logotheta secretorum, cap. 39. de Logotheta gregis, cap. 51. de Logotheta τῶν οἰνεῖκων seu privatorum, cap. 57. de Logotheta militaris ærarii. Edidit Simeon Magister Epitomen canonum, eodem quo Alexius Aristenus modo, diverso tamen ordine, præmittrit Canones Apostolicos, tum quatuor concilia Ecumenica sequuntur, leiu particularia, Ancyranum, Sardicensi, Neocæsariense, Gangreni, Antiochenum & Laodicenum; addidit etiam canones Africanos XXCIV. & Trullenses tum Epistolas tres canonicas Basili. Artis prorsus est expers & tantum ad memoriam scripta collectio. Edidit eam in Bibliotheca juris Canonici veteris tomo secundo, ex Codice manuscripto Bibliotheca Regiae Christophorus Jutellus Grace & Latine. Leo Allatius in *Diatriba de Simeonibus & eorum scriptis*, nil de hoc nostro Simeone Magistro & Logotheta habet, sedulus alias sequioris Græciæ scriptorum, antiquitatem & historiam rupator, quamvis non semper sine partium studio.
- Ex Græcia, seu potius Orientali Imperio, iteram in Occidentem traiicendum nobis, & quid interea Latini in canonum studio & collectione præstiterint hoc saeculo lustrandum. Occurrit hic clari nominis collector Gratianus, qui, ut Aut. Augustinus in prefat. ad Antiq. Collect. Decret. dieit, eorum omnium, quos ex collectoribus canonum enumeraverat, luminibus obstruxit. Fuit is Patria Clusinus, e Thracia civitate. In Pomerio Ecclesie Ravennatis & apud Mattheum Westmonasterensem ad ann. 1151. legitur fuisse de Classa civitate Thracia, sed est error vel mendum Classa positum pro Clusio. Hic error forte inde est, quod alii dixerint fuisse Gratianum Monachum Clasensem prope Ravennam; vide sis Baron. ad annum 1151. num. 6. item Epitaphium, quod infra adducemus. De natalibus ejus variant auctores, quidam spurium fuisse dicunt Anton. Florent. part. 3. tit. 5. cap. 6. specul. & Petri Lombardi, qui Magister sententiarum vocatur, & Antistes Parisiensis fuit, & Petri Comestoris historiae Scholasticae scriptoris Fratrem germanum, tresque hos uno puerperio ex adulterio aut scortatione esse prolatos. Præpositus in proœcio decror. Panciroll. de clar. leg. interpret. lib. 2. cap. 2. pag. 405. Addunt etiam, cum Matrem ihupi pœnitere non posset, quod tam præclaros Viros genuisset, sacerdotem cui confitebatur iussisse, ut saltem pœnitaret, quod pœnitere non posset. Tiraquell. de nobilitat. cap. 15. n. 32. Sed haec ab aliis pro fabulis habentur & exploduntur: Falso id dici, tradit Pancirollus d. l. fundamento carere hanc opinionem. Bellarm. de script. Eccles. in Petro Lombardo, quia in patria non conveniunt: Gratianus enim Etruscus fuit ex Clusio civitate, Magister Petrus Lombardus ex Novaria, Petrus Comestor, Gallus ex Trecis. Sed alii eludunt hoc argumentum, quod ex diversitate patriæ tantum sequatur, non esse eos tergeminos; non vero, non esse Fratres aut Spurios, cum Mater diversis temporibus & diversis locis cum patribus conventitiis Plautinis confuscerere potuerit. Cum monachus Benedictinus Clasensis Monasterii factus esset, sacris literis delestatum dicit in Chronico Martinus, & Alber. in Dictionario, §. Forma. 2. quest. 6. Vixit Bononia tempore Conradi III Imperatoris, cum ibidem Alexander, qui postea Pontifex factus est Romanus, Theologiam doceret. Ad Canones colligendos & ordines artificiose digerendos animum adjecit; & ut quidam volunt in Monasterio D. Felicis, quod probat quoque Epitaphium infra adducendum, item inscriptio, quæ legitur in Aede D. Felicis in falso retuso, relata a Pancirollo, d. l.
- Hanc adis partem Lectio reverenter adito:
- Namque loci Monachus Deverum hic condidit hujus,
Divinum Gratianus opus quantumlibet arcta
Contentus septo: quod, reparando caducum
Et vetus hoc claustrum, tolli fuit inde necesse.
Id tamen Abbatे construendum est Bartholomeo,
Mille trecentenis decies sepmem atque quaternis
Annis a Christo, pura de Virgine nato.
- Alii in D. Proculi cenobio, ubi diu vixit, vid. Cœpo. in tract. de cognit. libr. jur. canon. in princ. & Præposit. in Proœc. decrot. Compositum grande illud Volumen Decretorum; quod hodie primam partem facit Corporis Juris Canonici. Obtulit hunc librum Eugenio tertio Pontifici, cui valde placuit, adeo ut Gratianum Ecclesie Clusinæ patriæ præficeret; vid. Martin. in Chron. & Alber. in Dictionar. Sunt qui probatum & canonis seu legis auctoritatem accepisse volunt ab Eugenio tertio; sed nunquam prolatæ sanctio ita fuit, neque pro lege haec tenus habitum. Magnæ tamen semper fuit auctoritatis, & ex eo quod scholis ad prælectionem datum, posset inferri vis canonica seu legis. De auctoritate ejus haec refert Pancirollus d. l. Tanta postea auctoritatis fuit, ut vulgo Magister vocatus, maximum in decadendis causis pondus haberetur, et si velut privati hominis ejus dicta vim legis non obtinent. Itaque qui ejus opus ita edidicisset, ut aliis prelegere posse videretur, baculo velut pro arrha doctrine more Longobardorum accepto Doctoris titulo honestabatur, & a bacillo Bacillarius vocabatur, qui mos tum denum Bononia institutus a Parisiensibus, ubi tum Decreta, & summule docebantur, fluxisse fertur, in quorum vetustis Constitutionibus Bacillarii nominantur. Sed de hoc postea, ubi accuratius Volumen Decretorum Gratiani expendendum est. Quando scripsit Gratianus, discordant Auctores, Trithemius lib. 2. de Vir. Illust. Ord. Benedicti anno 1127. scripsisse refert, alii plerique omnes, an. 1151. quam sententiam confirmat epithaphium Cratiani. Bellarinus utramque sententiam conciliat, lib. de script. Ecclesiasticis, conjectura, quæ aliis non displicet, quod anno 1127. incepit, & anno 1151. perfecit opus seu collectionem suam. Christ. Justellus in fine prefat. quam Codici canonum Ecclesie universæ premisit Gratianum decretorum volumen composuisse refert sub Innocentio II. anno 1131. quod proxime accedit ad traditionem Trithemii. Alii editum narrant anno 1150. Calderinus in proœcio Decret. Cardinal. Alexander in Pref. De reti, quos sequitur Valent. Forster. in hist. Jur. Civ. lib. 3. cap. 7. Freherus in Chronol. juri Greco-Roman. præmissa, anno 1154. Gratianum scribit Decretum scripsisse, quod Decretum Magnum vocatur. Sed hoc abit ab omnipotenti sententia, qui sub Eugenio III. Decretorum opus editum scribunt, isto vero anno 1154. sedebat Roma Hadriani IV. nisi forte Freherus de progressu vitæ & additionibus sit intelligendus. Ex forma Apostolorum, quæ habetur cap. Post appellationem, 2. q. 6. videretur colligi posse anno 1161. scripsisse adhuc Gratianum, sed est mendem pro MCLXI. debet reponi facil mutatione MCXLI. ut quoque monent ibidem Correctores Romani, in notis, & late Antonius noster Augustin. lib. 2. Dial. q. pr. id satis firmat annus indictionis quartus, qui anno 1161. est septimus; Anno ve-

Historia Juris Ecclesiastici. lxxvii

ro 1141. currebat indicatio quarta; quod fulcit conjecturam supra relatam diu occupatum fuisse Gratianum in collectione Decretorum. Inscriptis ipse opus suum Concordiam discordantium canonum. Vide sis Anno. Augustin. de emendat. Grat. lib. 1. dial. 1. princip. tere, ubi & docet falso Decretum vocari. Melius adhuc *Decreta*. Quomodo & Antonius Demochares, qui *Decretorum collectanea*, & Ant. Coatus, qui *Decretorum Canonicorum Collectanea* inscriptis in sua emendatione, quia non unus ita collectio complector decretum, sed est farrago multorum decretorum. Idem firmat H. nr. Gandavensis de Scriptor. Ecclesiast. cap. 44. *Gratianus*, inquit, *Monachus, Bononie habitans, Codicem, quem Decreta vocant, compilavit.* Quare vero ipse Gratianus inscripsit concordiam & quidem discordantium canonum ex fine ejus satis patet. Videbat Ecclesiastica decreta & canones sibi invicem contrarios, diversos, dissentientes, inter hos dissidentes, concordiam ille instituere voluit aliter quam olim concordia canonum accipiebatur, nempe pro collectione similium sententiarum: hic autem a Gratiano significat, dissidentium canonum conciliationem. Animadvertis id quoque Ant. August. lib. 1. de emend. Grat. dial. 1. pag. nostr. edit. 5. *Ad Gratianum*, inquit, *redeamus, in ejus libris veteribus illa inscriptio est, quam audisti: Concordia discordantium canonum. Similem legi Rome in veteri libro Cresconii: Concordia canonum, & ipsi canones. C. Quid est, quod his verbis significare voluerunt? an putandum est, canones conciliorum ita esse inter se contrarios, ut egeant concordia? A. Quidcum ego potai ex Cresconii libro elicere, concordiam vocat collectionem similium sententiarum, ut qui scripture sacre verba collegerunt, Concordantias Biblie appellantur; quibus verbis, quod pace vestra diceret licet, nihil excoegeri potest ineptius. C. Gratianus igitur sic Concordiam dicit, quasi collectionem similium canonum. Cur vero addit vocem discordantium, que sola refutat hanc interpretationem? A. Vere tu quidem sis. Nam si inscripsisset, Concordiam canonum, ut Cresconius fecit; aut Concordiam discordantium, & discordantium canonum: banc recipere interpretationem. Nunc vero significare videtur, concordiam inter discordes versari. Gratianum ad Collectionem Decreti accessisse putant correctores Romani ejus, in Admonitione ad Lectorem, ex consilio Ionis cum Guido Paucitrollus in lib. 3. de Clar. interpr. cap. 2. notet eum, nunquam Ionis aut Burchardi opera vidisse, qui in Prefatione suæ collectionis quedam de coacilitatione discordantium canonum tradiderat, ipse vero neglexerat. Verba eorum sunt hæc: *Novissimus istorum omnium præter auctorem Pannormie [nam is recentior fortasse est] Gratianus monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis (quod superiores fecerant) operam dedit: sed Ionis fortasse prefatione excitatus, eo potissimum incubuit, ut certis questionibus propositis, quid in utramque partem ex Canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret: omninoque eorum varietatem, que speciem dissensionis habebat, ad concordiam revocaret. Ceterum in logo ac pertifili opere multa a parum aequaliis hominibus exagitabantur, nonnulla pii etiam & verecundi interdum desiderabant.* Antequam ejus decretorum volumen penitus luctremus, videndum exactius quam supra factum, cuius sit auctoritatis. Hic diversæ sunt Doctorum sententiae. Quidam in utroque extremo, ali in medio incedunt. Seu aliqui legis Auctoritatem aut saltem canonis, alii prorsus nihil aut saltem non magis quam privo Doctori tribuant, nullam obligandi vim. Tertii dispescunt collectanea ex fontibus, & pro diveritate eorum, diversam attribuunt auctoritatem. Illi qui primam sententiam defendant, id non faciunt pari modo. Alii iterum simpliciter adserunt ab Eugenio esse approbatum. Inter quos est *Anonymus Auctor* vitæ Gratiani & Trithemius, de script. Eccles. a quibus hoc in alios manavit, & acceptit *Gesnerus* & *Simlerus* in Bibliotheca & alii; sed ut supra monui ipsa approbatio nusquam comparet, aut a nomine producta unquam est, aut visa neque diligens in rebus ejusmodi, ut inquit Chiffletius, in Apolog. pro Architect. juris cap. 5. *Antonius Archiepiscopus Florentinus neque quisque probatus auctor id adfirmat; quare alii ad consuetudinem confugiant & per eam conciliant Gratiano auctoritatem. Abbas Panormitanus in c. 2. x. de script. Sed ego dico, inquit, ex quo ille liber communiter a multis annis circa fuit publice lectus in Scholis, & ipsius dicta communiter recepta sunt, hodie tacite approbata & per omnes recipienda. Ejusdem est sententia Robb. Maranta de Ord. Judiciorum part. 3. n. 34. Quidquid sit, ait, quia est communiter approbatus a populo, & publice legitur in Scholis sicut alijs libri authenticí, ex hoc censetur authenticus, & facit plenam fidem. Huc inclinat quoque Paulus Laymann. lib. 1. Theol. Moral. tract. 4. cap. 6. §. 3. n. 12. qui consuetudine refert Decretum Gratiani receptum est; Dicta vero Sanctorum Patrum, sunt verba ejus, ipsiusque Gratiani ac Paleæ, quæ ecclesiasticis regulis ac moribus non repugnant, licet per se nullam juris auctoritatem habeant, (cum in jure condendo, causisque definiendis non sola scientia sed magis etiam potestas necessaria sit iuxta c. 1. dist. 20.) nihilominus consuetudo obtinuit, ut in externo foro etiam illa ad causarum decisionem inserviant. Vim quoque legis tribuit Vallenensis ei, in Proœm. parat. §. 8. n. 12. Maxime cum Gregorius XIII. summus Pontifex reliquis partibus juris illud annumeraverit, atque adeo recognosci, corrigi ac repugnari & retineri mandaverit, non est, quod in hac parte amplius laboremus. Adde sis, Cardin. Tusch. conclus. 170. verb. Jus Canonicum. Sed statim ille, non minus ac ipse Laymannus, suæ adsertionis oblitus, iterum resolvit in sua principia, & sic iterum Gratianus adimit omnem auctoritatem, quemadmodum etiam Laymannus, qui tantum probat, quantum ecclesiasticis regulis bonisque moribus non repugnat; cum pro ecclesiasticis regulis protrudantur Gratiani decreta, vereturque hoc in questione. Verba Vallenensis l. d. sunt hæc: *Modo tamen singula, que in eo comprehensa sunt, ad suos fontes & origenes revocentur, eo quod ratione auctorum, e quibus decreta adsumuntur, major vel minor sit auctoritas. Si usus & consuetudo firmavit, tum firmavit omnia, & par omnium est auctoritas, eaque ex consuetudine, non ex fontibus & origine; si Gregorii XIII. auctoritas hic legem facit ex dictis Gratiani, & ansam amplius deliberandi, ut ait Vallen. præcidit, jam pariter toti collectioni conciliat. Quare melius alii huic consuetudini & auctoritati contradicunt, inter quos est Fr. Suaresius de Legib. lib. 4. c. 5. n. 7. Consuetudo, ait, quam allegant, non est in sensu juxta conceptum communem sapientum introducta. Vid. & Zoesian comm. ad Decret. n. 10. in prefat. Quare & alii quoties libet, & si aliter elidere objectiones ex Gratiano non possunt, ejus auctoritatem reiiciunt. Vid. Boetium Epoc. lib. 2. de jure Sacr. num. 135. Petr. de Marca, de concord. sacerd. & Imp. lib. 3. c. 6. n. 2. apposite: *Cum Gratiani, inquit, collectio privato studio instituta sit, que refert auctorum testimonia, non miore pollent auctoritate, quam antea obtinebant. Alii contra veteres & recentiores plenis buccis in ejus errores debacchantur, quod masculine facit Antonius August. passim in dialogis, vid. lib. 1. Dial. 1. item 16. & seqq. Bellarmino de scriptor. Eccles. in Gratiano. Adde Gloss. ad c. Paulum, 7.****

305. Titulus operis.

306. Ratio ejus.

307. Quid eum ad colligendos canones impulerit.

308. An pro lege aut canone valeat decreto rum volumen.

309. Variæ sententiae bat de re.

Ixxviii Gerhardi Von Mastricht

¶ 3. Jo. Andr. ad c. 2. de rescript. Alber. Gentil. de lib. Jur. Canonici cap. 2. pag. 17. & seq. Matth. Stephani, in Prefat. tert. part. de jurisdict. pag. 16. & seq. Tertia sententia, in quaestione de auctoritate Gratiani, dispescit ejus capita quadrifariam & diversimode de singulis respondet Marant. de ord. judic. part. 3. n. 35. Latus Augustinus Barbosa ad Procem. Decret. n. 6. Prima classis continet dicta Patrum, secunda verba Gratiani, tertia Paleas, quarta jus Civile. Addi quinto possunt canones Conciliorum & Decretales Pontificum Romanorum, nisi sub prima classe velis complecti, & Patres in privos, seu singulares vel simul congregatos dispescere, quae & mens est Barbosa. Privos iterum in eos, qui arrogant summam sibi auctoritatem, ut facit Pontifex Romanus; & minorem, quae referendi Patriarchae Metropolitani, & Episcopi; & nullam, quales sunt ceteri Patres, qui scriptis Codices Sacros a liaque dogmata Ecclesiastica illustrarunt. Barbosa in prima Classe dictis Parrum ex consuetudine, non per se vim legis defendit. Nos melius cum Augustino Viro supra invidiam Magno, c. 3. & c. 5. Dicit. 9. negamus, quae fodes inspice, & adjunge haec Suarelli, ex lib. 4. de legib. cap. 5. n. 6. ¶ 7. Dicendum est, sententias seu dicta sanctorum per se quatenus nituntur auctoritate eorum, non habere vim legis. Et ratio est, quia lex non est actus doctrine tantum, sed potestatis. Sancti autem Patres non habebant potestatem hanc, neque etiam hac intentione talia scripta tradebant. Dixi autem per se quatenus eorum auctoritate nituntur, quia interdum ipsi testificantur de precepto vel a Christo vel ab Apostolis tradito, vel Ecclesie traditione introducto, & nunc ex illis colligitur praeceptum tanquam ex testibus, non tanquam ab auctoribus. Unde juxta modum, quo de re aliqua seu obligatione testificantur, & juxta maiorem vel minorem consensum Sanctorum inter se, eo majorem vel minorem fidem efficiunt. Addo preterea, sententias Patrum non accipere vim legis, eo quod a Gratiano in suo Decreto inserte sunt, nisi ab aliquo Pontifice fuerint canonizata, ut inter Decretales aliquando inveniuntur. Ratio est, quia nec Gratianus habuit potestatem dandi vim legum, neque Pontifex aliquis pro legibus approbat omnia, que in illo decreto continentur &c. Et Doctissimi Dalai tractit. de usu & auctoritate Patrum passim, potissimum lib. 2. cap. 2. Vide sis Alberic. Gentil. de libr. juris Canon. cap. 2. pag. 19. Dicta porro singulorum Patrum non sunt leges &c. Sub ista classe continentur & conciliorum canones, quae Barbosa pro legibus habet; quasi Patres in concilio congregati habeant potestatem condendi Canones: nos melius edicti supra num. marg. 13. Conciliis potestatem legislativam abrogavimus, declarativam adserimus, quid nempe cum Scriptura sacra conveniat. Prima itaque quaestio in obligatione conciliorum esse deber, utrum sit conforme Sacra Scriptura, & tum obligat, non ex auctoritate concilii, sed divina. Animadvertis id Gratianus ipse i. Placuit, 36. q. ubi recitato canone concilii Aquilgranensis, quod raptor raptam ne quidem, cum voluntate Parentis ducere possit; subjungit: Hec auctoritas non prejudicat auctorati Hieronymi, maxime cum illa testimonio divini legis nitatur. Tandem tertio Epistolæ decretales summorum Pontificum ex hypothesi Pontificiorum a Barbosa ob imaginariam illam sumnam ejus potestatem pro legibus habentur. Quam quia negant, & solide destruant Protestantes, concidit quoque earum auctoritas (36). Neque maiorem in sua diocesis suburbicaria olim habuit ille auctoritatem, quam quilibet alias Episcopos in sua. Ut vera sit hic Augustini adserio, lib. 2. de Baptismo contr. Donatist. cap. 3. quam resert Gratian. c. Quis nesciat, dicit. 9. Quis nesciat sanctam scripturam canonican tam veteris, quam novi testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem literas, quae post confirmationem vel scripte sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritoris, & per aliorum Episcoporum graviorem auctoritatem, doctrinamque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte veritate deviatum est? Vid. & Caspar. Ziegleri disser. de Jur. Canon. origine, sect. 44. & anteced.

¶ 312. Et Epistolæ decretales. 311. Con- ciliorum cano- nes cujus au- thoritatis sint.

Secundo occurrit ipius Gratiani verba, quibus solet connectere capitula & canones; item ordiri distinctiones suas & questiones, easque distinguere in partes; conciliare discordantes canones. De hisce Barbosa sic judicat: Auctoritas Gratiani compilatoris hujus voluminis a nullo Pontifice reperitur approbata, nec est authenticata. Nihil itaque tribuit Gratiano Barbosa, cum inter Patres eum numerare potuisse, & eandem ei tribuisse auctoritatem. Sed hoc forte facere noluit, quia cum Bernardo fere Patres exprimerunt, & sequentes scriptores vix inter patres numerentur, quanquam & ipse Gratianus cum Bernardo Abbe Claravallensi, qui A.D. 1153. obiit, vixerit. Non tamen in album Sanctorum relatus est, ut Bernardus, quod ei auctoritatem patris conciliasse videtur. Quidquid sit, ex hypothesi Pontificiorum maiorem Gratiano auctoritatem deferre debuit Barbosa, maxime cum opus ejus publice in Scholis prælegatur, & a Pontificibus publice prælegendum sit datum. Plus ei adhuc desert Casp. Ziegler. in d. dissertat. sect. 45. Non resicimus testimonium Gratiani historicum, quatenus facit ad cognitionem doctrine eo tempore publice in Ecclesia tradite; verosimile enim est, eum bene novisse, quid sit etate in capitibus fidei. & disciplina morum statuerit Ecclesia, & hinc non privatam, sed publicam retulisse de rebus religionis sententiam. Paucissim tamen sunt, quae Gratianus de suo addidit, ut verum sit Petri Gallesii judicium apud Ant. August. lib. 1. dialog. 1. pag. 9. Non is sum, inquit, qui opere pretium esse existimem, tam multa de solo Gratiano dici. Hic enim, ut nosti, & ut facile omnes concedunt, compilator in signis, nihil fere habet valle utile, quod proprium dicere posse: sed cornicule illi similis, ut est in fabulis, risum scientibus, alnicationem ignorantibus movet. Si verba consideres, nihil illo tritus; si artem requiras, & ordinem discendi, frustra laborabis. Ita multa resert alieno loco ponente, ita pro certis incerta constituit; ut malis illa eadem in ipsis libris non solum conciliorum, sed etiam Burchardi, & Iovonis, & aliorum collectorum requirere. Itaque dum tu quid ab Gratianum mutandum sit, dices; in veteri me confirmabis opinione, qui frustra hunc scriptorem mendis purgari putem. Adde sis; Alberic. Gentil. de libr. jur. Canon. cap. 2. pag. 21. & seq. & quomodo tamen Gratiani opus nihilomius dici possit, Clariss. Jo. Dakum de Pseudopigr. Apostol. lib. 3. cap. 21. pag. 669.

¶ 313. Item Gratiani dicta cujus auct.

[36] Sua reformatæ sectæ perducatur affectu Mastrichtius dum Conciliis potestatem legislativam non esse a Christo concessam, quemadmodum etiam supremo Ecclesiæ Capiti, & ejusdem Christi in terris Vicario Romano Pontifici mentiebatur. Catholici omnes Divinas Scripturas innixi auctoritatibus tuentur oppositum,

Ad hinc ex decretales, quae legum instar a Supremo Ecclesiæ Pastore Christi fidelibus dantur, vim legis quomodounque frendeat in eas reformatorum rabies, semper in tota Ecclesia consequuntur. Videatur nota (6) præcedens, & observatio (5) in notas Maastrichtii, ad Dialogos Antoñii Augustini. W.

Ad tertiam speciem transeo, ad Paleas, quae in Opere Gratiani occurunt. Hic variae Doctorum sententiae, opiniones, aut potius conjecturæ occurunt, quare ita inscriptæ sint. Quatuor diversas re-
censet Guido Pancirollus, de claris leg. interpret. lib. 2. cap. 2. Cum vero Gratianus librum Eugenio III. Pontifici offerendum Romanum detulisset, Cardinali cuidam viro aliquo erudito, sed ambitioso, cuius opera ad Pontificem introduci volebat, legendum tradidisse fertur. Ille alienam laudem in se transferre cu-
piens, volumini quedam a Gratiano omissa inseruit, sequi operis auctorem esse jactabat. Monachus, homi-
nis fraude intellecta, additiones illas paleas esse respondit, que grano alibi coedito inane reddebantur; Paleam enim veteres Theologi literam fructu carentem vel sterile opus vocabant. Theoph. in Naum Pro-
phet. cap. 3. Itaque capita illa postea semper pro paleis sunt inscripta. Cœpoll. in d. tract. Alii paleas ab
eodem Cardinali Pocapalea. (Hunc alii Quota Paleam vocant, vid. Matth. Stephani in Prefat. part.
3. de jurisdict. pag. 17. fin. & seq.) nuncupato, quo nomine etiam hodie oppidum in Subalpinis, &
familia vocatur, dictas fuisse censem. Nonnulli a Palea Gratiani discipulo, Imol. in R. de verbis. oblig.
sub n. 5. qui diversas ejus libri inscriptiones quandoque etiam improbatas fecit, Specul. in tit. de disput.
& allegat. §. ult. in fin. Cœpoll. in d. tract. n. 14. Præpos. Alex. in procem. decret. Jas. in rub. de act. n.
12. paleas nominatas fuisse autem. Nec desunt, qui hec fabulosa existimantes, Decreta quedam novissime
adjecta, velut suspecta, & fide carentia, paleas appellatas fuisse credant, opus, quod Patrum, Pon-
tificumque Decretis scateat, Decretum inscriptum fuit. Huic posteriori sententiae videtur accedere Jacob.
Cujacius ad cap. 1. x. de despōns. Imp. qui tamen & suam quintam sententiam adiicit: Palea nomine
quidam significari putant, quod cassum est, & irritum, ut cassa palcarum dixit Solinus in India. Itaque
Paleam dici per contemptum canonem nullius fidei vel auctoritatis, ut apud Joannem Cremonensem ad Ab-
batem Urspergensem Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valde inferens erat post Alexandriam condi-
tam in Liguria de nomine Alexandri III. eam Paleam vocat, quasi factam ex cassis palcarum, ex stramine.
Equidem verius puto, hoc nomen preponi antiquioribus canonibus & decretis, & scribi debere cum di-
phthongo Palea, quia & in Basilicis sepe video ταῦτα nominari simpliciter antiquum Interpretem, &
ita hanc constitutionem cum sit Hormisde, qui ex antiquioribus Pontificibus est, recte Paleam appellari. Re-
fert hanc eandem sententiam posteriorem Cujacii Ant. Continus, ad c. 2. dist. 5. Sed suam sextam con-
jecturam addit: Cur hoc, inquit, & plerique capita sic inscribuntur, sepe etiam inter doctos dubitari ani-
madaveri. Qui rectius sentire & sapere existimantur, quasi ταῦτα i. e. antiqua nuncupata volunt. Ego au-
tem paleam inscribi hoc caput existimo, & cetera similia, quia addititia sunt, nec a Gratiano primitus
huic libro inserta, sed ab interpretibus, prout cuique comisandum videbatur, ad marginem Gratiani adscripta,
& plerumque in emendationibus & antiquioribus exemplaribus prouersa omissa. Cui rei fidem facit an-
tiquum Gratiani exemplar, quo in hoc emendando usus sum, in quo plerique ejusdem paleas desunt. Pleral-
que fere sententias recensent, & tandem quid ex collatione Manuscriptorum obseruerint, addunt
Emendatores Romani in Prefatione Gratiani ad Lett. De nomine Paleæ sunt variae doctorum hanum
sententiae. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leves continerantur, hoc nomine appellari censuerunt;
aliis quasi ταῦτα, id est, antiqua: aliis quasi additiones quasdam, derivata aut potius depravata vo-
ce ab adverbio τὰῦτα, id est, rursus, quo scriptores eum Latini tempore Gratiani uterentur. Verum Joa-
nnes Andreae in additionibus ad Speculatorem, titulo de disputationibus & Allegationibus prope finem (quem
Imola in Rubrica de verborum obligationibus, Alexandrinus in procemio Decretalium, Jason in Rubrica ti-
tulo de Actionibus, & alii sunt secuti) putat, quandam Protopaleam, quem Jason addit Cardinalem fuisse,
collectioni Gratiani capita hac adjunxit. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjectura posse,
exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, que sunt antiquissima, & videntur
scripta paulo post Gratiani etatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato
sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, que in impressis, quamvis vicissim in illo addi-
tiones aliquæ sunt, que in his non habentur. In alio litteris perantiquis descripto Palea ipse recentiori scri-
prura toti volumini preponuntur. In ceteris habentur sive omnes, aut plerique: & partim quidem cum pa-
leæ nomine, partim vero sine ullo a ceteris capitibus discriminare. Ex qua observatione illud videtur posse
colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine
primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano (ut sit) inter compendium, aut relegendum,
quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjuncte cum priori-
bus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemne-
das putant, ex eo constat, quod multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiani collectores haben-
tur, quod suis locis indicabatur. Septima sententia est eorum, quos refert Hilliger. Dmelli Enucleati lib.
26. cap. 2. lit. A. pag. mibi 1394. & seqq. cum Gratianus librum suum Eugenio III. Pontifici obtu-
lisset recognoscendum, hanc vocem Paleæ adscriptam esse: Papam enim volui asterisco notasse, que nullo
auctoritate salitura, ut sicuti Paleæ ad grana vilia sunt, ita capita illa omni pondere carere inueniret Gib-
bert. Reg. I. Enantiop. 25. Octava sententia est Curtii de feud. quest. 1. Quatenus, inquit, ratione non
juvantur dicta Gratiani, dicuntur Paleæ. Quæ omnes meræ sunt conjecturæ, ut cuique liberum sit ac-
cedere, quæ ei maxime probabilis videtur. De Auctoritate eorum constans est fere omnium sententia,
non multum iis deferendum esse, nec esse integræ auctoritatis. Correctores Romani, ut jam relatum
non contemnendas centent, quia multæ in Decretalibus & vetustioribus collectionibus sunt. Ad quæ re-
gerit. Alber. Gentil. de libr. Juris Canonici cap. 2. prope fin. Verum & aliud est contemni, aliud non
allegari pro authenticis, Illa, c. 14. dist. 96. qua tribuit Constantinus magna omnia Romano Pontifici,
licet sive palea, & pro palea inseratur, multum tamen tritici attulit Ecclesie, ut de Imola relatum aliquan-
do legi. Rubr. de verb. obl. Alciat. 12. part. 3. hæc habet: Constat consensu omnium, ea quibus talis est
inscriptio, certe fidei non esse, neque seu authenticæ allegari posse. Paria fere habet Arthur. Duck de Au-
tor. jur. lib. 1. cap. 7. sect. 3. Sunt in decreto, que Paleæ dicuntur, nullamque juris auctoritatem ha-
bent, sive fuerint ipsius Gratiani sive alterius, de quibus varia tradunt interpretes. Felinus in cap. ex part.
de rescript. Curt. de feud. q. 1. Marant. p. 3. n. 31. Alciat. 12. parerg. c. 3. Mart. de jurisfd. p. 1.
¶ 30. Ea que paulatim irrepisse in codicem Decreti, & paucissimas in libris antiquioribus reperiuntur. Et de
iis est hæc ad serio Alber. Gentilis in dissert. de libr. jur. canon. cap. 2. in fin. Verum est crevisse paleas
cum Gratiani collectione. Etiam in Gratiani libris omnibus non sedem sunt; pauciores in vetustioribus sunt.
Hujus autem Paleæ qui discipulus fuit Gratiani. Speculator de disp. ubi Jo. Andr. Imol. d. tratt. de
verb.

314. Pa-
leæ unde di-
cta.315. Cujus
sunt auctorita-
tis.

verb. obl. Cœp. de lib. jur. can. Alb. I. i. C. de fi. do. de. Alc. I. i. si cert. pet. Si rubrice decreti sunt, sive ipsiusmet Gratiani, non obligant: et si perfectam habeant orationem: quæ & false aliquando sunt, neque Pontificum, neque conciliorum sunt. Adi ad Cœpollam, qui habet rationes plures; Ad Alciatum qui nugat, quod & alii faciunt, Gratiani. Et sic quoque de paleis, quæ in Decreto. Nam quæ sunt in Decretalibus, ea vim habent legis. Ex quibus & aliis pluribus, quæ adduci possent, patet, neminem Paleis multum detulisse, sed nomini parem virtutem apud omnes fere retinuisse.

316. Legum auctoritas in decreto.

De legibus civilibus, quas Gratianus in decretum suum retulit, non est opus late disquirere cujus sint auctoritatis; retinuerunt eæ suam vim in decreto, quam habuerunt a Majestate Imperatoria extra decretum. Quanquam Barbosa iis denegat vim juris Canonici, nisi sint per canonem approbatæ. Fecit hoc, ut recentiori Pontificiorum sententiæ inserviret, quæ Papam & leges Papales supra Imperatorem & omnes ejus leges, contra scitum Apostoli Rom. 13. i. effert; secus quam olim factum est. Sed hæc alterius loci sunt. [37].

317. Pseudoeigrapha supposita & conficta quæ in decretum retulerit Gratianus nullus sunt auctoritatis.

Hicce quatuor addit multa falsa, spuria, conficta, aliis supposita, quæ Gratianus sine ullo judicio in suum opus corrasit; vel uti supposititias illas Epistolas Pseudo-Isidori Mercatoris, quas integras ferre descripsit: item Pseudeigrapha, quæ affinxit primis urbis Episcopis, quorum omnium accuratissimum & bene longum Catalogum contexit Doctiss. Blondellus cap. 18. in fine fere Pseudo-Isidori vapulantis, quem vide. Quæ cajus auctoritatis sint, jam satis supra disquisitum est in Pseudo-Isidori collectio. Quid de mutationibus Gratiani sentiendum quidve tribuendum, si aliter in legibus aut Patribus, aliter in Gratiano legatur, vide sis Alber. Gentil. de lib. jur. Canon. cap. 2. pr.

318. Judicia de Gratia.

Judicia de Gratiano sunt varia. Quidam laudant, quidam taxant & vituperant, quidam ferunt & tolerant. Passim in eum insurgit Anton. August. in libris de ejus Emendatione, qui aliquando totum opus una litura deletum cuperet; aliquando iterum paucis excusat. Vehementer insurgit Ant. Contius lect. cap. 10. ubi errorum monstra quedam, ut vocat, recenser. Alii vero excusat, alii laudant: Apologeticum ei scripsit ex professo Joann. Chiffletius JC. Vesontinus, in Apologetica dissertat. de utriusque jur. Architekt. cap. V. Sed qui satis exilis est; In Gratianum debachatur Joannes Molynæus, quem supra Decretum Ivonis edidisse diximus; contra eum amarissime insurgit Boetius Epo, de jur. sacr. qui Gratianum defendit, & Molynæum prævaricatorem vocat in sua professione. Ut Ivonis decretum, quod ediderat, extolleret, dicit, Gratiani depressisse. Longa nimis sunt ipsa judicia, quam ut hic inseri possint. Unum atque alterum subiicio. Nobilissimus Mornæus in Mysterio iniquitatis, pag. mihi 285. edit. Gorichem. de Gratiano hoc habet: Per idem etiam tempus, Gratianus Decretum consarcinat, non felicius quam Pandectas Justinianus; ex Canonibus & Decretis antiquis, quæ quidem ipse pluribus locis ad temporis corruptelam accommodat, Romane ambitioni presentim servire cogit: quamquam multa nobis vestigia relinquit, quorum ope, antiquam Ecclesie & doctrinam & proxim investigare sedulo querentibus datur. Aventinus sans antiquitatis studiosissimus nobis author, ante Gratianum Jus Canonicum longe diversum fuisse: Etenim, inquit, uti est in nostris Bibliothecis sacerorum, duas continent partes, prima, Acta sunt universorum Conciliorum, quæ quidem recepta esse constat; altera, Constitutiones, Epistolas, Rescripta maximorum Pontificum complectitur, ut quæque gesta fuere: causæ, adfessores, testes, adductis locorum temporumque momentis, commemorantur: Quod utinam ab hoc labore absoluisset; & hoc interim Eugenius approbat, & in omnibus universitatibus legi jubet, haud dubie quia sub unius Pontificis jugum universam Ecclesiam redigebat; Bernardi Consiliorum in libris de considerationibus quam pīrum memor. Eadem methodus Petri Lombardi, (Is Gratiani frater) in 4. Sententiarum libris, quas ex Patrum locis hinc inde collectis, in certum ordinem compingit, quos & ipse immutato, omisso, ad litio interdum aliquo verbo, scena servire cogit, ad corruptam evi sui Theologiam inflectit; ut deinceps unus Gratianus consulatur, unus in scholis prelegatur Lombardus; In his tota seu Jurisprudentia, seu Theologia Christiana posita sit; fontem repetere in sacris veteris & novi Testamenti scripturis, in Patrum adeo monumentis antiquiorumve Conciliorum actis, nemo debincuret; penitus rem introspicere heresis censeatur. Huic subiicio judicium Magni Erasmi in libro singulari antabarbarorum. Gratianus de quibusdam questionibus in utramque partem disputat, & quidem pari copia, parique facundia: quod idem olim Gorgiam, & Carneadem fecisse legimus. Lectori autem, ubi jam longa lectione cerebrum vertigine rotari, & caligare acies coepit, non multo certior surgit, quam Demipho ille Terentianus, qui ex tribus advocatis consultis, cum unus suassisset, alter negasset, tertius deliberandum censisset; Factis, inquit, probe, incertior sum nunc multo, quam dudum. Et Hotomanni in Bruto fulmine Sixti V. Et tamen execrata illa Pape Symnachi blasphemia paulo post in c. Multi, Chrysostomi verbis coarguitur. Ex quo, & sexcentis aliis Gratianici decreti locis, de illius libri stultitia existimari potest. Vide alia apud Sleidan. lib. 2. de quat. summ. Imp. Adde sis Flaccium Illyricum in Catalogo test. veritat. pag. mihi 630. & seq. editionis nove Francfurteris anni 1666. in antiqu. vero p. 704. Ubi Gratianum inter quatuor Satanæ Apostolos collocat. Anton. Augustin. de emend. Grat. lib. 2. dial. 17. Stupidum hominem fuisse dicit, multisque in rebus nihil vilisse; Adde quæso integrum locum, & judicium Caspar. Ziegleri in dissert. de jur. Can. orig. & increment. §. 38. Covarruv. resol. lib. 4. c. 12. & seq. Baroniūs nimis credulum fuisse adserit, nec accuratum judicium adhibuisse, ad annum 774. n. 4. & annum 664. n. 4. Vid. etiam Besoldum de lib. juris cap. 8. pag. 42. Matth. Steph. Prefat. part. 3. de juri. pag. 18. [38].

319. Non omnino reuendicandum opus Gratiani, ejus usus indicatur contra Pontificios.

Non tamen meo judicio integrum opus Gratiani penitus abolendum aut omni utilitate carere censeo. Sunt in eo multa, quæ historiam, ut supra dictum, ejus & anteriorum temporum juvant. Sunt multa, quæ erroribus Pontificiorum contraria sunt, & multa ipsam Pontificis Majestatem oppugnant, & convellunt, etiam si contra intentionem forte scribentis, qui in promovenda Monarchia Pontifica mul-

[37] Non recens Catholicorum sententia est, quod Ecclesiæ Pastores de rebus, & Personis divino cultui mancipatis leges edicere queant; si quis autem de hujusmodi objectis constitutiones emisit Civilis potestas, non antea eadem legis robur, quam ab Ecclesia recipi perentur, sunt consequæ, ut ex veritatis, ac recentibus Communionis Catholicæ scriptoribus in nota (6) ad

cap. 5. lib. 1. Duaren de Ecclesiast. Minist. & Benefic. ostensum est. W.

(38) Cujus momenti sint, quæ de Gratianæ decreto proponuntur judicia a Maastrichtio abunde observatiōne (4) in notas ad Dialogos Augustini ejusdem Maastrichtii traditum est. W.

Historia Juris Ecclesiastici.

Ixxxii

multum momenti attulit; Quod solide & accurate demonstravit Magnus Jurisconsultus Innocentius Gentileius Delphinus, in *Apologia pro Ecclesiis Reformatis*, in qua controversias, quæ inter Protestantes & Pontificios agitari solent, solidissime & feliciter satis decidit. Specimen hujus rei quoque edidit ex Joanne Hallero Alstedius Encyclop. lib. 25. Theol. sect. 4. cap. 4. ubi ideam exhibet symphonie Catholicae Juris Canonici seu Decreti Gratiani cum scripturis Canonicis in XXXV. capitibus religiosis majoris ponderis. Quæ sola ratio Studioflos, interque eos etiam potissimum Theologos excitare debet ad studium Juris Canonici, ex quo, tanquam armamentario arma sufficienter contra adversarios promere, eosque proprio gladio confidere possunt. Hæc causa est, quare sèpe vapulet Gratianus apud Theologos Pontificios. Videatur Baron. ad Ann. 774. §. 4. & 964. §. 4. Huc facit Delrii testimoniū: *Neminem, ait, qui jus Ecclesiasticum vel a limine salutavit, ignorare posse multa in Decreto haberi, quæ postea Decretalibus, Sexto, Clementinis & Extravagantibus abrogata fuerunt; nonnullaque a Gratiano per errorem inserta esse, quæ cum veritate pugnare deprehenduntur.* Neque minus Apostasæ, sordium, absurditatum multarum ex decreto convinci potest Ecclesia Romana. Specimina vide c. Dilectiss. 12. q. 1. ubi communio inducit omnium rerum, etiam ex republica Platonica, conjugum, cap. Is qui. & cap. Christiano, dist. 34. concubinatus permittitur (39).

Sed vocat nos tempus, ut ipsum Gratiani opus aggrediamur. Dispescuit hoc in partes tres, prima continet distinctiones centum & unam; secunda habet causas triginta sex, & quælibet causa suas varias quæstiones. Post quæstionis trigesimaliæ tertiam quæstionem tertiam, immiscetur tractatus de pœnitentia, qui absolvitur septem distinctionibus. Tertia pars voluminis est de consecratione, quæ absolvitur quinque distinctionibus. De duabus istis posterioribus tractationibus pœnitentia nimurum & consecratione, a quibusdam dubitatum esse, an sint a Gratiano scriptæ, didici ab Ant. Augustino, lib. 1. de emend. Gratian. dial. 18. causa est, quia iis non satis orthodoxus videtur in duabus hisce partibus Gratianus, & magis imaginarium illud, sed utilissimum Pontificiæ Monarchiæ Sacramentum pœnitentia evertere quam stabilire [40]. Ipsum Augustinum audiamus, pag. 288. sed præcedentia addi debent. B. *Vis dicam, quod sentio? A. Quid est, cur opus sit, veniam petere?* B. *Tota hec distinctione plus nocet nobis, quam prodest. Male autem incerta sunt hec, ut quæstio tertia causæ XXXIII. & postea aliæ quæstiones, & causæ additæ. Praefitisset de pœnitentiis post omnes causas ante tractatum de consecratione conscribere. A. Sunt, qui putent hos duos tractatus non esse Gratiani, quamvis Gratianus ipse aliquot locis in causis eorum faciat mentionem; & in quibusdam libris non esse distinctiones capitibus separatis; numeris autem capitum certum est nullum Gratiani volumen fuisse distinctum ante Contianam editionem. C. Cur tu eos numeros non sequeris, sed aliam rationem? A. Ego numeros addidi ante eam editionem; neque divinare potui, quid in ea scripturus esset Contius. Varietatis causa est, quod ille caput secundum appellat, quod ego primum esse puto. Principium enim questionis primum caput appellare noluit quoq[ue] verbis Gratianus constat. Est etiam alia varietatis causa in capitibus Paleæ nomine adscriptis, que ab eo nonnunquam omittuntur, aliquando numerum augent. Sed quid Romani selecti viri de hac prima distinctione statuunt? B. Hec verba in scheda inveni. Tractatus hic de pœnitentia non videtur esse Gratiani, sed alicuius paulo antiquioris, & totus huc videtur translatus; deestque in exemplaribus antiquis. A. Non esse antiquioris Gratiano appetet, quia multa ex Digestis adserit, & ex aliis libris juris civilis, que omnia sunt Gratiani tempore quasi postliminio restituta. B. Nimis est in his referendis, & valde ineptus, sed alia verba referam selectorum virorum. Verbis Gratiani in extrema hac distinctione Cui autem harum &c. hec adscribi jusserunt. Errat in hoc Gratianus, & non est dubitandum, quin peccata mortalia, quantumcumque occulta, sacerdoti secreto sint confitenda: & nullus defendit alteram opinionem, quam quisque voluerit. Hæc ille. Non tamen ahi fuerunt Correctores illi Romani exemplaribus editis adscribere, quod duo isti tractatus non sint Gratiani; Neque ulas etiam firmas rationes adferunt, quare Gratiano abjudicandi sint, cum nullus veterum hoc faciat. Maneant itaque tantisper Gratiani, donec evidenter rationes sint allatae. Cui sententiae non obfuscere favet Anton. Augustinus in supra relatis, quando probat, contra quam Censores Romani notarant, non esse scriptoris antiquioris Gratiano, qui duos istos de pœnitentia & consecratione scripsit tractatus. Mihi verius videtur, si ex modo connectendi, & stylo judicium ferendum sit, cum utrumque tam in Decreto, quam in duobus illis tractatibus de pœnitentia & consecratione sit ubi simillimum, etiam utrumque esse Gratiani. Maxime cum ipse Gratianus, fatente supra Ant. Augustino, in causis faciat eorum ipse mentionem. Totum hoc Decretum habet capitulo 3848. connumeratis quæstionibus, quæ in certa capitulo non sunt dispositæ, ut refert, Doctissimus ac Clarissimus Jurisconsultus, D. Jacobus Brandmullerius, Antecessor Basiliensis, Promotor meus. Venerandus, in præliminariis ad diff. jur. Civil. & Canon. cap. 4. pag. 5. fin. De citationibus Decreti seu allegationibus, non opus multum dicere: translatitium est, siquidem & minutias hasce hic memorare convenit; in prima parte allegari caput, seu canonem vel per numerum, vel per initialia verba, vel per utrumque, subuncto distinctionis numero in quo continentur; veluti: c. Sancta Romana. 3. dist. 15. Hoc in hac parte observandum, citari eam a Papiense, per tractatum ordinandorum, quem Gratianus ipse solet ita vocare a distinctione XXIII. usque ad causam primam, test. Alber. Gentil. de lib. jur. Can. cap. 1. pr. fere. In secunda parte Decreti, eadem ratione canon, vel per numerum vel per initialia verba vel per utrumque citatur, subsequi solet numerus, qui vel adjunctam habet C literam, vel illud caus. vel etiam quod sèpissime fieri solet, nihil; semper autem designat ille numerus causam; hunc excipit. lit. q. vel illud. Quæst. tum subiicitur numerus; ut sciamus cuius causæ, & cuius quæstiones sit canon vel capitulum; Exemplum hujus citationis est, c. Institutionis nostræ, 7. 25. q. 2. Vel cap. Institutionis nostræ. c. vel caus. 25. q. 2. Quod si in hac secunda parte occurrat canon in tractatu de pœnitentia, citatio nihil differe ab allegatione primæ partis, nisi quod addatur, illud, de pœnit. Veluti c. Pœnitentiam agere, 6. dist. 3. de pœnit. Pro voce pœnitentia in tertia parte decreti substituitur vox de consecratione; servata eadem ratione allegandi quæ obtinet in parte prima, ut docet hoc exemplum: c. Hoc quoque statutum, 61. dist. 1. Tom. III.*

(39) Criminationes, & maledicta, quæ in sanctam Dei Ecclesiam proferre Maastrichtum non puduit, prædicta Observatione (4) in notæ ad Dialogos Augustini reiiciuntur. W.

(40) Execrabilem in sanctissimum Pœnitentia Sacramentum blasphemiam observatione (35) in notæ Maastrichtii ad Dialogos Antonii Augustini exsufflatam intuemur. W.

320. Operis Gratiani consideratio ejusque partes.
321. Dubitant guidam an de pœnitentia & consecratione sint tractatus Gratiani.

322. Adseruntur Gratiani.

323. Allegationes seu Citationes Decreti.

324. *Note de consecrat.* Præter hæc, ut omnes minutias simul demus, observandum, occurrere in editione Decretorum, qui jussu Gregorii XIII. superiori sæculo, ut infra docebimus, dæcretum repurgarunt, quæ singulis capitulis soleant subiici; deinde adjectas esse ab iisdem rejections, quibus docent, apud quos Collectores canonum anteriores idem canon inveniatur; quæ rejections in editione Romana, & Corpore Juris Canonici Glossat. in margine leguntur, in aliis editionibus in finem paginæ sunt rejectæ. Ab his notis, quæ subiiciuntur canonibus, distinguenda sunt verba Gratiani, post canones itidem posita, quæ per partes, quas alii paragraphos vocant, ille distinxit: addito parti cuique numero; quas partes continuat sâpe per multa capita, donec alia quæstio aut articulus occurrat. Sunt autem in novis exemplaribus alio charactere ab ipsis canonibus distinctæ; in antiquis, quia illud artificium erat ignotum, id non invenitur. Cuius rei unicum exemplum adferemus, ut sciant Studiosi, quæ sint annotationes Correctorum Romanorum, quæ sint eorum rejections, quæ sint partes Gratiani, & quæ sit continuatio. In causa 16. quest. 7. cap. 35. subiicitur hæc annotatio Correctorum, quam indicat hæc ¶. nota. In capitularibus & legibus Longobardicis, & apud Burchardum & Iovonem, qui ipsi citant in Decretis Gregorii Papa sic habetur &c. Rejectionem in illo capitulo indicat litera f. in editione vero Romana vel Corpore Glossato tantum in margine notatus numerus capituli; Rejectio autem hæc est: lib. 5. cap. 44. & in Legib. lib. 3. tit. de Episcop. & Cler. l. 44. Ans. l. 1. c. 8. Burch. l. 3. c. 41. Ivo, p. 3. c. 45. Quæ indicant, illud capitulum inveniri in lib. 5. Capitularis Carol. Magni c. 44. & in lib. 3. tit. de Episcopis & Clericis legum Longobardicarum. Item apud Anselmum lib. 1. c. 8. Burchardum lib. 3. c. 41. Iovonem part. 3. c. 45. In sequenti porro capite 36. ejusdem causæ 16. & questionis 7. invenitur distinctio Gratiani, post Capitulum enim hæc leguntur, 4. pars. Ut ergo ex his auctoritatibus colligitur de manu Laicorum Ecclesia recipiente non sunt, nisi cum consensa Episcoporum, juxta illud Concilii Moguntini &c. Quæ distinctio Gratiani continuatur post caput 38. ejusdem causæ & quæst. idque sine numero novo aut etiam nota hac ¶ cuius supra memini. Verba continuationis sunt hæc: *Sicut ergo auctoritate Hieronymi decimas male possessas a Laico, Episcopo consentiente licet Monachis recipere &c.* Guido Panciroll. lib. 3. de Clar. leg. interpret. cap. 2. in vita Gratiani, testatur, Gratiani verba, dupliciti cruce aut paragraphi (potius partis, ita enim appellatur, quamquam in vetustis hoc non addatur exemplaribus) charactere ab aliis esse distincta. Numeri autem & Summaria, quæ singulis capitulis præmittuntur, non sunt ab ipso Gratiano; quinto longo post Gratiannum demum ab Antonio Contio teste Ant. August. supra adducto, numeri sunt adjecti, ab ejus editione etiam per numeros coepérunt allegari capitula. Quando aut a quibus summaria addita sot, non satis compertum habeo. In meo exemplari Manuscripto in membranis nitidissimis & subtilissimis, decretalium cum Glossis non inventio ulla capitulorum summaria, in antiquissimis tamen editionibus Corporis Glossati veluti ea, quæ Parisis prodiit Anno 1505. inveniuntur, & quidem ut in omnibus rubro-nigris editionibus, colore rubro distincta ab ipso textu. Ab ipsis Glossatoribus non est, probat, quod in Manuscriptis exemplaribus, saltem in meo, non inveniantur, in quo tamen Glossæ habentur. Probabile est addita esse ab iis, qui additiones Glossarum scriperunt, aut qui editiones primis procurarunt, ut etiam factum in Corpore Juris Civilis. A quibus forte etiam additæ in minoribus editionibus inscriptions Distinctionum & Questionum, quæ in principio cujasque paginæ comparent, ut indicent materiam, de qua distinctio aut quæstio agit, ad exemplum rubricarum, quæ in frontispicio paginarum Corporis Juris Civilis soleant præmiti, quod in Corpore Juris Canonico Glossato non est observatum, sed in eo præmitti soleant principio Decreti. Finem minutiæ faciemus, si illud tantum verbo, addiderimus; quid in veterum, Alani, Vincentii &c. allegationibus capitulorum Gratiani vox SUPRA designet. Addita illa est citationibus, ut indicet esse in Collectione antiquiore, quam sunt Decretales, capitulum: earum quippe collectiones sunt recentiores Opere Gratiani. Quare in citationibus capituli Gratiani vocem supra addebant, ut indicarent esse Decretum supra Decretales; quemadmodum in citatione Decretalium addebant vocem EXTRA; quæ denotabant, capitulum esse extra Decretum Gratiani; videatur hac de re Alber. Gentil. de libr. jur. Canon. cap. 1. item Befold. dissert. delib. jur. cap. 8. quæ premititur parti secunde delibator. jur. & Matth. Stephan. in prefat. ad part. 3. de jurisdict. pag. 10. p. Nunc ad Gratianum iterum. Quid post perfectum opus Decretorum Gratianus fecerit, aut quando Mortuus sit nec anonyms ille vita ejus scriptor, neque quantum scio, alii prodiderunt. Anno 1165. invenio Gratianum funatum esse Legati munere pro Pontifice ad Henricum II. Regem Angliae, in causa ejus Regis cum Thoma Episcopo Cantuariensi. Ut refert Flaccius Illyric. in Catalogo test. veritat. num. 189. pag. mihi 521. edit. nro. Francof. Epitaphium, quod defuncto positum est Bononiæ, refert Guid. Panciroll. lib. 3. de Clar. leg. interpret. cap. 2. & Valent. Forsterus in Histor. jur. Rom. lib. 3. cap. 7. GRATIANI CLUSINI CÆSAREI JURIS ET PONTIFICII ENUCLEATORIS PROPE DIVINI, QUI MONACHUS IN MARTYRUM FELICIS ET NABORIS ÆDE ABSOLUTISSIMUM IBIDEM OPUS DECRETORUM ANNO GRATIAE MCL. COMPILAVIT, SEPLUCHRUM QUOD ILLIC CURIÆ RUDERIBUS ABSORPTUM, HIC MAGNIFICENTIUS RENOVATUM, JO. FRANCISCUS ALDRORANDUS BONON. IV. DICTATOR ÆRE PUBLICO INSTAURAVIT.

ANNO SALUTIS MCCCCXCVIII. IDIB. JUNII JOANNE BENTIVOLO
II. P. P. REMP. FELICITER GUBERNANTE.

Id hic præterire non possum Albericum in Chron. nondum edito referente Chiffletio de Architect. jur. c. 5. §. 4. ex Gratiano facere Cardinalem. Cujus hæc sunt ad annum MCXLVI. quæ eo libertius addo, quia novum nobis juris Architectum, Canonum compilatorem hactenus ignotum, proferunt; Item, inquit, in eodem anno, id est, Imper. Friderici quinto, quidam Magister egregius Omnipotens nomine liberum de concordantia discordantium canonum diligentissime ordinavit in duas partes, primam partem in XVI. distinctiones; secundam in causas XXXVII. per questiones diversas satis artificiose positas. Et hic liber a nomine Auctoris, Omne bonum appellatur. Et hunc secutus est tempore Alexandri Pape Gratianus Cardinalis, qui multa addidit, ita quod de XVI. distinctionibus centum distinctiones fecit, & per ipsum ista doctrina facta est magis authenticæ. Qua de re accipe quoque judicium Chiffletii: Tametsi, inquit, nullum honorem esse patem qui in Gratianum (ita Chiffletius debuit inservire rei præsenti, Apologiam enim

325. *Numeri & summa capitulo unde.*

326. *Inscriptiones distinctionum & questionum.*

327. *Quid vox SUPRA quid EXTRA in allegationibus significet.*

328. *Gratiani facta & obitus latent.*

329. *Epitaphium.*

330. *Cardinalem facie Albericus.*

331. *Omnibonus Magister Compilator Concordantia discordantium Canonum, ejusque opus Omnipotens.*

332. *Judicium Chiffletii de Cardinalitate dignitate Gratiani.*

Historia Juris Ecclesiastici. lxxxiii

enim scribebat Gratiano *collatus*, non sit ei qui contulerit magnam judicij laudem allaturus; hunc tamen illi adserere non ausim, quod fraudi fuisse videatur Alberico nominum similitudo. Alexander enim Papa III. Pisanum quendam, cui Gratiano nomen fuit, ex Subdiacono *O* scriptore Apostolico Cardinalem creavit, *O* suorum omnium consiliorum participem atque adjutorem esse voluit anno salutis MCLXXVII. Unde forte orta Alberici opinio in eam historia speciem coaluit, quam bona fide literis confignavit. Verior est Magistri titulus, qui paucum Gratiano tribuitur, vide sis *Gloss.* in cap. 2. *diss.* 68. Qui ista aetate Doctorem vel juris interpretem denotabat. Sic quoque Trancredus Glossator, Magister appellatur. Vid. Guid. Panciroll. *de Clar. leg. interpr. lib. 3. c. 4.* Alber. Gentil. *de libr. Jur. Canon. cap. 2. pag. 21.* Postquam Opus Gratiani editum & Scholis ad prælegendum & explicandum traditum esset, jam statim accesserunt Glossographi, qui notas & explicationes ad Decretum scriberent; Quorum Primi memorantur Laurentius Patria Cremensis. Abbas in c. *Cum Joannes. num. 13. de fide instrum.* Vincentius Castellioneus Mediolanensis Summus Canonista, Abbas *Si quis contra. sub n. 13. de for. compet. & Bernardi Bottone Praeceptor*, quem tamen Oldradus in *conf. 69. in fin.* Hispanum fuisse adfirmat. Itena Hugutio, vel ut alii Hugo Vercellis, quæ ejus patria fuit, postea Ferraria Episcopus, de quo quædam etiam habet Anton. Augustin. *libr. 2. dial. 9. pag. 448. O seqq.* Præterea Jo. Semeca Theurenus, qui anteriorum Glossas reformavit, & paucis additis, suas fecit. Fuit Azonis discipulus, *Gloss. in c. Quando. diss. 86.* Cura diu juri operam dedisset, Prædicatorum, ut vocant, Monasterium ingressus est, Alberic. *in dict. proœm. in fin.* Postea initio saeculi XIII. præpositus S. Stephani Halberstadiensis factus, otium nactus Decretum interpretari coepit. Cumque Clemens IV. decimas per Germaniam & Gallias ad Palæstina loca redimenda exigeret, Joannes Semeca concilium appellavit; quare Pontificis diras meruit, & ab officio remotionem. Controversia paulo post utriusque morte sponita est. Vid. Crantz. *de reb. Saxon. lib. 8. c. 27.* Composuit quoque Semeca Summam seu Compendium Confessio-*nis*, quod primum inter breviaria locum obtinet; & ubi summi non alio adjecto citatur, hujus opus indicatur. Alberic. *in Proœm. dict. in fin.* Decessit anno 1269. De illo insuper judicium est Pancirolli, *de clar. leg. interpret. lib. 3. cap. 6.* Joannes Semeca eti quandoque in episcopis, ut illa etas ferebat vocibus stitutus, non modicam tamen Operi Gratiani lucem adserit; pleraque novi *O* veteris testamenti loca eruditæ explicat. Eum, ut patet ex dictis, Albert. Crantzius d. l. & ex eo Henric. Pantal. *de Viris illustr. German. part. 2. pag. 238.* forte & Freherus in *Chronolog.* quam Juri Græco Romano præmisit, (qui & huic errorem cumulat, quod Semecam ponat in annum 1272, cum iam ultra trienium mortuus esset), male primum vocant decreti *Glossatorem*. Crantzi locum refert Amicus noster summus Nobil. & Consultiss. D. Vincentius Placcius Juris. Hamburgensis, *in Syntagma operoso, de scriptis O Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis*, (in quo utinam festinatio & lucri præpostera cupido Typographi, ut mihi Nobiliss. Auctor conquestus est, nobis non invidisset doctam de tota ἀρχινόμῳ & φλογίνῳ scribendi ratione, præfationem & in posterioribus Pseudonymis detectis prolixiores excursus) *cap. 3. de Anonymis detectis, num. 128. pag. 36.* Ante eum enim jam supra relati Glossas ad Decretum scriperant & publicaverant, de quibus vid. Panciroll. *de clar. leg. interpret. lib. 3. cap. 3. O 4.* Anton. Florentin. *part. 3. specul. pr. O rit. 18. c. 6. fin.* primas deserit Hugutio in scribendis *Glossis*, cujus Gloriam Joannes Semeca postea in se derivavit & obfuscavit. Vitam ejus inter Jurisconsultos Germanos recitat Melchior Adami: Hujus Glossis quædam adjecti Bartholomæus Brixiensis; Vincentii Castellionei discipulus anno MCCLVI. sedente Alexandro IV. Papa. In quibus errata Semecæ notavit, omissa supplevit, & quæ postea immutata sunt, adjectit; vide ipsum in *Decreti initio*. Hic & temporum historiam scriptis, teste Caccialup. *de modo studend. Raph. Volateran. lib. XXI. Antropag. Vossio de hist. Latin. libr. 2. cap. 57.* Quæstiones diebus Dominicis & Veneris a se disputatas collegit, easque *Dominicales Venerialesque* appellavit, imitatis Pileum, qui *Sabbatinas* vocavit, quæ Sabbati die disputaverat. Ab Alexandro IV. Papa, teste Platina, non contemnenda munera retulit: Patriarchæ Venetiæ seu Gradensi quandoque adsedit. Jo. de Turrecremat. *in c. Episcopus non flagitetur. II. q. I.* plures ejusmodi rejections & formulas vid. apud Alberic. Gent. *de libr. jur. cap. 3. pag. 28.* vide sis Panciroll. *d. l. cap. 7.* quid præterenumerata scriperit, habes apud Simlerum, in *Bibliotheca*. Sed ad Collectores nostros revertendum est: si tamen commodo hoc loco præmisero quædam de *Glossis*, (quæ vox Consulatis & Studiosis juris in frequenti uso est) a quibus scribendis, Glossographi & Glossatores dicti sunt, *Glossa* vel *Glossema Græcis vocabatur vox*, quæ in communi uso & consuetudine non erat, sed alicui genti propria, ideoque non a singulis intelligebatur, quæ quoad communem linguam ξυανή seu peregrina, vocabatur. Exemplo id illustrat Aristoteles *de Arte Poet.* ubi τιγυνον, vocem, quæ Cypris propria, & jaculi genus erat, suis dicit γλωτταν esse, & Eustathius *Iliad. Homer. Glossam interpretatur ἀποξενιώμενην διάλεκτον*, Clemens Alexandr. *I. Strom. ἀπεριληπτες τὰς βρεβίζουσαν φωνὰς*, quas non dialektos, sed Glossas dici oportere censet, quod Dialecti dictiones sint proprium & peculiarem loci cuiusdam characterem, designantes, vel vocabula proprium & commune gentis alicuius idioma significantia, ut quinque Græcorum, præcipue Attica, Ionica, Dorica, Æolia, communis. Quod in Barbarorum linguis reperi nequit: quas vere dicere possit πρώτες καὶ γενικαὶ διάλεκτος. Vide Philipp. Jac. Maussacum in *dissert. critica de Harpocratone*, quam ejus dictionario a se illustrato subjunxit pag. 347. ubi pag. seq. subjungit: *Glossa* igitur barbara *O* externa vocabula sunt, quæ nemo interpretatur, γλωττη λαλῶ *I. Cor. 14. 2.* non tantum simpliciter lingua loquens, ut vulgo vertunt, sed barbare loquens *O* per *Glossas*, quas nemo percipiat, propter ignorationem δυνάμεως τῆς φωνῆς, unde apposite Divinus Apostolus exclamat διόπερ ὁ λαλῶν γλωττη προτάχεσθω ἵνα δερηγηθεῖ *V. 13.* Qui Barbare loquitur, non lingua, oret ut intelligi possit; nisi enim barbare *O* per *Glossas* loqueretur, ad quid orare deberet ex Apostoli precepto, ut ejus verba percipi *O* intelligi possent? qui lingua loquitur, dummodo non barbare loquatur intelligi potest, ergo frustra oraret, ut intelligeretur, si ut vulgares interpretationes habent, verba illæ λαλῶ γλωττη interpretetur lingua loquens nude *O* simpliciter. Hæc Maussacus, qui quanquam non adsecutus sit mentem Divi Pauli; totus enim contextus flagitat, ut λαλῶ γλωττη interpretetur de iis, qui Spiritus Sancti dono peculiari peregrinis linguis loquuntur: tamen ingeniose facit Paulum inservire hypothesis suæ. Utrumque, γλωττην & γλωττα occurrit apud Quintilianum, *lib. I. cap. 1.*

333. Verior
titulus Magi-
stri; qui tum
Doctoribus da-
batur.

334. Glos-
satores Decre-
ti.

335. Glos-
sographi unde
Glossa quid.

In fine fere, ubi Glossas vocat, interpretationes lingua secretioris: Illud, inquit, non paenitebit curasse, cum scribere nomina puer cooperit, ne hanc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus perdat, protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, quas Greci γλωττας vocant, dum aliud agitur edidere. Et iterum lib. 1. c. 8. Carea Glossemata etiam, id est voces minus usitatas non ultima ejus professionis est diligentia. Latus adhuc Glossas extendit Galenus, qui voces peregrinas, & obsoletas inter Glossas recenset, item Pollux, lib. 2. c. 4. qui & poeticas voces in hunc censem refert. Utique occurrit Doctoriss. Henric. Stephan. In Palest. de latinit. Lipsii, pag. 43. Glossæ & Glossemata, inquit, nominantur certis dialectis peculiaria, ideoque a communi Graecæ linguae usu aliena vocabula. Unde & ξενικ, quasi peregrina appellabantur; Galenus ut duxi, in meo Thesauro Graecæ lingue, γλωττας peregrina vocabula vel obsoleta esse ait. Cui tamen de hac expositione vix assentiri possum, ut nimis restringente hujus vocabuli significationem. Verum & a Polluce dissentio, Poetica vocabula Glossas esse nominata, scribente. Ab eo quoque dissentio, inquam, ut alteram in partem peccante, id est nominis hujus usum latius quam pars extendente. Alioquin enim non parva Graeci sermonis portio γλωττων appellatione comprehendi posset. Quare autem haec voces Glossæ vocatae sint, coniicit, pag. 49. Sed cur ejusmodi vocabula Graeci Glossas vocabant? De hac non dubito, quin Graeci, cum tale vocabulum aliquod quale diximus, Glossam, id est linguam vocarent, ellipsi uterentur, suū ἐλεπτινος loquerentur, ac perinde esset, ac si dicerent γλωττα idix τισιν, aut aliquid simile. Qui istiusmodi voces exponebant Glossographi, Glossatores, Glossematarii, Glossularii, dicti, ut notat Turneb. & docte Mauffacius Laudatae dissert. crit. pag. 353. & seqq. ubi & originem & progressum multis enarrat, & scriptores ejusmodi recenset. Pertinuit harum vocum interpretatio ad Grammaticam, Varro, lib. 6. de Ling. Lat. In Medo Ennius, Cœlitum camilla expectata avenis; salve hospita. Camilla qui Glossemata interpretati, dixerunt administram: adde sis Mauffacum, d. dissert. Critica, de Harpocratone, pag. 351. ubi Dorothei ex Photio & aliorum meminit. Libri, in quibus Glossæ ejusmodi seu voces propriæ quibusdam, minus vulgo intellectæ, explicabantur, Glossaria vocabantur, quæ & lexica dicta a recentioribus; sed Glossaria a lexicis tamen id differebant, quod lexica quascunque, Glossaria tantum certum genus vocum continuerint; vide sis latissime Mauffacum d. l. pag. 363. & seqq. Postea Glossæ & Glossemata sunt translata, ut non voces ipsas, sed vobum expositiones iis denotarentur; apposite iterum Stephanaus, d. l. pag. 50. Sed unde factum esse putas, ut Glossa quod de vocabulo peregrino & plerisque incogito, id quoque egente expositione, dicebatur, a posteris latinis, de ipsa expositione dictum sit? Hinc abusum inde natum esse puto, quod Glossographi iis, quas afferabant, Glossis expositiones alijungebant. Id quoque perinde esse ac si remelio cuiuspiam mali ipsius appellatio tribueretur. Probat hoc satis locus Quatiliiani lib. 1. cap. 1. supra relatus, & Doctoriss. Mauffacius d. l. qui Glossas vobum Barbararum, & quarumcunque externarum ξεγήτες dicit fuisse; vid. eum pluribus pag. 352. Concludit tandem pag. 353. Glossis Barbarorum primo, deinde peregrinorum omnium, sensui vero obscurorum & non usitatorum vocabulorum interpretationes fuisse. Apposite Doctoriss. Casaubonus ad Athenæum lib. 3. c. 6. in fine, ubi hoc firmat, & de antiquis Glossarum Scriptoribus multa habet, quæ tamen Mauffacius d. l. accuratius & prolixius exequitur. Verba Casauboni sunt haec: Cydonia mala etiam κοδύκαλα fuisse olim vocata, probatur auctoritate Hermonis, qui Glossas Κρητικὰ conscripsérat. Non sunt ferendi qui Glossas ηγέρται, id est, judicarias, ut vertunt, sunt commenti, prorsus υπέρτως. Olim docti multi Glossas, id est, obscurarum vobum interpretationes, & ut nunc vocant Δεξιά ediderant. Nam γλωττας & γλωττης nuncupabant vocabulum vulgo incognitum: vel quia peregrinum & barbarum, vel quia jam obsoletum, & oblivioni tradicunt. Est enim & verborum quidam interitus. Unde illud sapientissimi Imperatoris, M. Antonini Philosophi, lib. 4. αἱ πάλαι συνῆδεις, λέξεις, γλωττήματα γνῶν. οὐτοὶ δὲ τὰ δύο μετα τῶν πάλαι πολυμνήτων, νῦν τροπῶν τινῶν γλωττήματα εἰσιν. Auctores antiqui Glossarum celebrantur, Amerias, Seleucus, Pamphilus, Nicander Cophonius, Philetas, Philemon Timachidus, Hermonax, alii. Sed fuere qui unius tantum gentis vocabula suscepserint interpretandas; ut Philemon, cuius Αἴτιος λέξεις, & Aristophanes, cuius Glossæ Laconicæ non multo ante laudabantur. Similiter Hermonax Cretice dialecti tantum voces complexus opere suo, titulum ei fecerat Γλωτταὶ Κρητικαὶ, cuius libri aliquoties minuit Atheneus. Ulterius etiam prolati termini Glossarum cum primo designarentur vobes Dialectis peculiares, earumque expositiones, tandem quilibet explicatio verborum & rerum coepit Glossa dici; & ita Glossæ juris, Glossæ bibliorum natae sunt; quamquam vetus dictionarium, inter commentum & Glossam distinguat. Glossa, [de qua Scriptura vid. Spigelium ad Prudentium pag. 215. edit. Weitzii] inquit, dicitur a Glossa quod est lingua, & distat inter commentum Glossam & translationem. Commentum expositiō est, verborum juncturam non considerans, sed tantum sensum, deservit enim expositioni alicuius libri; & non contrarioti literæ. Accipitur tamen quoque commentum largius, scilicet pro quolibet libro, studio vel doctrina & tunc sic definitur. Commentum est plurimum studio vel doctrina in mente habitorum in unum collectio. Glossa est expositiō literæ & ipsius sententie, que non solum sententiam, sed etiam verba attendit. Vel Glossa dicitur expositiō sententie literam continuans & exponens. Uale dicitur Glossa quis Glossa, id est, lingua, quod tanquam lingua Doctoris adesset & exponeret, sic literæ exponende insistit & sensum enucleat. Translatio est expositiō sententie per aliam lingam. Textus est liber, ipsius Doctoris continens tractatum sue literæ vel sententie explicationem. His inquam non obstantibus omnes expositiones sive verborum, sive rerum Glossarum nomine & culis Barbaris venire solebant; quod affatim ostendunt Glossæ Accursii in jus civile, Jo. Semecæ Barth. Brixiensis in Decretum, item Glossa ordinaria in Biblia. Plura qui de Glossis, & Glossographis desiderat, is adeat sèpe laudatam Mauffaci Dissertationem criticam de Harpocratone, ubi multa accurate differuit; subjunxit eam Harpocratoni Dictionario a se edito, Cœlium Rhodigin. lib. 7. c. 27. & lib. 13. cap. 4. Jo. a Woueren de Polynat. cap. 9.

336. Decre-
tum Colle-
ctiones.

337. Decre-
tales quid, eo-
rum origo &
progressus.

Nos ad Compilatores juris Ecclesiastici revertiunur; Post Gratianum, cum tam feliciter ei labor cessisset, ad Decretales Pontificum Romanorum epistolæ colligendas & digerendas certatim multi provolaverunt. Sunt autem Decretales Pontificum Romanorum epistolæ, quibus respondent ii, qui aliqua de re consulunt; Incrementum enim Pontificis Romani, ex splendore & dominio urbis, ut supra

no-

notatum multos, qui in rebus controversis consilia petebant, ad Romanos Episcopos excivit; qui petentibus rescribebant. Quod & alii Episcopi in Oriente & Occidente soliti facere. Sed horum, ut alibi notavi, epistolæ non tam accurate adservatæ sunt, quam Romanorum prælulum. Erant hæc rescripta Episcoporum, & Metropolitanorum primum tantum consilia, quæ nullam obligandi vim habebant, postea majoris cœperunt esse auctoritatis atque pretii, & inter scripta Patrum haberi & venerari: quod tamen primum factum in fine saeculi quinti, & quidem in Ecclesia Romana. Cujus rei testimonium illustre præbet Synodus Romana sub Gelasio Anno 494. Romæ habita, in qua a LXX. Episcopis inter alia decernitur: Item *Decretales Epistolæ*, quas beatissimi Pope diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipienda sunt. Vid. c. *Sancta Romana. dist. 15.* Quo decreto Patres illi auctoritatem Canonis nondum dederunt epistolis decretalibus Paparum; verum tantum in censum eorum librorum retulerunt, qui a Christianis tuto sine periculo hæreos aut falsi dogmatis, legi poterant, quos Ecclesiasticos libros quidam vocarunt; evincit id satis ordo & series dicti canonis, in quo hæc Decretales post opuscula Patrum, quæ in ecclesia recipiuntur, ante Martyrum Monumenta recensentur; quæ tamen nemo sanus inter canones retulit unquam, aut vim canonis iis adscriptis. Primus, qui has collegit, est Dionysius Exiguus, saeculo sexto ineunte, de quo supra multis, potissimum, n. 75. & seqq. dictum, quod a Syricio incepit collectionem suam, quia ultra Syricum genuinas nullas invenit: quod nos supra quoque probavimus, in Isidori Mercatoris Impostoris collectione. Fuisse ante Syricum Decretales Episcoporum Romanorum, id quod ex Concilio Romano statim allatum est, attatim probat. Verum non perennarunt; saltem tempore Dionysii Exigui non extabant: sedulus enim ille ruspator harum rerum, cum singulare volumen Decretalium institueret, eas non omisisset. Inter Canones autem noluisse collocare, aut canoniam auctoritatem his tribuere Dionysium, exinde satis clarum esse potest, quod ille singulari eas volumine incluserit & a canonibus separaverit; Primus qui inter Canones iis locum dedit, est Cescionius, ut supra num. 187. observavimus. Quod tamen Orientalis Ecclesia nunquam probavit, quæ in suum Codicem Decretales Pontificum Romanorum non recipit, quod tantam in eo Auctoritatem non agnosceret (41); illa tamen Patrum & Episcoporum Orientalium quædam scripta suo Codici adjunxit, non tam propter Scriptorum auctoritatem quam veritatem rerum, usum & utilitatem disciplinæ & controversiarum decisionem. In Occidente paulatim quædam Decretales, prout pro diversitate Ecclesiæ & Provinciarum, utiles Ecclesiæ cœserant illi, qui Ecclesiæ prefecti erant, sed valde parce, neque omnes in Codices Canonum particulares receptæ sunt; quod supra de Codice Ecclesiæ Gallicanæ, & Hispanicæ observavimus. Vid. num. 84. & 88. Postea collectores a temporibus Pie I. Isidori Mercatoris, eas catervatim suis collectionibus inferuerunt, in quibus eandem cum Canonibus Conciliorum, & Patrum dictis auctoritatem habebant. Omnes, quas habere poruit, etiam spuriæ sue farragini inferuit Gratianus. Post eum Decretales a canonibus cœperunt separari, & singulatum colligi. Primus qui hic operam, sed privatam, impendit est Bernardus Circa, Papiensis præpositus, postea Antistes Faventinus. Hic Pontificum Decretales & constitutiones usque ad Cœlestinum tertium, cuius nullum in eius collectione extat responsum, collegit, & sub iisdem fere titulis digessit, quibus constat *Gregoriana Collectio*, qua hodie utimur. Ex Cœlestini tempore qui Anno 1191. ad sedem Romanam pervenit, de tempore, quo vixerit, coniicimus; quod Doctiss. Bloh dellus se dicit ignorare. Leguntur in hac collectione Decretales Lucii III. Papæ, qui Anno 1181. ad Pontificatum electus est, & aliorum usque ad jam nominatum Cœlestinum. Hujus itaque tempore oportet adhuc vixisse Bernardum Circam. Hanc primam compilationem Henricus Ostiensis, & Joannes Andreæ filius, & Egidius Bellamera vocant; ipse *Breviarium Extra vel Extravagantium*. Qui Scholia scripserunt librum primum vocant. Sic etiam cæteras compilationes alii compilationem secundam, tertiam, quartam, quintam, alii librum secundum, tertium, quartum, quintum appellarunt. Edita est hæc prima collectio ab Antonio Augustino in antiquarum Decretalium Collectione, ubi primo loco habetur. Notæ autem ejus subiunguntur. Dicitur idem Bernardus sub iisdem titulis summam scriptisse, cujus initium fuit: Profectus discipuli, gloria Magistri; item Scholia & Glossulas eidem primæ collectioni adscriptas; Anton. Augustinus de quinque veterib. Collect. in prefat. premiss. antiqu. Collect. Decret. testatur se vidisse Glossulas quasdam sine nomine scriptas, sed multo plures adscriptis nominibus, Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii, & aliorum.

Ordinem Compilatorum Decretalium, quia seriem temporis sectari, nobis constitutum, interrumpe cogit Theodorus Balsamon; Qui eodem fere tempore floruit, quo Bernardus noster, nempe in fine saeculi XII. & principio saeculi XIII. Nam anno ejus secundo antequam Constantiopolis a Latinis oppugnaretur, adhuc scripsit, sed posteriora; Fuit ille Primum Diaconus Sanctissime Dei Magnæ Ecclesiæ Constantinopol., Nomophylax & Chartophylax. Quis Nomophylax in Imperio Orientali fuerit, id ignoramus. Chartophylax vero erat sigilli Patriarchalis custos, quod etiam in pectora gestabat, ut alicubi noster Balsamo notat, qui, ut & Codinus eum chartis ad jura Ecclesiastica pertinentibus præfustum, deinde causarum Ecclesiasticarum judicem, matrimonialium cognitorem, Clericorum defensorem, fuisse dicunt. Duo erant: Unus Patriarchius, qui Ecclesiæ Archiva servabat: Alter Oeconomæ inserviebat, & tabulas ecclesiasticorum reddituum expensarumque conficiebat ac curabat. Ad priorum testimonia deponebantur, quæ scripta de iis qui sacris initiari vellent, item hierologiae. Dignitas ejus Maxima. In supplicatione Sanctorum Norriorum jus habebat coascendendi equi Patriarchalis, aureamque in capite tiaram, quæ in Cartophylacio adserabatur, gestandi. Vide sis nostrum Balsamorem

338. Prima
collectione Decre-
talium Ber-
nardus Circa.

339. Theo-
dorus Balsa-
mon.

340. Quis
fuerit.

341. No-
mophylax &
Chartophylax
quis.

(41) In Romano Pontifice primum jurisdictionis semper agnatum fuisse ab Ecclesia Catholica, vetustiorum Pontificum atque Conciliorum acta palam testantur, hinc ad eum leges statuendi, canones interpretandi, aut ab eis veniam concedendi potestatem pertinere cuiilibet catholicorum omni ævo, omnique etate sua fuisse fuit: quamquam igitur per aliquod temporis, veluti responsa ad peculiares questiones nonnullæ decretales habite sint, vim legis attamen obtinuere

postquam in corpore juris a Romanis Pontificibus veluti leges inserre, atque Christi fidelibus propositæ sunt; quemadmodum vim legis consequuta sunt responsa prudentum, postquam ab Imperatore in Codice legum instar locata fuerunt iuxta illud „omnia nostra“ facimus, quibus auctoritatem impertimur“ lib. 1. §. Sed neque C. de veteri jure enul. Hæc est catholicorum sententia, quam tota Hæreticorum rabies concutere quidem, sed numquam convellere poterit. W.

lxviii Gerhardi Von Maastricht

- ad Photii Nomoc. tit. VIII. c. 1.** habebat jura Episcopi Constantinopolitani, ut idem refert ad cano-nem IX. synod. 7. in fin. In congregationibus extra synodus habebat sessionem ante omnes Episcopos, ut idem refert ad conc. I. can. 18. Plura de hac dignitate vide apud Joann. Episcop. Citri, in re-spons. Codinum de offic. & official. urbis Constant. Meurnum in Glossar. Mixobarbaro voce χαρτοφυ-λάξ, ubi, & in voce χαρτόλαχριθ docet hos male confundi cum Chartulariis. Fuit præterea Bal-samo πρωτος Βλαχερνων, primus Blachernorum. Extra urbem Constantinopolitanam versus Mare erat templum Blachernarum, quod apud Zonaram exstruxit Pulcheria. De Præfecto Blachernarum vid. Jul. Cæsar. Buleng. de Imper. Rom. lib. 8. cap. 100. Primus Blachernarum videtur esse, quem nunc Prepositum vocant. Postea etiam factus est Theopoleos, sive Magnæ Antiochiae, totiusque O-rientis Patriarcha. Ante autem quam Patriarcha esset, commentarios scripsit, ut habet Inscriptio edi-tionis Parisiensis Anni 1620, quæ Balsamonis Præfationi præmissa est. Jusu Imperatoris Emanuelis Comneni, & Patriarchæ Constantinopolitani Michaelis Anchiali, ut habet operis inscriptio, compo-suit expositionem sacrorum & divinorum Canonum, Sanctorum & celebratissimorum Apostolorum & san-ctorum Ecumenicarum synodorum, ac etiam localium ac particularium & reliquorum sanctorum Patrum, præterea earum legum, que sita sunt in quatuordecim titulis positis in principio canonum, ut sciatur que in usu sint, & que non sint; vide sis ejus Præfationem, quam Commentariis suis, seu Scholiis, ut ipse vocat, præmisit. Opus hoc Graece & Latine prodidit Parisis, anno 1620. ex interpretatione Centiani Herveti, Calli, quæ tamen in ista editione est interpolata. Latine tantum versio Centiani in Photii Nomocanonem prodierat ex exemplari Joann. Tilii, Anno 1561. quo tempore suam quoque ejusdem Nomocanoni versionem Henricus Agylæus Belga ex exemplari Bibliotheca Viti Amersbachii Basileæ edidit; quam postea elegit Christ. Justellus, cum exemplar græcum Photii & Scholia Balsamonis An-no 1615. Parisis ederet, & retinuerunt Justellus Filius & Voellas in Bibliotheca Juris Pontifici, quia stylus Agylæi juri magis accommodatus, ut illi in Præfatione testantur, & nos supra retulimus. Præterea scriptis Balsamon Meditata de Patriarcharum privilegiis, & Responsiones ad Marcum Patriarcham Alexandrinum μηλέτας ἡτοι απονοματικας, ut ipse vocat, quæ existant in tomo primo Juris Graeco-Ro-mani Leunclavii a Frehero editi, lib. septimo: ob quæ & ob Scholia in Photium & Canones conciliorum valde invitus & exsus fuit Romanis. Hæcque causa, quare in eum toties debachetur Baronius tom. XII. Annal. ann. 1191. §. 49. & 62. quod odio prosequatur Ecclesiam Romanam. Causam odii putat esse, quod post captam a Latinis Constantinopolim, accepit illa Patriarcham Latinum. In quo sibi ipsi contradicit §. 62. ubi meditata illa seu responsa de privilegiis Patriarcharum dicit scripta es-se biennium ante quam Constantinopolis caperetur. Vide sis eum d. Anno §. 49. & videbis causas a-versi ab Ecclesia Latina animi esse cœlibatum Ecclesiæ Occidentalis in clericis, Jejunium Sabbati, Monarchiam Papæ & alia: ideoque Schismaticum appellari passim (42). Vide quoque Allatum de con-sens. perpet. Eccl. Orient. & Occident. lib. 2. cap. 13. §. 4. pag. 703. Restituerunt etiam Viri docti suo parenti Balsamoni dulum opusculum, quod sub Paratitlorum nomine sine Auctoris nomine Latine ediderat Leunclavius, quod non Paratita vocari debet, sed quemadmodum in Bibliotheca Juris cano-nici veteris, editur Σωστρον τὸν εἰσηγήσοντα ἐν τῷ Κωδίνῳ, καὶ τοῖς Διγέσοις καὶ νεκράις διατάξεσιν, περὶ ἐπισκόπου, καὶ αὐλαριῶν, καὶ τοννηῶν, καὶ προχυτῶν Λευκῶν, ἔτι δὲ ἐπὶ Ιερεῖσιν καὶ αἱρετιῶν. Collectio expositionum in Codice, & Digestis, & Novellis constitutionibus de Episcopis & Clericis, & Monachis & rebus sacris, atque etiam de Judeis & Clericis, libris tribus. Quos huic Auctori adsertos vide apud Doctissimum Fabrottum in principio notarum ad hanc collectionem, in Biblioth. Juris Canon. Veter. pag. 1377. Justellum Filium, in prefat. ejusd. Bliothec. in fine fere.
- 346. Secu-lum XIII. Collectio Decre-talium secun-dæ.** In seculo XIII. se offert secunda collectio Decretalium, cuius tres memorantur Auctores. Gil-bertus, & Alanus Episcopus quidam Antiodorensis, qui Bernardum imitati, collegerunt decretales eorum Pontificum, qui post Bernardum Circam vixerunt. Sed his nomen & gloriam præripuit Joannes Gallensis vel Vallensis, Volterris natus, qui post duodecim annos a prima collectione (quod tem-pus incidit in seculo XIII. initium) Pontificum, qui post Bernardi Collectionem alias ediderant, decretales seu rescripta ex iuriisque Gilberti & Alani collectionibus, concessit; quibus etiam Cælestini tertii addidit, & Scholiis suis illustravit: his postea Hugo Ferrarensis Episcopus, ab Innocentio tertio saepe relatus, & Bernardus major Compostellanus Archidiaconus, suas interpretationes addide-runt. Anton. Augustinus in Præfat. Collect. antiqu. decret. testatur se insuper scholia Vincentii Tan-credi, Alani, Laurentii & aliorum, non pauca etiam sine nomine vidisse in hanc secundam compilationem, quæ censem esse ejusdem Joannis Gallensis. Edita est hæc quoque compilatio ab Ant. Augu-stino inter antiquas decretalium collectiones.
- 347. Gil-ber-tus & Ala-nus.** Tertiam Collectionem adornavit Bernardus Compostellanus, de quo statim dictum, ex registris Innocentii Tertii, quæ Collectio Romana dicta est. Sed offensi Romani, quod usu judiciorum mi-nus recepta referret, ab Innocentio impetrarunt, ut Pontifica auctoritate aliqua Collectio ederetur. Quare Innocentius notarium suum Petrum Beneventanum anno sui Pontificatus XII. qui est Christi nati 1210. operi præfecit: Tum primum auctoritate publica, ut refert Ant. Augustinus loco citato, facta collectio juris Pontificii est. Nam superiores omnes sive Decretorum, sive Decretalium Colle-tores privata auctoritate scripserunt, & rescripta ab eis relata negari poterant, nisi a scrinariis Ro-mane Ecclesiæ probarentur. Hujus Collectionis interpretes fuerunt, ut refert Jo. Andr. F. Paulus Hungarus. Ant. Augustinus dicit se eadem nomina in Scholiis vidisse, quæ in aliis collectionibus.
- 348. Jo. Gallensis vel Vallensis.** Quarta Collectio quinquennio post tertiam, sub eodem Innocentio tertio Papa, Anno nempe Chri-sti Collectio sti 1215. facta est. Cui causam dedit Concilium Lateranense IV. quod pro generali XII. habet Fr. Innocentii III. Longus a Coriolano, in summa Concil. pag. 824. in quo LXXI. capita constituta sunt, quibus adje-cta
- 349. Tertia Decretalium Collectio Ber-nardi Compo-stellani.**
- 350. Petri Beneventani, seu Innocentii III. Collectio.**
- 351. Quar-ta Collectio quinquennio post tertiam, sub eodem Innocentio tertio Papa, Anno nempe Chri-sti Collectio sti 1215. facta est. Cui causam dedit Concilium Lateranense IV. quod pro generali XII. habet Fr. Innocentii III. Longus a Coriolano, in summa Concil. pag. 824. in quo LXXI. capita constituta sunt, quibus adje-cta**

(42) Theodorum Balsamone invisum, & exosum catholicis omnia semper exitisse ob criminationes & mendacia, quæ summa cura impietate in Christi Vicarium evomuit, plusquam satis compertum est: Romanum enim Pontificem jure existimandum execrabilem nullaque commemoratione in Græcorum sacris

dignum ore blasphemo prædicabat, excommunicatum a quatuor Patriarchis Orientis jam fuisse incredibili im-pudentia mentiebatur. Hæc autem omnia in Balsa-mone ipsi Græci, ut ex eorum testimoniis tradit Bar-onius ad annum Christi 1191. num. 62. reproba-runt, W.

Historia Juris Ecclesiastici. lxxxvii

Etæ sunt aliae decretales & rescripta, quæ per quinquennii spatum post tertiam collectionem editæ erant. Duplex tamen extat hujus collectionis editio, una que habet tantum LXXI. Canones Concilii Lateranensis, altera cui & alia rescripta sunt addita. Posteriorem exhibit Ant. Augustinus cum suis notis in antiquarum decretalium collectionibus, loco ultimo. Ejus interpres Vincentius sive dicitur, Augustinus præterea Joannem Jacobum & Robertum seu Rogerium se legisse testatur.

Quotam Collectionem facit Tancredus Bononiensis Archidiaconus, in qua sunt Honorii Tertii constitutiones, sub cujus nomine etiam publicari debuit. Prodiit haec collectio An. Christi præter propter 1227. quo Honorius Tertius, Innocentii III. successor mortuus est. Hujus interpres perhibetur Jacobus Albanus Fidentius Episcopus, Henrici Ostiensis Praeceptor. Hanc diu desideratam, neque unquam editam, quia Gregorius Honorii successor de nova editione Pontifex factus statim cogitabat, cum Antonius Augustinus inter suas Collectiones non edidisset, tandem in Bibliotheca Albiensi repertam, Tholosæ Anno 1645. edidit Innocentius Cironius Academæ Tholosanæ Cancellerius, & Glossas adjecit Doctissimas, in quibus explicat ea, quæ ad juris cognitionem, & temporum historiam pertinent, quæ a prioribus Glossarum Scriptoribus omissa fuerant. Vid. Arthur Duck. *de Autor. jur. lib. 1. cap. 7. §. 6.*

352. Quinta Collectio Tancredi Bononiensis.

Hanc tandem exceptit sexta Collectio, quæ in Corpore Juris Canonici exhibetur, quæ jussu & auctoritate Gregorii IX. Papæ facta est, a Raymundo de Pennaforti, Papæ Capellano, Anno 1230. Congesta hæc est ex omnibus compilationibus anterioribus; cui quoque ea inserta, quæ in aterioribus omessa fuerunt, item quæcumque ab ipso Gregorio constituta sunt, quæ ille multa ex jure civili haulit, & non consultus respondit; quæ causa quare ejus constitutiones saepe ad neminem dirigantur, teste Jac. Cujac. *ad c. ult. de sent. & re judic.* Ipse Gregorius in Proœm. *Decret.* operis rationem suggerit & profitetur se multa inutilia refecuisse. Queruntur attamen interpretes saepe, quod multa utilia detraxerit, aliaque obscura addiderit, quare saepe ad priores collectiones est recurrentum. Raymundum Collectorem multa detraxisse illæ particulae, quæ utramque paginam faciunt in Decretalibus, ET INFR.A affatim ostendunt. Huic fini id factum, ut ipsas costitutiones breviores faceret, sed fecit quoque obscurores; nisi itaque saepissime recurramus ad fontes, vix relictorum sententiam deprehendemus. Ex unius saepe rescripti corpore plura veluti membra sub variis titulis posita, si iterum conjungantur, multo facilius cognoscuntur. In primis collectionibus Inscriptionum quoque & nominum certior scriptura est, cujus periculum, ut refert Ant. Augustinus in *Prefat. ad. Antiq. Collect. Decret.* fecit Antonius Contius, qui multa in sua editione Corporis Canonici ex hisce Collectionibus restituit. Totius operis ratio & auctoritas ex his Gregorii verbis colligi potest: *Diversas constitutiones, & decretales epistolæ predecessorum nostrorum, in diversa dispersas volumina, quorum aliqua propter nimiam similitudinem & quedam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter suis prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliqua vero vagabantur extra volumina supradicta, que tanquam incerte frequenter in judicis vacillabant. Ad communem, & maxime studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum capellarum & penitentiarium nostrum, illas in unum volumen [refecatis superfluis] providimus redigendas, adiicientes constitutiones nostras, & decretales epistolæ, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant, dubia declarantur. Volentes igitur ut bac tantum compilatione universi utantur in judicis, & in scholis, districtus prohibemus, ne quis presumat aliam facere, absque auctoritate sedis Apostolicae speciali. Ad illa verba refecatis superfluis, notant Romani censores, interdum & utilibus, quod & de Triboniano dicitur, qui fuit Raymundo isto doctior. Quod Scholium Joann. Chiffletio bilem succutit, in *Apologia pro hoc Raymundo*, quæ est quarta, pro architectis juris, cap. VI. §. 2. ubi primum dissimulat auctorem Scholii; Quare, inquit, ut ne mentiar saepe mihi stomachum movitis, qui in *Præfationem Decretalium Gregorii IX.* notulas quasdam conscripsit, &c. Deinde post subjecta verba, subiicit: *Evidem miratus sum non semel, homini fortasse non indocto tam ineptum & puerile judicium excidisse.* Sed tum temporis, cum Censores Romani seculo anteriori jussu Gregorii XIII. recognoscerent Corpus Juris Canonici, novum erat tanti Raymundus, neque etiam adhuc in Divos relatus. Nil itaque mirum, si veram illi censuram & sententiam, quam millenis exemplis comprobarunt in notis suis, de truncationibus scriptorum a Raymundo factis, ederent. Magis ego miror quæ effutit (ut Raymundi Collectioni auctoritatem conciliaret) Chiffletius de Angelo custode; magis miror illam, quam instituit ejus cum Socratice Demone comparationem, quam ut mecum mireris, Lector; en subiicio ejus verba: *Nolo vendicare Decretum Gratiani tanquam Jus Ecclesiæ, & ab ea donatum summa auctoritate. Adscripsit Gratianus interdum Sanctis Patribus, que vel his nunquam venerunt in mentem, vel etiam iis, quæ ipsi scripta nobis reliquerunt penitus repugnant.* Ab/it tamen, ut vel Gregorium IX. Pont. Max. vel certe Raymundum Barcinonensem, Ordinis Predicatorum magnum lumen, perversi hac in parte judicis insimulare quisquam audeat, & ositante traducere. Nam si Socrates, quod illi a puer Genius nescio quis adhesisset, sapientissimus habitus est secundum Pythii quoque demonis suffragium, qui Cherophonti id oraculum edidit, quod in omnium ore est; Mortalium unus Socrates vere sapit; in Opere Decretalium concinnando Raymundus non accuratis simus esse non potuit, qui Angelo suo tutelari tam usus est familiariter, ut non raro ad statas ab eo processus excitaretur. Non alio fini ex jure Civili multa Gregorium quidam addidisse putant, quam ne necesse esset ad jus Civilis recurrere, eoque major auctoritas juri Pontificio accresceret, juris Civilis & Imperatorum splendor decresceret, & suprimeretur; vid. sis Casp. Zieglerum in *Dissertat. de origine & incremento Juris Canon. §. 53.* Fuit Raymndus ille de Penna seu Pennia Forte, & Pennafuerre, quem ad hanc Collectionem adhibuit Gregorius IX. Catauna, patria Barcinonensis ex Regibus Aragonie oriundus, ordinis Prædicatorum tertius Magister generalis, Gregorii Papæ penitentiarius, qui præter collectionem istam decretalium scripsit *Summam de casibus*, quæ typis excusa est Romæ 1603. hoc titulo: „*Summa de poenitentia & Matrimonio cum Glossis Jo. de Friburgo Lectoris Ord. Domini.*“ Eius compendium censem quidam esse summulum Raymndi, quæ Coloniae 1502. edita est, cuius hoc initium est: „*Summula de summa Raymndi prodit ista.*“ Obiit anno 1275. ut refert Molanus in Bibliotheca Sacra MS. Anno 1601. a Clemente VIII. Canonizatus, ut loquuntur, seu in Sanctorum Ordinem est relatus, vid. de eo Henricum Gandavens. de Scriptor. Eccles. cap. 48. & ibidem Scholia Miræ, Marianam in Reb. Hispan. lib. 12. cap. 8. lib. 13. c. 13. & 22. Bibliothecam Hispanic. cuius Collector est Andr. Schottus, tom. 2. pag. 186. & 218. Vitam Hispanice scripsit Salvator Pons, vertit Germanice & Monachii edidit Aegidius Albertinus 1602. ubi multa & magna miracula, quæ si-*

353. Sexta Collectio Gregorii noni, facta per Raymundum de Pennaforti.

354. Utilitas priorum collectionum.

355. Raymundus quis fuerit & ejus vita, scripta & series decretalium.

Ixxxviii - Gerhardi Von Maastricht

dem excedunt, refert. Vide sis Jo. God. Olearii *Abacum Patrologicum*, pag. 399. & seqq. Item Leandr. Albertum in ejus vita, & Chisletium, de Architect. Juris, cap. VI. Distincta est Collectio Raymundi, seu Gregorii IX. quinque libris, quorum summam versiculos ille continet. *Judex* 1. *Judicium* 2. *Clerus* 3. *Sponsalia* 4. *Crimen* 5. Liber quilibet suos habet titulos, emnes simul centum & octuaginta quinque. Est ille ordo quoque in anterioribus compilationibus observatus, & exinde haustus, quem etiam in posterioribus omnibus digestionibus sequuti sunt, quando quid, quod ad titulos pertineret, novi rescriptum invenerunt; quod si deesset, ad alium titulum progressi sunt; quae causa est, quare in sexto Clementinis & Extravagantibus saepe non tot tituli inveniantur, quam in singulis libris collectionis Gregorianæ. De hac compilatione hoc exstat judicium Franc. Duarenii in *Præfatione lib. de Sacr. Eccles. Minist.* quod subiiciimus: *In eo Decretalium volumine multa intueri licet, que a prisca illa disciplina, quam Decretorum liber a Gratiano editus continet, multum degenerent. Atque hinc natum est illud inter nostrates tritum ac vulgo jactatum, male cum rebus humanis actum esse, ex quo decretis accesserunt. Est enim hec verum humanarum conditio, ut fere in deterius prolabantur:*

..... Sic omnia fatis,
inquit Poeta,

In pejus ruere, & retro sublapsa referri.

Ejus tamen libri lelio negligenda juris studio non est, quod multa ad juris, non modo Pontificii, sed etiam Civilis cognitionem utilia contineat. Quo etiam tempore conscripte sunt istæ Epistole, quibus Pontifices Romani de jure consulentibus more veterum Imperatorum respondebant, cause Ecclesiastice antiquam simplicitatem jam amiserant, exinde ejusmodi, ut ad eas dirimendas ac definiendas JC. ac Pragmatici adhiberentur. Unde factum est, ut Canonum peritus, nisi idem juris Civilis scientia instructus sit, vulgari proverbio inter rudes & imperitos numeretur. Proverbium illud, cuius meminit hic Duarenus, *Decretis accesserunt ales, ex lingua Gallica explicandum; ubi Decreta vocantur Decreti, & intelligent Decretum Gratiani; a Gregorio autem additæ sunt ales, id est ex Decretis fecit ille Decretales. Ver-* sus illi ante reformationis tempora facti sunt hi:

*Depuis que Decrets eurent ales,
Que Géants d'armes porterent males,
Et moines allerent à Cheval;
Au monde ny eust rien que mal.*

356. *Glossographi hujus compilationis.* In hanc & anteriorem editionem Glossas ediderunt, ut refert Guido Pancirollus, *de Claris leg. Interpret. lib. 3. cap. 8.* quem hic sequimur, Ruffinus, Sylvester, Ricardus Anglus, Rodoicus cognomento Modicipassus, Petrus Corbolus, vel, ut alii, Boliatus Hispanus, Hostiensis in summa de rest. spolia, §. Cum queritur, ad fin. Joh. Andr. in c. *Iras*, eod. & in proœm. *decretali col. 3. verf.* Et ibi compilationes quinque. Bertrandus, Damasius, Alanus Anglicus, Petrus Papensis Praepositus, Petrus Galensis Vulterrarius, Bernardus Compostellanus, Laurentius, Vincentius, Castellioneus Mediolanensis, Joannes Teutonicus, & Tancredus, qui etiam in *Decretum glossas* ediderunt; Hos secuti sunt Guillelmus Naso, & Jacobus de Albenga Episcopus Faventius. Sed horum omnium glossas Bernardus Bottonus Parmensis, ultimam compilationem interpretatus in unum collectas ampliavit, *Archid. in peroratione Decreti*, circiter annum MCCXL. & omnem illarum gloriam in se transtulit. Eadem Gregorii IX. compilationem aliqui ex prioribus, & alii posteriores sunt interpretati: ut Vicentius, Gofradus, Philippus, Innocentius, Hostiensis, Petrus Sampio, Abbas antiquus, Bernardus Compostellanus, qui opus non perfecit, Egidius Bonoaiensis, Bonaguida Aretinus, & Franciscus Vercellensis, qui tantum super contextu scriptis. Postea supervenit Boatinus Mantuanus, & Archidiaconus, qui etiam glossas sunt interpretati. Quidam etiam Monachi, quorum nomina ignorantur, super iisdem Decretalibus opus composuere, quod Suffragium Monachorum nuncupatur, quod ut erroneum, superfluum, & mancum fere inutile fuit. Hos fecerunt sicut Frater Jacobus Canonicus Sancti Joannis in Monte, quorum omnium scripta milleglossatum, aut interpretationum Summam excedebat, prout in *Proœm. Decret.* Joannes Andreæ testatur. Ex prædictis Damasius in primam compilationem glossas edidit, ac librum questionum super multis Decretalibus, & Brocarda compositum, & Joannes de Albenga Hostiensis præceptor Honorianas est interpretatus. Praeter memoratos Druzianus, & Guandulfus in *Decretales* glossas emiserunt, & Petrus Mandecator, & quidam Cardinalis. Cæterum Bernardus Bottonus Bononiæ, ubi etiam Canonicus creatus est, diu *Decretales* professus est; postea sacri Palatii quæstor est declaratus, *gloss. Bernard. in c. Quod scut in vir. dividatur, de electione* quem Auditorem, & Summi Pontificis Capellum vocant; cum enim causas ex toto orbe ad Urbem confluentes Pontifex in Sacello, quod Capellam nominant, adhibitis Jurisconsultis, audiret, illi a loco Capellani sunt appellati. Sed hi hodie numero XII. licet alias plures fuerint, ex generali, & prisca delegatione in unum ordinem redacti sunt, & qui audiendi, cognoscendi facultatem habent, Auditores causarum sacri Palatii dicuntur, quas ex speciali rescripto plerunque decidunt; & etiam aucti Capellani nuncupantur, atque in Capella divinis inserviunt. Bernardus postremo Academia Bononiensi Præfectus fuit, quem Germanorum vocabulo Cancellarium vocabant. Illi enim cum in Italia imperabant, omnes regionum præfectos Cancellarios appellare consueverant. In majore templo Bononiæ cum hoc Epitaphio humatus est;

BERNARDUS BOTTONUS CANCELLARIUS STUDII BONONIENSIS QUI SCRIPSIT APPARATUM

AD DECRETA, JACET HIC.

Censores Romani superiori sæculo has *Decretales* contulerunt cum fontibus, Regestis nimirum & compilationibus, quæque inconsulto Raymundus retraxerat, & sine quibus *Decretales* intelligi vix poterant, subjecerunt: sunt hæc quæ in editionibus vulgatis alio characteris genere scripta legimus.

Autequam Cæteros Romanorum Præfulum labores in colligendis Decretalibus, & fulcienda sua Pontifica maiestate atque jurisdictione, recenseamus, in Græciam nos ordo temporis vocat, ut labores luctremus Arsenii Monachi, postea Patriarchæ Constantinopolitani, cum Nicephorus Blemmydas designatus Patriarchatum non iniret. Hic sub Theodoro Lascare Juniore circa Annum Christi 1255. *Synopsis Canonum* ex Conciliis & Patribas in Concilio Trullano approbatis collegit. In qua accurata methodo universam canonicae disciplinæ scientiam, centum supra unum & quadraginta titulis complenus est, tum in fine cujusque tituli *volumina* quædam *nefælxix capitula* quædam *legum* concordantium

ad-

357. *Bernardus Bottonus Parmensis.*

358. *Boatinus Mantuanus.*

359. *Frater Jacobus Canonicus Sancti Joannis in Monte.*

360. *Druzianus.*

361. *Druzianus, Guandulfus.*

362. *Petrus Mandecator.*

363. *Capellani Summi Pontificis qui dicantur.*

364. *Censorum Romanorum labor in hac Collectio-*

365. *Arsenius Monachus, & Patriarcha colle-*
git Synopsis canonum, seu Nomocanonem.

Historia Juris Ecclesiastici. Ixxxix

adjeicit. Quare illius opus Nomocanonis quoque titulum in fine Codicis Graci Manuscripti in Bibliotheca Regis Galliarum refert. Unde neφάλια illa νομινὰ hauserit, non satis constat. Justellus Filius & Guill. Voell. in *Præsat. Bibliothec. juris Canon.* veteris hanc conjecturam habent: *Unde autem illa neφάλια νομινὰ depropserit Arsenius non facile est deprehendere: multa olim Ὀ varia juris πρόχειρα Basilio, Leone Philosopo & Constantino Porphyrogenneta Imp. Orientis Basilikorum auctoribus sepius edita sunt: an autem ex illis sua forte capitula excepserit Arsenius, non est nostrum definire, sed eruditis Ὀ juris Graci peritis disceptandum relinquimus: Edidit Opusculum hoc Christophori Justelli filius, in Bibliotheca juris Caionici veteris tom. 2. sub hoc titulo: Αρτεμίσιον Μοναχὸς τῆς ἐν τῷ ἀγίῳ ὄρει Μονῆς τοῦ φιλοθέου Σύνοψις τῶν Σειών Κανόνων. Πρακτικὴν εἰκόνανεφάλιαν καὶ τῶν αρμοζόντων ψηφιῶν τῶν Σειών παγόνων. ἀφ' ὧν καὶ ὁ 185 εἴληπται. ἡ ἀναγνώστων σκόπιας δέργεται τὰ συντένοντα. πρότερον μὲν ἀπὸ τῶν περιφάλιων τὸν ἀπαντά κανὸν ἐμπαχθάνων ἔπειτα δὲ τοῖς ψηφίοις ἀναζητῶν ἐν τῇ τῷ κανόνων βιβλίῳ. καὶ πλατύτερον περὶ ἐπίστεις πληροφορέμενος, εἰς δοξαν της ἀρίτας καὶ ὁμολογίας τριάδος. A'ulw. Arsenii, Monachi ejus, quod est in Sancto Monte Ikonasterii, *Divinorum Canonum Synopsis*. Appositis unicuique capiti congruentibus divinorum canonum numeris, ex quibus mens desumpta est. Que legendo nullo negotio invenies ea, que ad rem pertinent: primum quidem ex capitibus omnem sensum ediendo, deinde vero numerorum ope in canonum libro investigando, plenius etiam de singulis certior factus, ad gloriam sancte Ὀ consubstantialis Trinitatis. Amen.*

A Temporibus Gregorii Noni Pontificis, in Occidente prohibitæ erant collectiones privatorum; Quare cessatum est aliquantis per in colligendis Decretalibus usque ad Bonifacium Octavum, qui XV. Papa fuit ab excessu Gregorii, & ad sedem electus est saeculi XIII. anno 94. Hic tertio Pontificatus anno tribus Cardinalibus commisit compilationem Decretalium, Guillelmo de Mandagoto, ex Archidiacono Nemausensi Archiepiscopo Ebredunensi, Berengario Fredello vel Stredelio Episcopo Niterrensi, & Richardo Patrolo de Senis Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario teste *Procœm. lib. VI. Decret.* quæ postea liber sextus Decretalium vocantur, quia aliis quinque Gregorii addita est. Illa potissimum ex constitutionibus Innocentii IV. Gregori X. Nicolai III. & ipsius Bonifacii: item constitutionibus duorum Conciliorum Lugdunensium sub Innocentio IV. anno 1245. & sub Gregorio X. anno 1272. celebratorum compilata est. Habet illa itidem libros quinque, ut Gregoriana, & eosdem, ut dictum, titulos, si quid interea, quod ad titulum faciat rescriptum invenerunt compilatores. Richardi cuiusdam, qui & auctor hujus compilationis sit, meminit Alber. de Rosat. ad l. ult. C. de feriis. Superfuisse etiam Dymum, vid. apud Catellian. Cottam, in memor. Idem habet Valent. Forster. in *Histor. juris Civil. lib. 3. cap. 21.* Eam Bladus citat in tit. de *Pace Constantie, sub nomine Novellarum*, Vid. Alberic. Geut. de lib. *jur. Can. c. 1. p. 11.* Fuit hic Bonifacius valde ambitiosus, arrogans, turbulentus, ad discordias promptus & excitas & fovendas, quod satis ex Platina, & Præfatione Monarchica, quam huic compilationi præmisit, colligi potest. Cum Philippo Rege, suam regni Galliæ immunitatem defensente, & Papalibus Maudatis & rescriptis obedire detrectante, graves inimicities exercuit. Pontifex in Galliam ad Philippum pulchrum mittit episcopum Apameensem, ut eum ad bellum sacrum incitet. Filio ejus Carolo Valesio dat orientis imperium specie, sed revera eo ut vicario in exterminandis Etruria Gibellinis uti cogitat; cunctanti Philippo anathema intentat. Philippus episcopum in custodiā tradit. Papa eum illico liberari jubet. Episcopis & Patriciis Franciæ Romanam ad concilium diem dicit. Non parente Philippo, regum Franciæ ad ecclesiam Rom. pertinere dicit, proinde abstineat ab ejus administratione subditos sacramento solvit. Philippus prælatos regno excedere vetat, & liberat quidem Apameensem, sed bullam Papæ in atrio palatii Paris. exuri facit, ejus latorem protinus facestere jubet. Cum Papa ea bulla diceret regnum Franciæ & in spiritualibus & in temporalibus sibi subesse. præbendarum collationem ad se spectare, aliud credentes hæreticos putare: respondit per literas Philippus: *Sciat tua maxima fatuitas nos in temporalibus alicui non subesse, aliquarum præbendarum collationem Ὀ. ad nos jure regio pertinere Ὀ. secus autem credentes fatuos Ὀ dementes reputamus.* Conveniunt Lutetiae Ordines regni cum clero & theologis, & multorum scelerum reum agunt Papam, etiam quod non adhibeat fidem confidentibus eucharistiā, quod animas mortales putaret; ideoque ad vacantem sedem, ut ajebant, ad futurum concilium appellant. Interea sancitum ne quis quicquam Romanum perferret. Bonifacius concilio Romæ habitō regnum Franciæ interdicto subiicit: regem cum posteris ad 4. generationem ecclesia excludit: sed latores bullarum comprehenduntur. Vid. Jacob. Revium in vita Bonif. VIII. Mornai *Mysterium iniquitat.* pag. 391. edit. Gorichemens. Hæc causa quare liber sextus Decretalium in Gallia non sit receptus. Duarenus in *Præsat. lib. de Sacr. Eccles. Minist.* Ideo, inquit, in Francia reeptum non esse accepimus, quod qua in ea extant, constitutiones, plereque in odium Ὀ & mulierem Philippi Regis Francorum editæ, Ὀ ad Romana aule quæstum excogitate credantur. Adde Petr. de Marca, Concord. Sacerd. & Imper. lib. 4. c. 16. Scriptis in hac compilationem Glossas Jo. Andreæ; de quo vide sodes late Guidon. Panciroll. de *Clar. leg. Interpr. lib. 3. cap. 10. [43].*

Initio saeculi decimi quarti Clemens V. qui Benedicto XI. & hic Bonifacio VIII. succederat, novo augmento jus Pontificium beavit, aut potius oneravit. Hic sedem Pontificiam Avenionem in Galliam consilio Cardinalium Gallorum, quos bene multos creaverat, transluit; eosque demonstravit æque Papam Avenionensem, ac Romanum poste dici, nec necesse esse, ut Romæ hæreat, Petri que, ut volunt, sedibus incubet. Mansit hic statio Pontificum per annos LXXII. Hic libris itidem quinque iisdemque titulis inclusit suas & Concilii Viennensis constitutiones, sed præpropere mortuus vulgare non potuit, imo moriens vetus, ut Aventinus *libr. VII. Annal.* refert. statim adducendus. Ejus successor Joannes XXII. non obstante prohibitione Antecessoris vulgavit. Aventini judicium de hac editione est sequens: *Septimum Juris Pontificii librum, quem Clemens V. decessor ejus composuerat, sed quod multa, que simplicitati Christianæ, libertati Religionis imponerent, ibi continerentur, publicum.*

(43) Romanum Episcopum Bonifacium VIII. a maledictis, & calumniis Maastrichtii, & Duarenii, ex Gallicanorum Auctorum testimonis vindicatum insipere possumus in nota (d) ad Præfationem ipsius Daa-

reni libris de Ecclesiast. Minister. & Benef. præmissa; proindeque non est cur in iis iterum resellendis immoremar. W.

366. Boni-
facii officiv
compilatio.

367. Liber
sextus Decra-
taliūm voca-
tur.

368. Qua-
lis fuerit.

369. Ini-
micitie cum
Regis Gallica-
rum Philippo.

370. Ob-
eas liber sex-
tus in Gallia
non est rece-
ptus.

371. Sæcu-
lo XIV. Cle-
mens V. Cle-
mentinas col-
legit.

blicare supercederat, atque animam agens aboleri juss erat, (Joannes XXII.) edidit, omnia qua ibi dem scripta erant, rata fore constituit, que a Benedicto, qui Joanni succedit, rursus antiquata sunt (44). Noluit has vocari librum septimum Joannes Papa, ejus editor, sed Clementinas inscripsit, misitque ad universitatem Bononiensem cum Praefatione sua anno Pontificatus sui secundo, qui est Christi 1317. Glossas ad eas edidit Fr. Zabarella, qui & in decretales scripsit.

372. Joannis XXII. Extravagantes.

Sub ejusdem Joannis XXII. nomine vulgata extant in Corpore Canonico *Extravagantes* virginis, ita dictæ, quod vagarentur extra Corpus Collectionum Canonicarum, incertæ adhuc, num recipienda essent. Nam ab ipso Joanne, neque ab ullo Pontifice sunt vulgatae, aut probatae, sed privata auctoritate collectæ, anno præter propter 1340. Cujacius in c. *Ad audientiam. 4. de spons. O' matr. vocat Joanninas.* Guillelmus Occam, qui circa eadem tempora vixit, a multis has extravagantes reprehendi, pro hereticis & falsis haberi adserit, & errores recitat ex libris & sermonibus Joannis hujus. Vide scripta hæc apud Goldastum in *Monarchia*; Sleidan. lib. 2. comm. & de Scriptis hujus Joannis XXII. Ludov. Jacob. a S. Carolo, in *Biblioth. Pontificia*, lib. I. ubi ejus Regestum, & Bullarium in Vaticana Bibliotheca extare refert, pag. 40. Scripta in eas Zenzelinus de Cossanis, qui aliis est Gezelinus, vel Jefselinus de Cossanchis.

373. Regula Cancellarie auctorem habent Joannem XXII.

Eidem Joanni XII. adscribuntur *Regule Cancellarie*. Ludovicus Goines, qui Commentariis illustravit has Regulas, in *Proæmii princ.* illud satis compertum esse dicit, *Regulas Cancellarie a Johanne XXII. initium O' originem habuisse*, nam in vetusto quodam membranaceo Codice (quem vulgares Quinternum Cancellarie Apostolicae vocant) primus omnium in ordine ponitur Johannes XXII. Regularum Actor, nec ante ipsum alius summorum Pontificum invenitur, qui hoc prius tentaverit; Aliquis foliis iuterjectis, idem tradit: ejus testimonium quia laudes & fraudes, homo Pontificius, Episcopus, ad ipsum Papam Paulum III. (cui suos commentarios inscripsit) uno spiritu eructat, non possum quin totum, etiam paulo prolixius, apponam: *Redramus igitur*, inquit, *unde digressi sumus, O' dicamus, quod licet ante tempora, Joannis XXII. Vicecancellarius, scriptores O' correctores literarum iam constituti fuissent, nihilominus regule Cancellarie nondum composite fuerant: sed primus omnium Joann. XXII. tanquam bonus domus sus paterfamilias eas introduxit, Nec solum regulas, sed etiam ut rem angustam domini juvaret beneficiorum etiam electivorum reservationes ac taxas, quibus estimarentur, invenit. Collegium quoque scriptorum Apostolicorum, antea sine ordine vagans, numeris distinxit*, ut de istis Guill. Hispanus in *Pragmatica Francie*, ac Polydorus lib. 8. de Inventoribus rerum cap. 2. meminerunt. Quinimo beneficiorum annatas, ex quibus tam magnos proventus sibi O' Ecclesie comparavit, in consilio Viennensi sub contentionis dimissas, ut reserit Jo. Andr. licet mendoza in c. Inter cetera. col. fin. de offic. ord. in usum revocavit. Adeo, ut moriens viginties quinquies centum millia nummum aureorum Ecclesie dimisit, ut reserit frater Ptolomeus de Luca in *historia Ecclesiastica Pontificum*, in vita Joann. Et hoc idem dicit, tacito auctore. D. Petrus Andr. Gammarius Rote auditor in scholiis quibusdam impressis ad extravagantem Julii II. Qua quidem annatarum inventione magnum toto orbi scandalum generavit. Nec mirum, quia Joann. XXII. adeo cupidi O' audaciissimi animi fuit, ut non solum hoc uno malo Ecclesiastico Viros gravare, sed quod magis mirandum fuit non est veritus constitutionem facere, qua O' regnum Germanie a regno Francie divideret, O' Italianam ab imperio segregaret, ut Albericus auctor est. Inter hec tamen, Rotam novis O' saluberrinis statutis ornavit, que hodie apud nos etiam servantur, O' quotannis initio audientiarum publice leguntur: Et in summa, illa primus administrationem iustitiae, cuius Vicecancellarius caput est, que in regulis, O' Rote ordinationibus consistit, invenit. Que quidem officia successores Pontifices in dies magis propagarunt; nam quod ad regulas attinet Joann. XXII. in suis regulis hoc tantum egit, abbreviatores instruere, videlicet quomodo literas in cancellaria, juxta supplicationum varias signaturas, deberent expedire, quas summi pontifices deinde magis auxerunt, usque ad tempora Nicolai Pape V. qui omnium pontificum primis predecessorum regulas colligens, ac plures alias iuridicales addens, eas omnes in eo statu, in quo nunc reperiuntur, deduxit. Quem successores usque in hodiernum diem paucis immutatis vel ad litis pro se quisque sunt sequuti: Totius hujus harmonie laus Joanni tribuitur. Fuit enim inter ceteros mortales non solum eruditus, sed impense curiosus; nam ut ex recentioribus solus auctor est Franciscus Petrarcha lib. 2. rerum memorabil. tract. 3. cap. 53. Joann. XXII. fuit adeo rerum omnium curiosus, ut repertoria, seu indices sibi ordine alphabeticis conficeret, quibus facile res omnes in promptu, O' ad manus haberet. Sic itaque ecclesie Dei magnum prestatit adjumentum O' autoritatis prerogativam: nam, ut ex omnia, que historici in ejus vita referunt, omettam, quando aliud de se dignum Joannes presul esset: illud tamen erit omnibus seculis memorandum, quod primus omnium Cancellarium O' Vicecancellarii dignitatem, ac Rota tribunal illustravit, que sunt duo in urbe luminaria, O' collegia praestantiora: Nam tres sunt gradus dignitatum principialium in urbe post Papam; prima est Vicecancellarii, qui administrationem iustitiae, Regularum Apostolicarum, ac constitutionum tutelam, O' custodiad tenet: circa cujus potestatem speciales regule Cancellarie cordita fuerunt. Et multi ex doct. nostris de illo notabiles tractatus scripserunt. Secunda dignitas est Cameristus, qui praest arario, ac ecclesie patrimonio, ejus redditus, O' proventus procurans, ut dicitur in cap. Ad audientiam. de praescript. cuius authoritas olim major fuit, ut ex regulis antiquorum pontificum appareat: de quibus mentionem feci superius, de Auditoribus Rote loquens. Tertia dignitas est majoris penitentiarii, qui preponitur curie fori penitentie, de qua latissimum tractatum composui. Primam ad lucem rediit Joannes. Secundam Eugenius curauit. Tertiam Benedictus XII. in lucem produxit. Eugenius O' Sextus locupletiorem rediderunt, de quibus omnibus tractatur per cardinalem, O' alios in clement. N. Romani. de elect. Et de omnibus istis ego latus dixi in Tractat. de potestate, O' stylo officii sacre penitentiarie, ubi de officialibus curie mentionem facio. Non sufficit ex predictis ostendisse, Regulas, de quibus loquimur, certain originem O' initium habuisse. Habet hic oppido egregiam summi, ut volunt, Præsulis sanctitatem; ex qua etiam de consti-

376. Annatas revocavit.

377. Divitias in gentes reliquit.

378. Cupidi fuit animi O' audaciissimi.

379. Rotam ordinavit.

380. Fuit curiosus.

381. Joann. XXII. fuit adeo rerum omnium curiosus, ut repertoria, seu indices sibi ordine alphabeticis conficeret, quibus facile res omnes in promptu, O' ad manus haberet. Sic itaque ecclesie Dei magnum prestatit adjumentum O' autoritatis prerogativam: nam, ut ex omnia, que historici in ejus vita referunt, omettam, quando aliud de se dignum Joannes presul esset: illud tamen erit omnibus seculis memorandum, quod primus omnium Cancellarium O' Vicecancellarii dignitatem, ac Rota tribunal illustravit, que sunt duo in urbe luminaria, O' collegia praestantiora: Nam tres sunt gradus dignitatum principialium in urbe post Papam; prima est Vicecancellarii, qui administrationem iustitiae, Regularum Apostolicarum, ac constitutionum tutelam, O' custodiad tenet: circa cujus potestatem speciales regule Cancellarie cordita fuerunt. Et multi ex doct. nostris de illo notabiles tractatus scripserunt. Secunda dignitas est Cameristus, qui praest arario, ac ecclesie patrimonio, ejus redditus, O' proventus procurans, ut dicitur in cap. Ad audientiam. de praescript. cuius authoritas olim major fuit, ut ex regulis antiquorum pontificum appareat: de quibus mentionem feci superius, de Auditoribus Rote loquens. Tertia dignitas est majoris penitentiarii, qui preponitur curie fori penitentie, de qua latissimum tractatum composui. Primam ad lucem rediit Joannes. Secundam Eugenius curauit. Tertiam Benedictus XII. in lucem produxit. Eugenius O' Sextus locupletiorem rediderunt, de quibus omnibus tractatur per cardinalem, O' alios in clement. N. Romani. de elect. Et de omnibus istis ego latus dixi in Tractat. de potestate, O' stylo officii sacre penitentiarie, ubi de officialibus curie mentionem facio. Non sufficit ex predictis ostendisse, Regulas, de quibus loquimur, certain originem O' initium habuisse. Habet hic oppido egregiam summi, ut volunt, Præsulis sanctitatem; ex qua etiam de consti-

(44) Magno conatu magnas nugas nobis nituntur seponere reformatores, qui nugas, atque calumniis omnino pascuntur, cum in sanctam Ecclesiam, ejusque Pastores eodem conspurcantur; istæ tamen, quæ ab Aventino Heretico proferuntur, a Raynaldo ad annum Christi 1200. num. 53. aliisque in locis refutantur. Quis autem existimet Clementem V. præcepis-

se, ut suæ abolerentur constitutiones? si paulo antequam spiritum exhalareret, in publico consistorio easdem promulgavit, quamvis morte preventus ad studia generalia transmittere non potuerit, quod tamen a suo successore fuit adimplerat, ut scribit Analricus Angerii apud Pagium Juniprem in *Pontificum Breviarie in Clemente V. W.*

tutionum sequitate judicare poteris, quas avaritia dictasse videtur [45]. Sunt haec regulæ Cancellariae norma judicij Romani in judicando, & valent tantum per vitam Pontificis, cum eo moriuntur; Pares de resignat. benef. lib. 11. q. 2. num. 32. Merlin. decis. 192. num. 4. Et 5. Gomes. ad Regul. Cancell. proam. fol. 8. pag. 1. in fin. Sequens Pontifex paucissimis immutatis initio sue creationis iterum eas proponit, teste Carol. Eman. Vizzanio, in tract. de mand. Principum, in proleg. num. 7. Ideoque editis Prætorum eas comparat Francisc. Florens ad titulum de Rescript. princ. Haec leges sunt generales at particularies, late disquirit Gomesius ad d. constitutiones, ubi multa arg. pro utraque sententia afferit in quaest. secunda Proœmii, fol. 8. Et seqq. Sed sunt tantum leges particularies vere, Curiam Romanam tangentes, ideoque extra eam non obligant, ut vere decidit Alberic. Gentil. de libr. Jur. canon. cap. 3. pag. 52. ubi addit Constitutiones Marchiaæ Anconitanæ, quæ Ægidianæ dicuntur jus generale facere in statu Ecclesiastico, extra eum non valere. Adde Besold. de libr. Juris, pag. 47. seu cap. 8. in fin.

Sæculo demum decimo quinto & quidem decrescente, alia collectio extravagantium prodit, quæ Communæ vocantur, quia non sunt unius Papæ. Quæ Collectio itidem privata industria facta, a nullo Pontifice approbata legitur; sunt in ea extravagantes quædam Eugenii IV. Callixti III. Pauli II. Sixti IV. qui ad Pontifikatum venit Anno 1471. & mansit in eo usque ad Annum 1484; ut necesse sit hoc tempore factam & vulgatam fuisse istam collectionem. Quia a privato facta cuius nomen latet, ideo nec olim magna auctoritas fuit: nunc vero & hæc & anterior Joannis XXII. postquam in Corpus canonicum recepta est: magni apud Canonistas est ponderis. Harum quædam extant cum Glossis Joannis Monachi, Picardi Cardinalis, aliæ cum commentis Gillermi de Monte Laduno, & Joannis Francisci de Paviniis.

Ex his partibus conflatum est Corpus Juris Canonici, quod hodie utimur ad imitationem corporis juris Civilis, ut Gratiani Decretum, Pandectas, Decretales, Codicem, Sextus, Clementinæ & extravagantes Novellas repræsentare possint. Quod si incrementa imposterum tanta a sequentibus Pontificibus accepit, moles ejus longe jura Civilia excedet, & postea id ipsum obruet. Causas incrementorum eleganter enarrat Petrus de Marca de concord. Sacerd. Et Imper. lib. 3. cap. 6. num. 4. ubi differentias Juris Canonici Veteris & Novi adsignat. Verba sunt quidem paululum prolixa, tamen quia Auctor non est in omnium manibus, tum quia affabre causas depingit, homo Pontificiæ professionis & Episcopos, eum omittere nequeo: Summum, inquit, caput, in quo jus novum ab antiquo differt, in eo jam constitui, quod suprema potestas, quam in plerisque causis judicandis Synodi provinciales obtinebant, penitus extincta est, Et ad solum summum Pontificem revocata, Et ea, quæ in canonibus condendis versatur, si adeo imminuta, ut Pontifici soli constitutionum condendarum onus incubuerit, quibus earum rerum formam prescribebat, de quibus apud illum erat disceptandum. Hinc securus est novus judiciorum Ecclesiasticorum ordo ad cognitiones per rescripta Pontificum instituendas in Provinciis; Unde tot constitutiones emanarunt de Rescriptis, de judicibus delegatis, de officio judicis ordinarii, de dilationibus, exceptionibus, sententiis Et appellatioibus, Et de toto, ut generaliter loquar, judiciorum ordine. Hec omnia olim non adeo exacte Et solemniter exercebantur, ut novis Constitutionibus est acretur; que magna ex parte in formulis actionum Et in tritura fori, anxiæ Et scrupulose versantur. Ex alio deinde capite nova Ecclesiastica Policie facies oborsa est, scil. ex Beneficiorū ab ordinationibus discretionē. Antiquo jure, quod canone Concilii Chalcedonensis probatum erat, nullus ad Clerum adsciscetur, quin ad certam Ecclesiam sub Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Et ceterorum ordinum gradu adscriberetur, adeo ut manus impositionem sequeretur adscriptio in Canonomē seu laterculum Et matriculam Ecclesia. Hoc obtinet adhuc in Episcopis; sed in ceteris gradibus ordinationes Et absolue fūnt, Et absque titulo Ecclesiæ, contra prescriptum Concilii Chalcedonensis. Constitutum quidem fuit in concilio Lateranensi, ne Clerici ordinarentur absque titulo, saltem patrimonii, scil. ne in opprobrium Cleri mondicare cogerentur: sed hoc Decreto non est restituta vetus disciplina, quæ clericos per maxime impositionem suis Ecclesiis addicebat. Separatio ista Et discretio ordinationis ab Ecclesia seu beneficio collatione Et pinguissimorum reddituum copia, novas in jus Canonicum regulas invexit antiquo juri prorsus incognitas de beneficiis acquirendis, conservandis, Et amittendis, que fere utramque paginam novi juris faciunt. Matrimoniorum impedimenta novis interdictis ad tuendam honestatem publicam introducta, Et revocata ad solam Ecclesiam earum causarum cognitiones Et cognitionum, quæ has de re habentur, ad strictius forensibus formulis ordo, novam juri Canonico materiam subministrarunt. Excommunicationum infligendarum Et penitentiarum publicarum, que antiquo jure vigebant, temperatus jure novo rigor novis Constitutionibus explicandus arat. Non omittende sunt multipliæ Monachorum species Et religiosarum domum diffusa per Europam multitudo, quæ novis regulis Et institutis Pontificum curam ad se traxerunt. Quin Et indulta monasteriis aut Canonorum capitulis exemptions ab Episcoporum jurisdictione, Et privilegia varia illis concessa, varias causarum figuræ a Pontificibus disceptandas prebuerunt. Et c. Salse traduxit eam molem sæculo decimo quinto exente Joannes Geilerus Keisersbergius, Concionator apud Argentoratenses sermone 3. de orat. Nota, inquit, dissipaverunt Dei, per leges humanas: sic Dominus Iudeis improperavit: irritum fecistis Et c. Et per leges positivas, canonicas Et Imperiales, per statuta municipalia, provincialia, synodalia, Et cuiuslibet particularis Ecclesie, quod suo tempore lamentatus est beatus Augustinus, ad inquisitiones Januarii. Quod si idem nunc viveret, Et videtur Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas Et tot Lectiones Et c. DEUS meus, quid diceret? taceo de legibus inquis. Plane obseruit lex divina per tot humanas, ne discatur Et cognoscatur [46]. De Autoritate hujus Juris pauca

381. Quid
sunt regulæ
Cancellariae,
& cujus sint
ancoragatis.

382. Con-
stitutiones Mar-
chiaæ Anconi-
taneæ.

383. Secu-
lo XV. Extra-
vagantes com-
munes prodi-
runt.

384. Cor-
pus Juris Ca-
nonici compa-
ratum cum
Corpo juri
Civilis.

385. Cau-
se incremento-
rum juri Ca-
nonici.

386. Au-
toritas juri
Pontifici.

[45] Ab Joanne XXII. Romanorum antistite regulis cancellaria datum esse principium utique Gomesius in proximo ad easdem regulas quest. 1. testis est. Quæstione tamen 2. celebris hic auctor animadvertisit per hujusmodi regulas officialibus Cancellariae providere voluisse landatum Pontificem de modo & forma literas expediendi, nihilque aliud intendisse, ut etiam Van-Espenius Part. 2. Juris Ecclesiast. Tit. 23. cap. 4. num. 4. contestatur: Quomodo autem ex hujusmodi factis scrupulosi reformatores tam sinistrum de hujus

Pontificis constitutionibus judicium proferri queunt? Quo pacto eorum reformatæ conscientia, post habitis omnino motivis harum constitutionum ab ipsomet Joanne propositis, soli avaricie, atque animi audacie constitutiones Joannis adscribit? ipsi videant. W.

[46] Reformatorum deliramentis non valde prodesse queunt, quæ ex Petro de Marca a Maastrichtio proponuntur, si illius Episcopi character, & indolis innotescant; ejus ingenium atque eruditioem venerabunt quam maxime, verum circumstantia temporum

subiecta sunt. Ea varia fuit, crevit & decrevit. Cum imperium & Majestas Pontificum Romanorum se per totum Occidentem magis magisque diffunderet, etiam supra Imperatores se extolleret, juris quoque Canonici auctoritas eodem impetu se diffudit & crevit, ita ut Blasphemo errore detorta Augustini & truncata sententia ex lib. 2. de Doctr. Christ. Gratianus Gan. In canoniceis, dist. 19. Decretales inter canonicas Scripturas retulerit; & qui canones violat, qui instinctu Spiritus sancti dicuntur dati esse, dicatur Spiritum S. blasphemare, e. Violatores. 25. q. 1. Imperatores Romano Germanici non semper ista incrementa aut Mysterium, quod in conscribendis, edendis & vulgandis Decretalibus & obtrusione juris Pontificii, latebat, observare potuerunt; aut si viderent, pacis studio si tolerarunt; aut potius, quia non poterant impedire, conniverunt. Hinc factum, ut omnes Occidentis populi Jus canonicum receperint, eoque in decadendis causis usi fuerint [47]. De Italia, in qua Auctor ejus juris longe lateque dominabatur, non est, quod auctoritates producamus Galli, deficienteibus legibus & consuetudinibus propriis ex jure Canonico causas in suis Curiis decidi patiuntur, teste Eguinar. Baron. ad l. Nonnunquam. 11. D. de justit. & jur. Rebuffo, ad Constit. Regias in Proœm. Glos. 5. n. 126. rejecto tantum libro sexto Decretalium, ut supra adserum; alioquin in Academiis Gallæ, universum jus Canonicum docetur. Vide Bochell. in Decret. Eccles. Gall. lib. 5. tit. 14. c. 36. Hispani, deficiente jure Regio, ad jus Canonicum recurrunt, ut adseverat Azeved. ad Constit. Reg. Hispan. lib. 2. tit. 1. n. 18. Amat. Rodrig. de Process. in caus. civilib. cap. 10. n. 26. Vasq. de Success. creat. §. 26. limit. 31. n. 70. Idem de Hungar. Stephan. de Werbentz, de jure Hungar. part. 2. tit. 6. De Danis Georg. Lorich. in Enchirid. Arrest. in Addit. ad cons. posterius, n. 52. De Anglis id constat ex ipsis Decretalibus. qui magnam partem ad Anglos de controroversiis Anglicanis sunt scriptæ, idque testatur Arthur. Duck de auct. jur. Civil. lib. 1. cap. 7. §. 15. De aliis videatur Cothomann. Respon. 4. n. 52. & Resp. 30. n. 70. vol. 1. De Germania nulli potest esse dubium, quoniam in caularum decisionibus, & in Academiis publice nil frequentius quam allegatio, & explicatio juris Canonici. Probant id affatis regulæ, quod jus alteri & in quibus casibus debet cedere. Si casus in jure Civili non est decisus, vel non expresse, sed ambigue vel obscure positus, idemque in jure Canonico clare & aperte inveniatur ejus dijudicatio in utroque foro ex jure Canonico petenda est; contra, causa decidenda est ex jure Civili ubi in jure Canonico vel penitus nihil vel obscure & ambigue decisum est, l. 1. & ibid. D. de nov. oper. nunc. Abbas ad c. Licet. n. 14. de for. comp. Marant. in Pract. p. 3. n. 73. Rebuffo. ad constit. Reg. in Proœm. Glos. 5. n. 126. Christianus, decis. Belg. 54. n. 1. tom. 2. Si jus Civile & Canonicum contraria sunt, utrumque in suo foro, Civile in Imperio, Canonicum in Dominiis Ecclesiæ viget. Joann. Andr. ad cap. 1. n. 5. de nov. oper. nunc. Card. Tusch. conclus. 277. n. 36. In causis peccati petenda decisio ex jure Canonico veluti in præscriptione, in qua bonam fidem continuam exigi jus Canonicum; ubi jus Civile-Canonico non est contrarium, dicitur ab eo approbatum, de quibus vide Arthur. Duck de auct. jur. Civil. lib. 1. c. 7. §. 11. 12. & 13. & Clarissimum meum Promotorem, Domin. Jacob. Brandmuller. Antecess. Basilensem, in præliminariis operis, de differ. juris Civil. & Canon. cap. 5. in fin. & 6. pag. 12. *

* Capitis hujus postremam partem prætermisimus, & totum quod sequebatur caput 387. cuius erat titulus: *Quenam Doctorum Virorum judicia de jure Canonico.*

388. Sæculum XVI. Institutiones Pauli Lancelotti.

Sed nos ad Historiam & sæculum XVI. transimus, deerant corpori Canonico, ut in omnibus cum corpore Civilis Juris conveniret, institutiones. Hic perpetuum nomen & immortalem Gloriam captans, instar Tribonian, Paulus Lancelottus, Pontifici Romano Paulo quarto consilium scribendarum institutionum juris Canonici dedit, & ab eo mandatum, ut ipse in Præfationem institutionum refert, verius approbationem propositæ sibi scriptioris obtinuit, quam spatio triennij ipso teste, postquam in patriam a colloquio Pontificis revenit, perfecit. Verius tamen est eum ad minimum per quindecim annos antequam ederet occupatum fuisse in hoc opere scribendo, quod ex literis Jo. Franc. Cardinalis de Gambara ad eum anno 1563. scriptis satis colligi potest, ita ille ad Lancelottum: *Agitur annus sextus decimus, quo ego Perusiae te Præceptore prima juris civilis initia urgebam & tu jam tum opus hujusmodi sub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, unde quod tandem retinueris, erit fortasse qui te accuset. Perfecto opere, Romam contendens, cum Censores Pontificii Fabius Acorombonus, Julius Oradianus & Antonius Massa opus examinasse, & de dubiis cum Lancelotto contulissent, imo alii Theologi, ipse etiam Diæceseos Perusinae Inquisitor Matthæus Lachius probassent, attamen a Pontifice approbationem, per integrum biennium quo Roma habet, nec ut Pontificis nomine ederentur, obtinere potuit. Quare delusus, deposita omni spe, in Patriam concessit, & ne a Concilio Tridentino, quod jam ad finem properabat præveniretur, & multa in institutionibus mutare secundum ejus tenorem, novam censuram eamque difficultem petere, tenerentur: opus ipse privato nomine edidit ann. 1563. mense Augusto; & men-*

ad gestandam modo Regii Ministri, modo vero Episcopi personam eum compuerunt: nos tamen hæc omnia relinquentes, hic, quod de eodem profert Bosfuetus judicium, in Dissert. præliminari ad Apologiam pro schola Parisiensi, totique Clero Gallico, transcribimus: „ Nous n' sommes point étonnées d'entre parler ainsi ce Prelat, que nous regardons comme un homme d'un très-bau génie; mais peu versé dans la Théologie & qui d'ailleurs pars son esprit souple, & variable avoit la malheureuse facilité de passer d'un sentiment à l'autre à la faveur de quelques équivoques, & de traiter comme en se jovant les matières Ecclesiastiques “ id est: „ Nos haud quamquam, vel tantillum miramur audientes hunc Præfulem hoc modo loquenter, qui a nobis hominis instar optimo ingenio donati, vel in re Theologica minus quam par est versati consideratur; quique aliquando propter verutum, vagumque spiritum, quo prædictus erat, infeliciter etiam facultate ex una in alteram ferebatur sententiam, aliqua sibi ambiguitate favente; nec non de rebus Ecclesiasticis veluti per jocum diffe-

„ rebat “. Vesana autem Joannis Geileri perfidia nos unquam morari non poterit; cuilibet etenim suum est in leges, quibus morum pravitate desperati homines refragantur, blasphemо etiam ore debaccari, eisdem volupe esse. W.

(47) Non solius Occidentis Oves Sancto Petro praescendas Christus Dominus in Evangelio commisit, sed Ovium in universo mundo existentium curam eidem, proindeque illius etiam successoribus demandavit cum potestate condendi leges, quæ ad optimum totius Ecclesiæ regimen, ad Divinum Cultum & ad fidelium salutem facere poterant. Hujusmodi nihilominus leges per Decretales Pontificum promulgatae nequaquam Divinis, canonisque scripturis pares habita sunt ab Ecclesia, ejusque Pastoriis, quamvis Pontificum legibus inobedientes, tanquam eos, qui Divine ordinationi resistunt respexerit Catholica Ecclesia Apostoli Pauli innixa doctrinæ, qua omnis anima submioribus Potestatibus subdita prædicatur; eisdemque resistens, veluti ipsius Deo rebellis publicatur. W.

maense Decembri concilio finis impositus. Edito concilio s^epe rogatus est Lancelottus, ut mutata in eoacilio insereret, sed id facere semper detractavit, dixitque se exemplum Justiniani sequi, qui propter mutationes juris in codice repetita p^raelectionis & Novellis, nunquam mutavit institutiones. Vid. Franciscum Mancinum in Epistol. ad Cardinal. Jo. Francisc. de Gambara. Hoc seculo XVII. cœpto sub Paulo quinto iterum tentata est approbatio Institutionum Pauli Lancelotti, urgentibus Scipione Cobellutio Cardinale, Galeotto Oddone, Balivo Naraiensi, & Leandro Galganetto JC.; sed ab hoc Paulo, non magis impetrari potuit, quam a Paulo Quarto: id solum obtinuit, ut ejus institutiones corpori Juris Canonici adderentur, sine tamen ulla confirmatione, in quo ad famam Lancelotti perennabunt. Vide sis de hisce ipsius Lancelotti Dedicationem ad Pium IV. Pontificem, & Proœmium ad Juris Pontificii Candidatos; & Doctas ad utrumque Jacob. Ziegleri notas.

Eodem fere tempore, quo Lancelottus, Marcus Antonius Cucchus Jurisconsultus Ticinensis, scripsit privata auctoritate Institutiones juris Canonici, quas edidit Anno 1564. IX. Kal. Augusti, inscriptaque Paulo Aringono Senatus Mediolanensis Præsidi; Hic quoque Concilium Tridentinum prævenire studuit, & operi decem annos, ut in Præfat. testatur, impendit. Videtur eandem cum Lancelotto laudem anhelasse, & unum alteri obstetisse, ne Pontificis nomine alterutrius labor valgaretur. Scripta adornavit alia, quæ prætero. Dedit ad Institutiones ejus notas Doctissimus & Celeberrimus Theologus Samuel Maresius. Id tantum moneo, vitandum esse Simleri in Bibliotheca errorem, qui hunc Cucchum, Antonium Cunchium ex Oporini Catalogo vocat, & coniicit Antonium Contium esse legendum, quod utrumque falsum.

Pius ille quartus Pontifex, sub quo Institutiones Juris Lancelotti & Cucchi prodierant, inclinavit, vulgatione Concilii Tridentini, cuius historiam, quia multi eam dederunt, maxime Paulus Sarpius, sub nomine Petri Suavis Polani; (de quo vide amicum nostrum Clariss. & Consultiss. Virum Vinc. Placcium, Syntag. de Scriptorib. Pseudo-nymis num. 716. pag. 242.) & Pallavicinus; (Prior quidem magis ex veritate, alter magis ad stylum Curiæ Romanae) nos consulto præterimus. Canones ejus extant in omnium manibus, cum Declarationibus Cardinalium, item Examine Martini Chemnitii Theologi, & Vincentii Gentileti Jurisconsulti. Minus notæ ejus curæ, quas ad emendandum Decretum Gratiani adhibuit. Hanc in rem selegit Romæ Cardinales, & undique conquisitos. Viros Doctissimos, qui Gratianum ex fontibus restituerent; Quibus Pius Quintus ejus successor aliquot addidit, opus autem datum perfectum est sub Gregorio decimo tertio, & ab eo vulgatum, Anno 1582. Pontificatus XI. ut indicat Præfatio, quæ Decreto præmissa est. Viri sub Pio quarto & quinto ad hoc opus selecti, ut eos recenset Anton. Augustinus in fine libri primi de Emend. Grat. in notis, pag. 342. nostra edit. sunt sequentes:

Cardinalium Nomina.

M. Antonius Columna Romanus.

Hugo Boncompagnus Bononiens. postea Greg. XIII. dictus P. M.

Alexander Sforza Romanus.

Guillelmus Sirletus Calaber.

Franciscus Alciatus Mediolanens.

His additi sunt ab eod. Pio V.

Guido Ferrerius Vercellens.

Antonius Carrafa Neapolitanus.

Doctorum Nomina.

Felix Montaltus Gener. ordin. S. Franc. postea Card. hodie P. M. Xystus V. dictus.

Christophorus Patavinus Gener. ord. S. Aug. eremitar.

Thomas Manricus ord. S. Domin. Magister sacri Palat.

.... Lucatellus Bononiens. Postea Regii Lepidi Episcopus.

Josephus Veronens. ordin. S. August. postea Sacrista Palati, & Episcopus Signinus in Campania.

Franciscus Turrianus Hispanus, postea Societ. Jesus.

Marianus Victorius Reatinus, postea Episcopus Amerinens.

Michael Thomasius Majoricensis, postea Episcopus Ilerdensis.

Hieronymus Parasetus Regiensis.

Antonius Cuccus Mediolanens.

Joannes Marsa Hispanus.

Franciscus Leo Hispan. postea Societ. Jesus.

Additi sunt.

Melchior Cornelius Lusitanus.

Latinus Latinus Viterbiens.

Arnaldus Pontacus Gallus.

Petrus Ciacconius Hispanus.

Franciscus Pegna Hispanus, cuius sunt additiones Decretalium sine nomine, quia templum Diana in cendisse visus est.

Meminit Gregorius Decreti quidem Gratiani tantum in sua Præfatione emendati, sed Decretales restitutas suæ integratæ esse, non tantum titulus operis, sed etiam subiectæ singulis fere capitibus verba fontium, & rejectiones ad fontes, ostendunt. Factæ autem illæ tum ex Anterioribus Collectionibus, de quibus supra, tum ex Regestis aut detorte Registris Pontificum. Est autem Regestum, quod postea degeneravit in Registrum, liber iste in quo suas solebat describere Decretales quisque Pontifex. Quilibet enim habet peculiare; in his integræ scribebantur Decretales, quæ in collectionibus plerumque erant truncatæ, in principio in medio vel fine. Non valde aliena hæc Regesta, a diprychis de quibus supra dictum. Vox occurrit quoque in jure Civili; ducta a more referendi aliquid in volumina singularibus officiis, vel negotiis destinata, quod in ea regerentur res. Regerendi verbum hac in re proprium est. Quintilianus lib. 2. c. 11. in fin. Similisque commentariis puerorum sit, in quos ea qua aliis declamantibus laudata sunt, regerunt. Et libr. 3. cap. 8. Sunt enim velut res regestæ in hos commentarios, quos puer deduxerat Schola. Inde Regesta dicitur constitutio, in l. 14. G. Theodos. de indulgent. debit. lib. XI. id est in æta, seu gesta relata Comitis sacrarum largitionum. Inde Judicium acta, in

389. M.
Antonii Cuc-
chi institu-
tiones Juris Ca-
nonici.

390. Pius
IV. Pontif.
vulgar concil.
Tridentinum.

391. Eligit
Rome Cardi-
nales, & Do-
ctor Viros ad
emendationem
Gratiani.

392. Pius
Quintus ali-
quot addit.

393. Gre-
gorius tertius
vulgar Decre-
tum emenda-
sum.

394. De-
cretales etiam
emendatae &
restituta.

395. Ex
Collectionibus
anterioribus.

396. Et re-
gestis vel regi-
stris Pontifi-
cum, & quid
illa.

qua

quæ regerebatur constitutio, *Regesta* dicta. Theodosius Junior in *Novella de Codic.* Theod. confirmat, nullas constitutiones in judiciis extra Codicem istum referri vult: Exceptis, inquit, iis, que habentur apud militem sancta principia, vel de titulis publicis expensarum, aliarumque rerum gratia, que in Regestis, diversorum officiorum relata sunt. Ita quoque apud Justin. occurrit vox, in t. uic. C. de Codic. Justin. confirm. & apud Vopiscum in Probo: Qui in describenda vita Probi, dicit se usum esse Regestis scribarum porticus Porphyretice, actis etiam Senatus ac Populi. Ex quibus locis colligit Doctissimus Jacob. Gothofredus in opere Immortal ad Codicis Theodos. d. l. 14. de Indulg. debit. regesta fuisse monumenta, aetaque publica diversorum officiorum & judicum veluti Praefectorum Praetorio, aliorumque judicum, qua civilium, qua militarium, imo & in Urbe Roma, scribarum, de quibus agit lib. t. Cod. Theod. de lucris officiorum; in qua inter alia referebantur constitutiones Principum ad cuiusque officium pertinentes. Indeque & Rgerendarii disti, test. Cujac. lib. 15. obs. 37. in fin. Quemadmodum itaque Actio ipsa, regestio; ita & libri aetaque, in qua regerebantur seu referebantur *Regesta* dicta. Glossæ nomicae, κανόνες καὶ περίστας, lege περίστας τὴν ἀπογράφην τῶν αρχαίων, ἀντι τῆς ὑπογράφως. Ab his forte acceperunt Pontifices ut libros, in quibus suas decretales referebant *Regesta*, postea *Registra* vocarent. Occurrit apud Anastasium in vita Nicolai *Regestum Episcopi*. Budæus in posteriorib. Comment. ad D. *Regesta* dicit esse, quæ Græcis ὑπομηκτικα, vel ὑπομηκτικοὶ dicuntur. Idem *Regestum* Pontificii scriptores vocant *originale*, item dicunt esse in *integra* nempe *Decretali*, id est *Originali*, vide exempla ex Jo. Andr. apud Alberic. Gentil. de libr. jur. Canon. cap. 3. pag. 30. & seqq. Ex his *Regestis* postea sunt *Bullaria* confecta, quæ exhibent constitutiones Pontificum integras ex *regestis*; Quale Anno 1588. Roma edidit Laertius Cherubinus de Neursia JC.

397. Ori-
ginalē quid.
398. Bul-
laria.
399. Che-
subini.
400. Qua-
vanta.
401. Pro-
spere de Augu-
stino.
402. Bul-
le quid.
- qui magnum vocavit. In eo exhibet Constitutiones Pontificum Romanorum a Gregorio VII. usque ad Sixrum V. cum rubricis, summaris & lucubrationibus. Summam Bullarii in principio hujus facili dedit Stephanus Quaranta, in qua exhibet Pontificum Constitutiones editas, post libros juris Canonici vulgatos, usque ad Paulum V. quæ edita est Venetiis 1609. eam continuavit Prosper de Augustino JC. & additionibus illustravit. Prodiit illa Lugduni 1621. Dicta bullaria a Bullis. Bulla quid proprie sit, satis notum, nempe id quod in aquis intumescit instar pilæ & cito rumpitur. In Glossis Cyrilli τομφόλυξ dicitur. Ab his ad diplomata Imperatorum, ab Imperatoribus ad Papalia diplomata est translata vox: quæ Bullæ dicta, a sigillo, quo munita erant, quod *Bulla* vocabatur, quia sigillum illud Bullæ formam referebat; nam sigillum cerae protuberanti instar orbiculi vel umbilici imprimebatur. Aut potius ut ceuset Doctissimus Salmas. de subsign. test. cap. 32. pag. 325. quia bullæ formam haberent & eodem modo dependerent ex chartis, ut illæ ex pectore prætextatorum, veteribus enim Romanis in more positum, bullam auream suspendere in pectore puerorum & triumphantium. Qua de re vid. Festum Asconium in III. Verrin. Macrob. saturn. t. c. 6. & alios. Similia his bullis fuere sigilla, quæ posterior ætas chartis ac diplomatis affigebat & appendebat. Dependebant hæ bullæ ex metallo vel cera filo lineo vel serico annexæ chartis. Nil frequentius apud posteriores Græcos in Imperio Constantinopolitano, quam βάλλω legere pro sigillo, exempla cumulat Doctiss. Meursius in Lexico Græco-barbaro inde βάλλειν Bullare signare; ἀβάλλωτος, quod bullam vel sigillum non habet. Glossæ Græco-barbaræ, ἀσήμαντα, ἀτρόχυτος, ἀβάλλωτα. Erant Bullæ quadruplices aureæ, argenteæ, cereæ & plumbeæ, χρυσόβαλλον, ἀργυρόβαλλον, κυρόβαλλον & μολυβδόβαλλον. Imperatores diplomata, mandata, ad Reges, Sultanos, aurea bullæ muniebant, literis rubris subscribant, aliquando etiam Argentea; cuius testimonium habemus apud Phranzem in Chron. lib. 2. cap. 10. Ego cum literis bullæ argentea insignis ὁ jurejurando firmatis ὁ multo milite missus sum ὁ. Item apud Luitprandum in Legat. Ad matrem, uxorem, filium utebatur, cerea seu κυρόβαλλον; ad Despotum, Patriarcham, Sbastocratorem & Cæsarem plumbea seu διχ μολιβδίνης βάλλης, ut habet Codinus. Cerea iterum duplex erat, Rubra & Prafina, utraque usus Imperator, Prafina sola Patriarcha. Videatur hac de re Jul. Cæs. Bulengerus de Imperat. Rom. lib. 2. cap. 10. & Joann. Meursius in Glossar. voce κυρόβαλλον. Qui putat διπλοῦ fuisse, quando Imperator dupli cera, rubra & Prafina signabat. Sed melius id Doctiss. Salmasius, de subser. & subsign. testam. cap. 32. pag. 330. διπλοῦ explicat de signo utrinque, seu utroque latere expresso, quam & δίπτυχον βάλλην & δίπτυχον κυρόβαλλον vocarunt; Hoc duplexem Bullam vocat, ubi vero ab una tantum parte signum impressum, simplex Bulla dicebatur. Διπλοῦ hoc facit duplex, rubrum & Prafinum. Vid. Salmas. ibid. exempla proferentem. Quod non alienum a moribus bullandi Pontificum Romanorum, qui ante Coronationem subscribunt, Datum anno 1. die tertio, suscepti a nobis officiis Apostolatus; & tunc sigillant non nisi bullæ simplici, seu tali, quæ habet tantum ab una parte DD. Petri & Pauli imagines, in plumbo, ex altera vero parte plana est. Post Coronationem autem scribunt: Datum Anno Pontificatus nostri & dupli utuntur bullæ: cum prædictis imaginibus ab una & nomine Pontificis ab alia parte; vid. Gregor. Tholosan. Syntagn. jur. Univers. lib. 15. cap. 3. n. 24. & seqq. Appenditur autem hæc bullæ plumbea non nisi arduis diplomatis; breve apostolicum, quod est diploma vel rescriptum Papæ vel pontificarii magni scriptura exigua, in parvis concessa negotiis in papyro, non habet eam; sed in cera rubra imprimitur annulus Piscatoris, ut refert idem Tholos. ibid. lib. 17. c. 15. n. 13. Ex his lucem capit Famula illa aurea bullæ Caroli IV. Imperat. quæ inter leges fundamentales Imperii radiat; ideo aurea Bulla dicta, quia sigillum aureum, vel sigillum Imperatoris maius adpensum erat. Hanc affabre describit Pileus Cardinalis ab Urbano VI. Papa in Germaniam missus Anno 1379. non ita diu post promulgatam auream bullam, apud Clariss. Marq. Freherum ad Perr. ab Andlo lib. 2. cap. 7. qui testatur se vidisse & tenuisse quasdam literas Patentes bone memorie Caroli Imp. Rom. Librum illum Aureæ Bullæ ita describit; Prædictus Liber erat scriptus in Pergameno in 24. foliis, cum cooptatura grossa, in quo erant scripta diversa negotia Sacrum Imperium & Electores ejusdem rangentia: qui quidem Liber transfixus erat cum filis sericis glauis & rubris coloris involutis, cum Bullæ seu Sigillo Aureo rotundo Imperiali appendente, in cujus uno latere apparebat figura Imperialis in Majestate sedens, cum Corona Imperiali in capite, habens in mana-dextra Sceptrum, & in sinistra manu Pomum cum Cruce desuper modo Imperiali, & a latere dextro Clypeum cum Aquila, & sinistro Clypeo cum forma Leonis. In circumferentia legebantur hæc

hec verba: CAROLUS QUARTUS, DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORUM AUGUSTUS ET BOHEMIÆ REX. Ab alio latere. Cæstrum magnum cum duabus Turribus, habens portam inferius in medio, cum literis: AUREA ROMA. In circumferentia vero legebantur hec verba: ROMA CAPUT MUNDI, REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Hæc ille. Ab hoc more signandi Imperatorum, bullas appendendo, ipsa diplomata etiam sunt Bullæ appellatae. Vide Latissime Jo. Pinn. de Jure publ. cap. 11. Ab Imperatoribus res transit ad Patriarchas & ad Pontificem Romanum, qui ex quatuor speciebus supra relatis, elegit sibi μολυβδόθελλον, seu plumbeam bullam, vid. lib. 1. Cœrem. Ecles. Rom. c. 2. in fin. Quod privilegium etiam dicitur concessisse Venetis. Vid. Celeberrimum juris publici Scriptorem Joann. Limn. lib. 1. cap. 2. de jur. publ. Rebuffus 1. part. præf. benef. bullam dicit esse scripturam in membrana, plumbō, auro, argento, vel ære funiculis pendente jure insignitam. Qui plumbeas hasce bullas membranis appendunt, Plumbatores vocantur. Vid. Vestrum Octavianum lib. 1. Introduct. in R. aul. act. cap. 3. & ex eo Herm. Hugon. de prim. scrib. orig. cap. 31. pag. 192. De Origine hujus bullæ Pontificiæ ex Polydori Vergili libr. 8. cap. 2. de invent. rerum, Auëtor Apologia antiqua. Academia Oxoniensis lib. 1. n. 114. pag. 62. hæc refert: Constat Agathonem, quo sedente magna sedi Romane facta est honoris accessio, in cera annulo impressissæ sigilla. Verum postea cum Romanus Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuit Stephano III. ac deinde Hadriano I. tabulas Apostolicas plumbō ob-signari. Fuit is annus salutis 772. cum ipse Hadrianus factus est Pontifex, nam antiquius non reperitur sigillum plumbeum. Vestigia quædam vocis transierunt in alias quoque linguis, Belga Billet vocant scripturam, in qua quid brevibus notatum, veluti in metatis, seu militum inhospitalibus, cuique militi adsignatur hospitium pittacio, quod vocant een Billet, Angli a Bil, inscriptum symbolum, syngrapham &c. Quia hic in bullas incidimus, non incommode loco, & alia Pontificiarum Constitutionum nomina hic expedimus. Occurrunt hic Commonitoria, quæ nulli rei magis comparari possunt, quam Imperatorum Mandatis, de quibus titulum habemus in Codice; Ut ea dabantur legatis, & iis, qui ad provincias administrandas ablegabantur ab Imperatoribus, sic a Pontificibus Legatis, ut vocant, Apostolicis, dantur Commonitoria, Glossæ Basilic. Κομιοντόριον, ἐπισολὴ ἀποελλομένη μετὰ προσάξεως. & Suidas Κομιοντόριον, ἐπισολὴ προσάντην ἀποελλομένην εἰς χωρὰς. Gloss. vet. ἐπαμυντιόν Commonitorium. Ita quoque in jure nostro Commonitorium legitur pro formula & mandato officii in l. 10. Cod. Theod. de Curiosis libr. 6. tit. 29. Commonitoris competentibus atque Mandatis instructi. Vid. Jacob. Gothofred. ad istam Legem, & potiss. ad l. 27. ejusdem Cod. de ergo. militari. annon. Ammianus lib. 28. Commonitorium repertum est, manu inscriptum Hymetii, & iterum Commonitorium cum Augusti literis tradidit, & Symmachus lib. 5. Ep. 20. Commonitorium quo summatis muneri preparanda rescripsi, & eleganter Epist. 21. Quia longum visum est literarum serie agenda complecti, non graveris Commonitorio strictim signata percurgere. Vid. quoque Epistol. 24. ejusdem & formulam commonitorii apud Cassiodor. lib. 7. variar. cap. 22. Tale Alarici in fronte Codic. Theodosiani, Commonitorium Timotheo, V. S. Comiti. Ab his & in Ecclesiam videntur translata commonitoria, vel commonitoria literæ, quæ & memoriales dicebantur, dabanturque legatis, vel nunciis, ut scirent, quid in suscepta legatione deberent agere. Vocis significatio ostendit satis, ideo sic dicta, quia monerent eos, quibus dabantur, quid agendum esset. Occurrit formula Commonitorii in Codice Ecclesiæ Africanæ, Canon. 93. cuius inscriptio est Κομιοντόριον, ὅπερ ἔλεθον οἱ κατά τῶν Διογκτίσων πρετβεταῖ. Commonitorium, quale accepterunt legati contra Donatistas. Postea late instruuntur Theasus & Evodius, quid apud Imp. contra Donatistas agere debeant. Vide & Commonitorium Zosimi Papæ, quod dedit Legatis ad Concilium Carthaginense, in principio Ejusdem Codicis, in Bibliothec. juris Canonici veteris, pag. 330. & Justell. notas, pag. 419. & aliud bene longum in anal. Baronii tom. X. ad Ann. 859. n. 6. & seqq. & plura de commonitorio apud Franc. Berardinum, de Antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum genere, lib. 2. cap. ult. Jo. Savaron. ad libr. 8. Sidonii, Epist. 9. pag. 505. in fin. Ex his commonitoris Pootificum Romanorum etiam excerpti canones, quos & inde in Decretum suum transtulit Gratianus. Exemplum præbet caput extremum 31. q. 2. quod esse ex commonitorio Nicolai Papæ, quod dedit legatis suis Rodaldo Portuensi & Joanni Ecclæsi Episcopis, ostendunt Romani censors & correctores ad istud capitulum, quos vide, & Anton. Augustin. lib. 2. Dialog. 18. pag. nostr. edit. 535. & seq. in notis. Neque ex his tantum canonones depræmebantur, sed ut appareret, (liceat mihi verba quæ Tribonianus de constitutionibus Principum in Institutionibus nostris habet, huic rei aptare) quidquid Pontifici placet, habere legis vigorem. Tandem ex confessionibus fidei Pontificis Romani, canonones quoque in Decretum delati. Solebant Pontifices Romani, quando ad Pontificalem dignitatem promovebantur, edere fidei professionem. Docet id nos cap. 8. Santa octo. dist. 16. cuius inscriptio est, item ex diurno libro, Professio Romani Pontificis. Ad quæ verba notant Romani Correctores: Integræ Professionem fidei, quando quis in Pontificem Romanum promovebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione Canonum, que servatur in Bibliotheca Vaticana. Et Anton. Augustinus dial. XX. lib. 1. Emendar. Grat. pag. 335. nostr. edit. Is liber non extat, quod sciam, hoc titulo, Professionis tamen uidi aliquot exempla. Nunc e diverticulo in viam. Inter Collectores juris Ecclesiastici nomen & memoriam habere meretur, Enimundus Bonifidius, qui Anno 1573. typis Henrici Stephanii vulgavit suam juris Orientalis digestionem Graece, addita sua Latina versione, & notis. In qua multa ad jus Ecclesiasticum sunt collecta, quæ quia postea in jure Græco-Romano Leonclavii sunt repetenda, hic transimus.

Sæculo XVI. decurrente, Anno nimis 1590. Petrus Matthæi Juris C. Lugdunensis privata auctoritate colligit septimum Decretalium librum, quem Cardinali Cijetano inscriptis, in quem eodem librorum numero & titulorum serie, ut in Gregorianâ Collectione, constitutiones Pontificum, post sextum clementinas & extravagantes scriptas conjectit: qui labor, quod scio, a nullo Pontifice approbatus, quibusdam tamen editionibus Corporis Juris Canonici ab isto tempore adjectus est.

Anno Sexto. post digestionem hanc Petri Matthæi, Clarissimus Vir Marquardus Freherus in lucem emisit jus Græco-Romanum duobus tomis, Graece & Latine, quod magna cura & solertia collegerat, & fidei Freheri commiserat Joannes Leonclavius, Amelburno Westphalus. Hujus operis tomus primus altera parte posteriori major, pertinet totus ad jus Canonicum verum, quare & merito Leonclavius inter juris Canonici Collectores recenseri debet. Imitatus est ille Enimundum Bonifidum, & quod

403. Com-
monitoria quel-

404. Ex
Commonitoris
Pontificium,
Canones ex-
cerpti.

405. Pro-
fessiones fidei
Pontificium,
Romanorum.

406. Eni-
mundi Bonifi-
dii digestio ju-
ris Orienta-
lis.

407. Septi-
mus decretali-
um liber a Pe-
tro Matthæi
collectus.

408. Jo.
Leonclavius,
jus Græco-Ro-
manum.

quod ejus digestioni deerat, supplevit. Continet tomus ille libros decem, quorum hic est Catalogus:

I. Constantini Harmenopuli, nomophylacis & judicis Thessalonicensis, epitome Juris Canonici Graecorum.

II. Novellarum Augustalium, de rebus Ecclesiasticis, liber unus. Habet novellas Imp. Justiniani, Heraclii, Basili Macedonis, Leonis Philosophi, Leonis, & Alexandri, Constantini Porphyrogenitae, Nicephori Phocæ, Basili Porphyrogennetæ, Isaacii Comueni, Nicephori Botaniatæ, Alexii Comneni, Calo-Joannis, Manuelis Comneni, Alexii Comueni II. Isaaci Angeli, Jo. Ducæ Battatis, &c.

III. IV. Decretorum Synodalium libri duo. Continent sententias synodales & sanctiones Pontificias Archiepiscoporum & patriarcharum Constantinopoleos, Chrysostomi, Gennadii, Tarasii, Nicephori, Sisnii, Sergii, Alexii, Michaelis, Constantini Chliareni, Nicolai Grammatici, Nicolai Mazalensis, Arsenii, Lucae, Michaelis Anchiali, Theodosii, Germani, Manuelis, incertorum denique Patriarcharum. Quarum liber primus antea ab Enimundo Bonifacio editus, nunc multo & correctior & auctior, ejus denique versio locis innumeris recensita; secundus vero plane novus prodit.

V. VI. Responsorum libri duo. Continent responsa, epistolas, & sententias aliorum Episcoporum, sanctorumque Patrum. Quorum primus itidem auctior correctiorque, quam antea Bonifacio: secundus plane novus prodit.

VII. Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, meditata sive responsa.

VIII. Matthæi Monachi quæstiones & causæ matrimoniales.

IX. Justiniani Imp. Edictum de fide Orthodoxa. Grece nunc primum editum.

X. Constantini Harmenopuli de fœtis, & vera fidei confessione, liber unus. Alter tomus hujus operis ad jus Civile pertinet.

409. Incertæ Collectiones. Atque hæc haccaus de certis collectionibus eorumque auctoribus & tempore, de incertis pauca subiecta sunt. Meminit Baluzius in notis ad Petr. de Marca Concord. Sacerd. & Imperii lib. 3. c. 3. post. n. 6. Collectionis cuiusdam novæ, quæ Leonis primi Papæ jussu facta sit, id est, intra ann.

440. & 460. quo tempore ille in Episcopatu Romano fuit, sed in eam accuratius adhuc acquirendum.

Alterius meminit Joannes Scholasticus in Praefatione ad suam collectionem in fine, quæ in sexaginta ti-

tulos divisa fuit, in qua Basili Canones fuerunt neglecti. Quis tamen Auctor ejus sit, non, quid in ea desideraverit & qualis fuerit, his prodit: Οὐν ἀυτοὶ τέτοιοι μόνοι καὶ πρῶτοι τῶν ἄλλων ποιῆται ὅρ-

μήτωτες, ἀλλ' ἐτέροις δρόντες ταῦτα διελόντας εἰς τίτλους ἔχοντας, καὶ μήτε τὰς Βατιλεῖας τοῖς ἄλ-

λοις ἐπιτικάχθυτας, μήτε δὲ ὄνοιας τοῖς ὄνοιοις, ὡς ἔδει, πράγματα συνχρότυτας, ὡς ἐν τίτλοις

διὰ τὸ πολλὸς περὶ ἑνὸς περιφελαῖς πανόντας διοικεῖσθαι, καὶ δυτάλωτα γίνεσθαι τὰ περὶ τοῦ πράγ-

ματὸς ἑνὸς περὶ τῶν ὅλων πανονιζόμενα. Cum non ipsi soli & primi inter ceteros ad hoc faciendum

incitati fuerimus, sed alios conpererimus ea in titulos sexaginta divisisse, ac neque Basili Canones cum aliis conjunxit, neque res similes similibus, ut oportebat, velut sub titulis composuisse, propterea quod multi de uno capite canones reperirentur, & ea, quæ ab omnibus de una re canonibus constituta sunt, deprehense essent difficilia.

412. Tertia, quartæ & quintæ mentionem invenio apud Censores Romanos, qui in Indice librorum, quibus usi in emendando Gratiano, lit. C. has tres collectiones recenserant. Collectio Canonum incerti Auctoris ex Vaticana: Collectio Canonum ex Bibliotheca Ecclesie Mutinensis: Collectio Canonum Penitentialium incerti Auctoris ex Bibliotheca Michaelis Thomæ Episcopi Herdensis. In huic censu quoque referenda sexto, quæ Romæ proditi, apud Heredes Ant. Bladii, an. 1579. Collectio constitutionum literarumve Pontificiarum a Gregorio VIII. ad Gregorium XIII. Item Descretalium Epistolaram Summorum Pontificum collectio aliquot tomis publicata Romæ, 1582.

Hicse septimam liceat addere manuscriptam in membranis ex Bibliotheca mea, quæ tamen potius excerpta Constitutionum Papalium & canonum quorundam synodalium continet. Quæ collectio canonum, satis nitide, neque recenter scripta, & tribus libris est distincta; Primi tituli sunt sequentes, non adscripto tamen numero, quem ego addidi; Hos ideo adiicio, ut quis forte ex iis de Auctore possit aliquid coniicere.

1. De Primatu Ecclesie Romane.
2. De privilegiorum auctoritate.
3. De Monachorum Monasteriorumque libertate.
4. De Ordine accusationis & de accusatorum personis.
5. Ut intra Provinciam terminetur causa, & quid sit certa Provincia.
6. Quo ordine inferiores non debent accusare superiores.
7. Quod Rectores Ecclesie prius sint ammonendi quam accusandi.
8. Quod non debent oves accusare Pastores.
9. De infamacione Episcoporum & examinatorum eorum.
10. De Episcopis sine Romana auctoritate depositis.
11. De numero & qualitate judicum.
12. Quod nullam vim habeant incerta & injusta judicia.
13. De Indicis & Synodica vocatione.
14. De Consecratione Presulum & Archiepiscopi.
15. De Ordinatione Presbyterorum & Diaconorum.
16. De munditia Ministrorum Altaris.
17. Si debeat fieri sacerdotum mutatio.
18. Ut Episcopi suis terminis sint concepti; lege contenti.
19. Ut Pontifices cum testibus sint semper.
20. De Sacratissimo Pontificatu Romane.
21. De observatione Decretorum Pontificum Romanorum.
22. De illatione criminis in Clericos.
23. De lege Ne crimina semel illata indiscussa remaneant.
24. De Pralatis imperitis, indiguis, Simoniacis, neophytis.

Historia Juris Ecclesiastici.

xcvii

25. Quibus sacri ordines sint tribuendi, quibusve negandi.
26. Si ignotis sacri ordines sint tribuendi.
27. Ne presumat quis Clericum servum retinere alterius.
28. Quæ fœmina cum clericis habitare debeant.
29. Ne Clerici sint fœneratores.
30. De Ecclesiasticorum consecratione.
31. De Missarum celebratione & sacrificiorum oblatione.
32. Ut stando audiatur Evangelium.
33. Ne Imagines confringantur, quæ in Ecclesiis statuantur.
34. Ut Sacramentum a Sacerdotibus non exigatur.
35. De Clericis in heresim lapsis & postea reconversis.
36. Si debeat destrui quod illicite perpetratur.
37. De Pontificali auctoritate & regali potestate.
38. De sessione Pontificum, & quod eorum sententia etiam iusta timenda sit.
39. De auctoritate predicandi.
40. De lapsorum Episcoporum & reliquorum ordinum reparacione.
41. De Monachorum ad ordines sacros promotione.
42. De Sacramento baptismatis & manus impositionis.
43. De baptismi tempore, iteratione, mersione.
44. De virginum consecratione.
45. Qualiter custodiendi debeant ornamenta Ecclesie.

In secundo libro sunt tituli LVI. In tertio XLVI. In cuius fine subiicitur hoc peroratio: *Si quis in his libris, quos de corpore Canonum excerptimus, aliquid invenit, que, ita habet Codex, aut despicienda judicat, ignoscat paupertati sensus nostri. Nos tamen deputamus, plurimorum sententiam singulorum sumptionibus preferendam & in quibusunque rebus generalium Conciliorum auctoritatem non habemus magis earum synodorum, que per singulas provincias factæ sunt, quam proprium vestrum sensum sequendum. Denique ipsa sacra & generalia deereta præcipiant, ut bis in anno per singulas Episcoporum celebretur Concilium &c. Subiectitur deinde adhuc farrago aliorum Canonum sine titulis, aut indicacione fontis. Ex hac subscriptione coniicio Auctorem hanc farraginem ex Pseudisidori Mercatoris Kapsodia collegisse, quæ nomen Corporis Canonum etiam habuit; Quam conjecturam firmat, quod potissima pars Decretalium libri primi & secundi in hoc volumine sit deprompta ex suppositis illis Decretalibus primorum Pontificum. Horum enim sequentium Pontificum nomina in ea invenio. Clementis, Anacleti, Evaristi, Alexandri, Telephori, Sixti, Pii, Aniceti, Eleutherii, Soteris, Zephirini, Calixti, Urbani, Antherii, Fabiani, Cornelii, Lucii, Stephani, Felicis, Caii, Marcellini, Eusebii, Melchiadis, Sylvestri, Julii, Damasi; Quibus omnibus Decretales affictas supra probavimus. Sunt præterea decretales Siricci, Anastasi, Innocentii, Cælestini, Leonis, Hilarii, Gelafii, Simmachi, Silverii, Gregorii, cuius nomen potissimum legitur, Deusdedit, Agathonis, Nicolai, Adriani, cuius libro secundo aliquot Sanctiones semet ordine non interrupto sequuntur. Ex quibus coniicere est non esse magni æstimandam hanc collectionem, nisi ei qui suppositas Pseudo-Isidori nugas, magni facit. Ita censum incertarum digestionum, quia mihi incerta est, refero duo volumina ingentia, M. S. D. Joannis Abbatis Conventus S. Mariz, quæ titulum *Memorialis Canonum* referunt, & Florentiæ ad S. Marcum teste Draudio in Biblioth. class, asservantur. Quid autem his contineatur, quia vulgatum opus non est, me latet.*

Sic sedecim saeculorum historiam & in his fata juris Ecclesiastici emensi, ad portum properamus, quoniam decimum septimum, non tam ferax, ac anteriora fuit. In eo potissimum occurunt collectio-nes & editiones Conciliorum Generalium & Provincialium variæ, quæ supra num. marg. 144. enu-meratæ sunt. Nominari hic, & æternum laudari meretur Christoph. Justellus, cuius in colligendis scriptoribus juris canonici veteris solertia indefessa fuit, qui quasi Istor & restaurator antiqui & pu-rioris juris Canonici dici potest. Ostendunt id assatim editi ab eo Codices Ecclesiæ Universæ, & Ec-clesie Africane, cum doctissimis notis, item juris Canonici veteris Collectores Græci & Photii No-mocanon cum Scholiis Balsamonis, ab anno 1610. usque ad 1615. & multa alia, quæ ille morte præventus edere non potuit; perfecit tandem Filius Henricus, hic quoque memorari & celebrari di-gnus, qui cum Guillemino Voello Theologo & Socio Sorbonico, a Patre magnam partem collectam Juris canonici veteris Bibliothecam, Græcorum & Latinorum digestiones continentem, multorum vo-tis expertam, saceruli hujus anno LXI. duobus Voluminibus Lutetiae edidit, cuius nos frequentem pas-sim fecimus mentionem, sèpius ea etiam in hac nostra Historia adjuti. Potuissest Justellus solus hujus Bibliothecæ edita laudem reportare, nisi Voellum sibi adjungere voluissest, ut eo. facilius Opus Lute-tiae prælo subiici posset; pleraque enim collegerat & digesserat Pater; Addiderunt tamen illi quædam non spernenda. Operis seriem, quia non in omnium manibus est, & summam, sequens Elenchus exhibet, asteriscus notat scriptum nunc primum a Justello & Voello publicatum esse.

Tomo Primo habetur.

Codex Canonum Ecclesiæ Universæ a Concilio Chalcedonensi, & Justiniano Imperatore confirmatus, Graeco & Latine, emendatior quam in prima editione.

Christoph. Justelli Notæ in Codicem Ecclesiæ Universæ, emendate & auctæ.

Codex Canonum Ecclesiasticorum Dionysii Exigui: sive Codex Canonum vetus Ecclesiæ Romanae. Ex anti-quissimo Codice MS. Bibliotheca Christoph. Justelli.

Epistola Synodica S. Cyrilli, & Concilii Alexandrini contra Nestorium a Dionysio Exiguo in Latinum se-monem translata.

Collectio Decretorum Pontificum Romanorum auctore Dionysio Exiguo.

Altera Collectio Decretorum Pontificum Rom. Collectioni Dionysiane addita.

* **Præcisa Canonum editio Latina, complectens Canones Conciliorum Ancyran, Neocasariensis, Niceni, Sar-dicensis, Gangrenensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani, & Chalcedonensis, nunc primum edita ex vetustissimo Codice MS. Christoph. Justelli.**

Tom. III.

II

414. Secu-lum decimum septimum.

415. Chri-stophorus Ju-stellus.

416. Hen-ricus Justellus & Guillelmus Voellus.

Ca-

XCVIII Ger. V. Maastricht Historia &c.

Codex Canonum Ecclesiae Africane, Graece & Latine ex editione Christop. Justelli an. 1615. in multis emendata.

Christop. Justelli Note & observationes in Codicem Ecclesiae Africane.

Fulgentii Ferrandi Ecclesiae Carthaginensis Diaconi Breviatio Canonum.

Crifconii Episcopi Africani Breviarium Canonicum.

* Indiculi duo in Ferrandum & Crifconium; quorum unus materiam Canonum, alter vero consonantiam & discepantiam inter utrumque declarat, e MS. exemplari Guillelmi Blueti in Senatu Paris. Advocati, nunc primum editi.

In Appendice Tomi I.

* Martini Bracharen sis Episcopi Collectio Orientalium Canonum, adscriptis ad margines tum variis lectionibus, tum fontibus, ex quibus Canones illi deprompti sunt, cura & studio Joann. Doviatii saecorum canonum Professoris Regit, nunc primum edita.

* Crifconii Episcopi Africani alterum opus, quod liber canonum, seu concordie canonum inscribitur, in quo integri Conciliorum canones & Pontificum decreta referuntur. Ex codice MS. Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu, nunc primum editum.

In Secundo Tomo.

* Joannis Antiocheni Scholastici dicti, Patriarche Constantinop. collectio canonum in quinquaginta titulos distributa, Graece & Latine, qua nunc primum in lucem prodit e codice MS. Bibliotheca Claromontana Societatis Jesu.

* Ejusdem Joannis Scholastici Nomocanon, Graece & Latine e Codice MS. Bibliotheca Regiae nunc primum in lucem editus.

* Alexii Aritini Synopsis Canonum, Graece & Latine e codice MS. Bibliotheca Regiae nunc primum edita.

* Simeonis Magistri & Logotheta Epitome Canonum Graece & Latine e Codice MS. ejusdem Bibliotheca Regiae nunc primum edita.

* Arsenii Monachi Patriarchae Constantinop. divinorum Canonum Synopsis, sive Nomocanon, Graece & Latine nunc primum edita ex Codice MS. ejusdem Bibliothecae Regiae.

Photii Patriarchae Constantinop. Nomocanon cum Theodori Balsamonis Patriarchae Antiocheni Commentariis, Graece & Latine e codice MS. Bibliothecae Palatinæ anno 1615. editus a Justello; in hac vero editione ad codicem MS. Eminentiss. Cardinalis Mazarini collatus.

* Cum Prolegomenis ejusdem Photii e Codice Bibliotheca Oxoniensis Graece & Latine nunc primum editis. Ejusdem Photii opusculum de septem Synodis oecumenicis Graece & Latine.

Nili Metropolitae Rhodii de sanctis & oecumenicis Synodis enarratio synoptica Graece & Latine.

Auctoris anonymi de sex oecumenicis Synodis opusculum Graece & Latine.

Suidius, sive libellus synodus anonymi auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas, quam haereticas, a tempore Apostolorum ad octavam oecumenicam complectens, Graece & Latine.

* Theodori Balsamonis Collectio constitutionum Ecclesiasticarum e Codice, Digestis, & Novellis Justiniani congesta, olim a Leunclavio Latine sub Paratitlorum nomine primum edita, nunc vero e duobus antiquissimis codicibus MSS. inter se collatis Graece primum prodit, cum ejusdem Jo. Leunclavii versione in multis emendata.

* Caroli Annibal Fabroti Notae perpetuae in eamdem collectionem Theod. Balsamonis nunc primum editæ. Joannis Leunclavii in Paratitla Notatorum libri duo.

417. Laurentii Bochelli Decreta Ecclesia Gallicane. Pro Ecclesia Gallica hujus saeculi anno XXI. operam in digestione Juris Ecclesiastici impedit Laurentius Bochellus, qui Decretorum Ecclesiae Gallicanæ ex conciliis ejusdem Oecumenicis, statutis Synodalibus, Patriarchicis, Dioecesis, Regiis constitutionibus &c. collectorum Libros octo Lutetiæ vulgavit.

418. Opus epilogus. Sic fata juris Ecclesiastici & Pontificii per septemdecim saecula enarravimus. Tu vero, Benevole Lector, accipe hæc, quæ paucis foliis Antonio Augustino Præfationis loco præmittere cogitabamus, & sensim in librum excreverunt; & magis adhuc crescerent, siquidem eos qui mole sua jus Canonicum laborans, itemque vastissimum Conciliorum Oceanum contraxerunt Carantzam, Prateolum, Longum a Coriolano, Staravolzium, Bailium aliosque subjungere velletus; sed hæc forte, & quæ nunc non satis aut perperam dicta sunt, secundis curis emendanda aut supplenda reservamus. Tu humauissime Lector, tantisper his utere, & errantem humaniter more & instrue, ut perperam dicta in secunda editione, si eam Deus permiserit, reformatre possit.



WILHELMI CRUSII BEROLIN.

JURIUM D. ET PROF. ORD.

IN GERHARDI V. MASTRICHT
HISTORIAM JURIS ECCLESIASTICI

C A R M E N.

Si gratam Gratianus opem, nomenque decusque
 Intulit Ausoniis per sua thura sacris;
 Praeful & augustum tulit Augustinus honorem,
 Comoda contortis substituendo locis;
 Quid Tua, quid tantas infra sic gloria luces;
 Qui lucem celebri fundis Utique manu,
 Myta Sagax, Juris Jubat, Historiaeque Medulla,
 Et Consulta Sacri Voxque Manusque Fori?
 Te referente suas Ecclesia noscere leges
 Incipit & tanti prodit origo Sacri.
 Ortus & accedens aulis Papalibus ætas †;
 Mox grave Juris opus; denique mole ruens;
 Et si quid reliquum cupiat mens avida rerum,
 Cuncta patent nitido condecorata stylo.
 Nunc Gratianus oyat, nunc Augustinus in orbem
 Evolat, at fama latus uterque Tua.
 Tu tenebris sine fine facem, morientibus ævum
 Affers: an cum ævo Laus Tua fluxa Tuo?
 Non, si posteritas dignæ præconia famæ
 Versat; & in calamo vivis abunde tuo.
 Affert Svada salem, jungit Themis Alma valorem,
 Qui pereat pretio quod valet atque sale?
 Nunc Te plausus habet, speciosa Colonia vultum
 Erigit & Nati splendet honore sui.
 Gaudet Docta cohors, Tibi tota Academia laudes
 Adiicit & clari nomina clara viri.
 Me Tua quem sorti Tibi junxit fœdere virtus,
 Et servat fido dextera, cana fides.
 Sic nomen celebrabo Tuum, quo Jura decorem,
 Ars bona quo pretium protulit usque suum.
 Sic Te Diva locat: rutilum sic itur ad astrum,
 Quod colit in summo Docta Minerva Polo.
 Gratuleret his meritis; an nunc Astræa per auras
 Ipsa volat, juncta promere vota manu?
 Hoc scio: si geminis facias Te inclarescere Musis;
 Quod magis expectet vix vafer orbis habet.

n. 2

In-

+ Dicterium istud ab Hæretico Auctore conscriptum satis in notis 31. & 47. ad Historiam Mastrichtii refellitur. W.

C

Index rerum, & verborum, quæ notari debent in Maastrichtii Historia Juris Ecclesiastici.

Numerus hic notatus Numerum marginalem indicat.

- A** Βίβλοις. 402.
 Ανολυθία ναύονων quæ. 141.
 Acta Conciliorum quomodo digesta. 143.
 Adrianus Papa, vide Hadrianus.
 Agylei versio Nomocanonis Photii. 244.
 Alanus auctor secunde compilationis decretalium. 347.
 Alexius Aristinus, quis. 281. ejus συγόφις ναύονων. 282.
 Iuris Canon. 4.
 Ancyra synodus seu concilium. 22.
 Andreas Schottus collector bibliotheca Hispanica. 224. & 355.
 Angli utuntur jure canonico. 386.
 Annulo Piscatoris quando utantur Pape. 402.
 Anonymus Auctor libri Populei quando vixerit ignotum. 275.
 Ansegisus Abbas collegit leges ecclesiasticas Caroli Magni. 192. item Ludovici Piæ & Lotharii ejus Neptis. 193. quando ediderit. ibid. auctoritas, vita, & obitus. 194.
 Anselmus Lucensis quando vixerit. 260. scripta. 261. Collectio canonum. 262.
 Antiocheni Canones. 28.
 Antonii Conii error duplex de Iovis Decreto & Pnomia. 268.
 Antonius Augustinus edidit collectores Decretalium. 338. 348. & 349.
 Antonius Cucchus. vid. M. Ant. Cucchus.
 Apocrisiarius quis. 164.
 Appendix Codicis Theodosiani non genuina. 259.
 Arelatensis concilia. 33.
 Arsenius Monachus. 365. ejus synopsis canonum. ibid.
 Auctoritas juris Canonici. 386.
 Audientia Episcoporum. 259.
 Aurea Bulla quid. 402.
- B** Acillarii & Bacalaurei unde dicti. 353.
 Balsamon, vide Theodorus Balsamon.
 Baptismus una vel trina mersione perfici debet. 133.
 Baronius taxatus. 345.
 Bartholomeus Brixensis Glossator Decreti. 334.
 Benedictum Levitam suspicatur Blondellus auctorem esse, qui sub nomine Isidori Mercatoris supposuit decretales primis Pontificibus Romanis. 227.
 Bonifacius Levita collegit leges Ecclesiasticas Caroli Magni. 192. & 193. adjectit suam collectionem trium librorum, quatuor libris ab Ansegiso collectis. 195. non tantum Caroli Ludovici & Lotharii Imperatorum, sed & alia capitula collegit. ibid. & 196. quid continet ejus collectio. 198. posteriores libri capitularium ei adscripti, a diversis collecti videntur. 199. unde hausti. 200. quis fuerit hic Benedictus. 201. fautor Pontificis. 202. opus ejus cum Ansegisi opere coniunctum. 203. judicium de his collectionibus. 204. Auctoritas. 205. integritas. 206.
 Beneventanus, vide Petrus Beneventanus.
 Bernardus Bottonus Glossator. 157. & 363.
 Bernardus Circa Papiensis. 275. & 338. primus collector Decretalium post Gratianum. 338.
 Bernardus Compostellanus, auctor tertiae compilationis decretalium. 349.
 Biblioī ναύονων. 140. & 143.
 Bibliotheca Hispanica habet Andr. Schottum collectorem. 224. & 355.
- Biller. 402.
 Blachernorum primus quis. 342.
 Blastares, vide Matheus Blastares.
 Blondellus scripsit contra Isidorum Mercatorem & Turrianum Jesuitam ejus defensorem. 224.
 Bochellus, vide Laurentius Bochellus.
 Bonifacii Octavi Pape compilatio. 366. liber sextus decretalium. ibid. inimicitie cum Rege Galliarum. 369.
 Bonifidius, vide Enimundus Bonifidius.
 Bræve. 402.
 Bracharensis, vid. Martinus Bracharensis.
 Braulia edidit Isidor. libros etymologiarum. 224.
 Breve Apostolicum. 402.
 Breviarium extravagantium, vocatur Bernardi Papensis collectio prima. 338.
 Breviarium canonum. 147.
 Breviatio canonum quæ vocata. ibid.
 Bulle quid. 402. quotuplices. ibid.
 Bullaria. 389. qui scripserint. 399. & seqq. unde dicta. 402.
 Burchardus Wormatiensis. 248. ejus collectio canonum 249. unde hausti. 250. summa ejus librorum. 251. ubi & quibus auxiliis opus perficerit. 252. nomen operis. 253. judicium de hac collectione. 254. ejus compendium tantum in usu. 270.
- C** Ancellaria Regula, vide Regula Cancelleriae.
 Caneb πρ. 4.
 Canna, unde. ibid.
 Canon quid. 3.
 Canon regula discipline Ecclesiastice. 10.
 Canon sacrorum librorum catalogus. 9: 11. & 12.
 Canon tributum. 11.
 Canon unde 4. varia significata. 3. & seqq.
 Canon unde translatus ad statuta conciliarum. 3.
 Canones Apostolici Antiocheni novem a Turriano obtraxi. 136.
 Canones Apostolorum in corpus juris civilis relati & quare. 127. & 128.
 Canones Apostolorum pars constitutionum Apostolicarum quibusdam. 122. verius non esse. 123. diversæ sententia de iis. 124. eorum scriptor. 125. Graecorum judicia. 126. item Latinorum. 129. auctoritas apud eos. 130. causa quare eas novitii Paparus adsecula defendant. 131. eorum argumenta examinata. 132. origo auctor & tempus suppositionis. 134. numerus. 135.
 Canones conciliarum in decretis Gratiani cuius sunt autoritatis. 311.
 Canones duplicitis generis. 15. & seq.
 Canones in diptycha relati. 49.
 Canones nomen juris adsumunt. 259.
 Canones proprie qui dicti. 15. & 16.
 Canones quare in corpus congesti. 48.
 Canonicarii. 11.
 Canonicarum constitutionum liber, vocatur codex canonicum. 47.
 Canonicum jus unde originem habeat. 56.
 Canonis nomen antiquis placuit, magis quam nomen juris Ecclesiastici, aut juris canonici, & quando ea nomina inducta. 14.
 Canonizatio sanctorum unde. 8.
 Canonum digestiones varie. 137. genera quinque. ibid.
 Canonum diversa efficacia seu vis. 13.
 Canonura origo. 18: 19. & seq.

Ca-

- Capellani summi Pontificis qui dicantur.* 363.
Capitulare Gregorii secundi Pape. 216.
Capitularia an consensu & auctoritate Pontificis Romani publicata. 219.
Capitularia Caroli Magni; Ludovici & Lotharii. 192. & seqq. vid. *Ansegisus, & Benedictus Levita. Auctoritas eorum.* 203. *differentia cum Caroli Calvi capitularibus.* 213. *antiqua carent titulo.* 218.
Capitularia unde dicta. 214. & seq.
Kephalaia. 215.
Caroli Calvi Capitularia. 209. edidit *Sirmondus.* 210.
Caroli Imper. Ludovici filii capitula. 198.
Caroli Magni Leges Ecclesiasticae. 192. *cura rei ecclesiasticae, & concilia.* ibid. *Francofurte memorabile imprimis.* ibid. *in quo editi ejus libri contra imagines.* ibid.
Caroli Magni libri contra imagines a Jo. Tilio. editi. 46. & 192. *quorum authentica exemplaria Pontificis ad abolendum querunt.* 46.
Carolo M. datur Codex Dionysii Exigui ad usum Ecclesiarum Occidentalium. 78. & 191.
Carolus Cottus, vel Toccus Siculus, Lotharii capitule illustravit. 197.
Carthophylax quis fuerit. 341.
Catalogus fidelium, Episcoporum & Martyrum, canon vocatus. 8.
Cause incrementorum juris canonici. 315.
Chalcedonense Concilium, & ejus canones, qui olandunt codicem canonum. 31.
Kenkyōvītūrētai συνόδοι. 11.
Christophori Justelli industria in expoliendo & edendo veteri jure canonico. 415.
Christophori Justelli laus. 40. & 415.
Clemens quintus Papa Clementinarum collector. 371.
Clementi Romano falso affecte libri constitutionum Apostolicarum & canones Apostolici. 106. *quis ille.* 107. *ejus scripta.* 108. *judicia de constitutionibus.* 109. *probantium.* 110. *improbantium.* 111. *antiquorum.* 112. *Aethiopum.* 113. *Græcorum.* 114. *rationes.* 115. *non scriptae a Clemente.* 116. *ignote Patribus tribus sculis primis.* 117. *Latinis usque ad Bevii editionem.* 118. *quando scripte conjectura.* 119. *unde haustae.* 120.
Clementina. ibid. a quo vulgatae. ibid.
Clerici qui 6. quomodo a Laicis distincti. ibid.
Codex canonum. 44. & 138.
Codex canonum a Concilio Chalcedonensi & Imperatore Justiniano confirmatus. 37. & 51. *ideo pars juris civilis.* 52.
Codex canonum confirmatur a concilio Niceno secundo. 55.
Codex canonum Dionysii Exigui. 74.
Codex Carolinus. 208.
Codex Ecclesie Africana duplex. 95. & seqq. *an privata opera, an publica auctoritate sit collectus.* 98. *scriptus Latine & in Græcum versus.* 99. *insertus codici Ecclesie Orientalis.* 100. *& Romane a Dionysio Exiguo.* 101. *ordo ejus varius.* 102. *editiones.* 103. *postea Romane Ecclesie codicem recepit Africa.* ibid.
Codex Ecclesie Britannicae. 89. *& ejus specimen.* 90.
Codex canonum Ecclesie catholicae a Justiniano confirmatus. 37.
Codex Ecclesie Gallicæ. 78. & 80. *cujus versionis.* 81. *duplex codex Gallicus.* 82.
Codex Ecclesie Hispanice. 86. *duplex.* 87.
Codex Ecclesie Orientalis. 188. *ex quibus constet.* ibid. *quid additum sit huic codici post Justinianum.* 189. *in eum primum Patrum sententia cum canonibus mista.* 190. *in synodo Trullana & Nicena II. confirmatus.* 188. & 191.
Codex Ecclesie universæ, a codice Ecclesie Orientalis diversus. 63. *incrementa ante Justinianum.* 37. *& post Justinianum.* 54. *usus in Oriente & Occidente.* 56. *materia collectionum sequentium.* 59. *ejus titulus adseritus.* 65. *versiones.* 70. & 71. *auctoritas.* 104.
- Codex canonum Ecclesie universæ quo primum canones habuerit.* 36. *quot accreverint.* 37.
Codex canonum in conciliis palam propositus cum Sacra Scriptura. 38. & seqq.
Codicis canonum origo seu principium. 22. *primi ejus canones.* ibid. *quando collegi cœptus.* 31. 34. & 42. *ex quibus canonibus constet.* ibid.
Codicis Romani convenientia & differentia cum recentione Leonis. 79.
Codicis Theodosiani appendix a Sirmonda edita, spuria. 259.
Collectio canonum in Occidente & Africa. 57.
Collectio prima, secunda &c. vid. Compilatio.
Collectio Romana qua. 349.
Collectiones canonum publicæ, & private. 152. *particulares & universales.* ibid.
Collectiones incerte. 409. & seqq.
Colligi canones cœperunt post concilium Nicenum. 28.
Commonitoria qua. 403. *ex iis etiam excerpti canones.* 404.
Compilatio prima. 338. *secunda.* 340. *tertia.* 349. & seqq. *quarta.* 351. *quinta.* 352. *sexta.* 353. *utilitas earum.* 354.
Concilia prima. 19. & seqq.
Concilia primis seculis rara. 2.
Concilia pauca primis temporibus. 19.
Conciliorum canones in Decretis Gratiani cuius auctoritatis fint. 311.
Conciliorum editiones. 144.
Concilium Hierosolymitanum. 1. & 20.
Concilium Romanum contra novatum. 21.
Concilium Tridentinum, vulgatum quo tempore sit a Pio IV. 390.
Concordia canonum Gratiani quid significet. 306.
Concordia, canonum qua vocetur. 148.
Confessiones fidei Pontificis Romani. 405.
Consequentia canonum que, & qualis digerendi mundus. 141.
Constantinopolitanum concilium I. Ecumenicum, ejusque canones. 24.
Constantinus Harmenopulus. 283. *quis fuerit.* 284. *quando vixerit.* 285. *scripta.* 286. *epitome canonum.* 287.
Constitutiones Apostolicae spuria. 106. vide supra. *Clemens Romanus & Canones Apostol.*
Constitutiones Ecclesiasticae Justiniani ex corpore canonum deprompte. 53.
Constitutiones Marchie Anconitane. 382.
Corporis & codicis canonum differentia. 139. *rejecta.* 140.
Corporis canonici auctoritas. 386.
Corpus canonum. 43. 47. & 138. *quando editum.* 146. *quare canones in corpus congesti.* 48.
Corpus juris canonici comparatum cum corpore juris civilis. 384.
Cresconius quis fuerit. 181. *scripta ejus historica.* 182. *juris canonici opus duplex.* 183. *breviarium canonum.* ibid. *concordia canonum vel liber canonum.* ibid. *dissertatio de his operibus.* 184. *concordie initium non est Cresconii.* 185. *editiones.* 186. *primus decretales Pontificum Romanorum inter canones retulit.* 187. & 337.
Cucchus. scriptor institutiones juris canonici, vid. *M. Ant. Cucchus.*
Cyrilli anathematismi. 79.
- D**omi utuntur jure canonico. 386.
David Blondellus, vide Blondellus.
Decreta qua. 15. 16. & 17.
Decretales emendatae a Gregorio XIII. & vulgatae. 394. *unde.* 395.
Decretales Epistole in decretis Gratiani cuius sunt editoris. 312.
Decretales quae in Codicem Gallicanæ Ecclesiæ receptae. 84. & 85.

Decretales quid, eorum origo. 337.
Decretalium collectio Dionysii Exigui. 75. ubi incipiunt. 76.
Decretalium collectiones. 336. & seqq.
Decretalium origo. 187. a Siricio incipiunt, ei nulla genuina superior est. 222. affinitat anterioribus Papis Isidorus Mercator & quando. 221. 222. & seq.
Deus dedit Cardinalis collectio. 273.
Διατυπώτες οὐκόνες. 10. & 143.
Δικτύον quid. 402.
Dictatus Hillebrandi seu Gregorii VII. 257.
Digerendi canones genera quinque. 137.
Dionysius Exiguus, quo tempore vixerit, quis fuerit, & de collectionibus & versionibus canonum ejus. 72; 73. & 154. quid differat ejus codex a codice Ecclesie Romane. 74. quid addiderit Codici Ecclesie Catholicae. 73. primus decretales collegit. 75. & 187. quid differat codex ejus a codice Ecclesiae universae. 77. ejus collectio Roma statim recepta. 78. accessiones ad Leonem IV. Papam usque. 246. collector primus decretalium. 337.
Diptycha Ecclesiastica. 11. & 47.
Διπτυχον βάλλειν quam vocaverint. 402.
Discussores qui. 292.
Doctoris Juris Canonici titulus, quare sustinetur. 386. abolidus in Anglia. ibid.
Doctorum virorum de Jure Canonico judicia. 387.
Drungarius quis. 278. duorum generum. ibid.
Duplex bulla qua. 402.

Ecclisia post Nicenun concilium duplci jure gubernata, divino & Ecclesiastico. 38. & seqq.
Ecclisia consequentia. 141.
Ecclisia libri qui. 337.
Elia Ehingeri editio codicis canonum Ecclesie, Orientalis. 189.
Eliberitanum concilium. 32.
Emendatio Romana Decreti Gratiani a quibus facta. 391. & seqq.
Emendatorum Gratiani note & rejectiones. 324.
Enimundi Bonifidii digestio iuris orientalis. 406.
Ephesinum concilium Ecumenicum ejusque canones. 39.
Episcopi & Presbyteri iidem olim. 1.
Epistole decretales, vid. Decretales.
Epitomatores conciliorum. 418.
Et infra, quid in Decretalibus significet. 353.
Extra vox, quid in allegatione Gratiani denotet. 327.
Extravagantes communes, quando edite, quid continent. 383.
Extravagantes Joannis XXII. Papa, quare ita dicte, ibid. a quo vulgata. ibid.
Extravagantia jura que dicta. 48.
Ezechielis Spanhemii elegium. 239.

Francisci Spanhemii Filii elegium. 224.
Franciscus Florens refutatus. 65. & 169.
Franciscus Turrianus, vid. Turrianus.
Fulgentii Ferrandi collectio canonum. 155. quis fuerit, 156. scripta. 158. breviatio canonum. 159. convenientia & differentia cum Cresconii breviario. 161.

Gallenst, vide Joannes Galienus.
Galli deficiente jure scripto, utuntur jure canonico. 406.
Gallicæ Ecclesie Codices, vid. Codex.
Grangensis synod. 25.
Garsia Loaysæ error de Martino Bracharense notatus. 171.
Germani utuntur jure canonico. 400.
Germania quo jure Ecclesiastico primum usa. 94. & 191.
Gilbertus, auctor secunde compilationis decretalium. 347.
Glossæ quid. 335.

Glossaria quæ. 334.
Glossatores Gratiani. ibid.
Glossatores unde. 335.
Glossematrii. ibid.
Glossographi. ibid.
Glossularii. ibid.
Gratianus. 294. cujas fuerit. 295. natales ejus, num spurius fuerit & frater Lombardi & Comesloris? 296. professio. 297. quando vixerit. 298. ubi vixerit & canones collegerit. 299. volumen decretorum composuit. 300. Eugenio obtulit. 301. ejus auctoritas. 302. & 308. an ab Eugenio firmatum fuerit hoc volumen. 302. tempus collectionis. 304. titulus operis. 305. causa scriptio. 306. causa impulsiva. 307. de auctoritate ejus varix sententia. 309. fontes Decretorum. 310. dicta Patrum quotuplicita & cuius auctoritatis sint. ibid. Conciliorum canones in Decretis Gratiani quam auctoritatem habeant. 311. item Decretales epistola. 312. Gratiani dicta. 313. palea. 314. & seq. Leges eviles. 316. & Pseudopigrapha. 317. judicia de Gratiano. 318. num opus reiciendum? 319. ejus operis consideratio. 320. tractatus de Penitentia non sit Gratiani. 321. & 322. quot capitula habeat. ibid. allegationum modi. 323. nota emendatorum. 324. verba Gratiani quomodo agnoscenda, numeri & summaria capitum unde. 325. inscriptiones. 326. in Gratiani decreti allegatione quid votus, supra, quid extra denotent. 327. Gratiani facta & obitus latent. 328. ejus Epitaphium. 329. an Cardinalis fuerit. 330. & 332. Magister quare dictatus. 333.

Gregorii noni collectio decretalium. 353. vid. Raymundus de Pennaforte.

Gregorii Presbyteri collectio, Polycarpus. 274.

Gregorius decimus tertius, vulgaris emendatum decretum Gratiani. 393.

Gregorius septimus Papa, Hillebrandus stabilitor Papalis Monarchie. 256. Dictatus scribit. 257. quare dictatus vocati. 258. eorum effectus, incrementa Papalis Monarchie. 259. & jus ecclesiasticum. ibid. Guillelmi Voelli & Henrici Justelli Bibliotheca Juris Canonici veteris. 416.

HAdrianus Papa Carolo Magno dat codicem capnum Dionysii Exigui. 78. & 191.

Hadrianus Papa non fuit auctor collectionis Carolo M. data. ibid. ejusdem collectio. ibid.

Harmenopolus, vid. Constantinus Harmenopolus.

Hencici Justelli & Guillelmi Voelli Bibliotheca juris canonici veteris. 416.

Teotinus quinam. 6.

Hierosolymitanum concilium. 20.

Hildebrandus Papa, vide Gregorius septimus.

Hispani deficiente jure Regio recurrent ad jus canonum. 386.

Hugo Catalaunus, Auctor Pinormiae. 269.

Hugutio Glossator decreti. 334. qui Hugo Vereellis. ibid.

Hungari utuntur jure canonico. 386.

Hypomnemata & hypomnematismi. 396.

Jacobi Gothofredi ejusque codicis Theodosiani laus. 259. & 396.

Jacobus Lefchafferius auctor consultationis de controversia inter Paulum Quintum & Remp. Venetam. 42.

Incerte Collectiones. 409. & seq.

Incrementorum iuris canonici cause. 385.

Indictio. 11.

Ingelramo Metensi Episcopo data collectio ab Hadriano Papa concinnata. 191. & quando. ibid.

Innocentii tertii Pape collectio Prima. 350. Secunda. 351.

Innocentius Cironius, quintam collectionem decretalium edidit. 352.

- Institutiones juris canonici a quibus scriptae.* 388. & seq.
Interpres quis novellarum. 17.
Joannes Antiochenus Scholasticus. 162. quare *Scholasticus dictus.* 163. *Presbyter O' Apocrisiarius.* 164. *Patriarcha.* 165. *scripta ejus.* 166. & seq. *inseruit sua collectioni primus canones Apostolorum.* 167. *eius nomocanon.* 168. quando digesserit canones. ibid. *Malte Theodoreo ejus συντάξει παρόντες adscribitur.* 169. *auctoritas collectionum.* 170. *judicium de eo.* ibid. *Basilii canones suo nomocanonis miscuit.* 190.
Joannes Doviatius Martini Bracharenensis corrector. 178.
Joannes Gallensis vel Vallenensis auctor secunda compilationis. 348.
Joannes Semeca Teutonicus Glossator decreti. 334.
Joannes Tilius primus edidit codicem Canonum Graecorum. 46. & 189. item libros Caroli Magni contra imagines. 46. voluit etiam capitularia edere, sed non potuit. 207.
Joannes XXII. Papa edidit Clementinas. 371. *ejus Extravangantes.* 372. *Regule Cancellariae.* 373. *ejus facta pro sede Romana.* 374. *indoles.* ibid. & seqq.
Joannes Wendelsteinius editor Codicis canonum Romanorum. 79.
Joannes Zonaras, quando vixerit. 277. *ejus honores.* 278. *scripta.* 279. & 280.
Joannine decretales. 372.
Joannis anni Viterbiensis impostura. 222.
Joannis Leunclavii jus Graeco-Romanum. 408.
Josie Simleri error notatus. 389.
Isidori Mercatoris Collectio. 220. *elogium Blondelli de Isidoro.* 221. *quid collegerit vel supposuerit.* 223.
Num Isidorus Hispalensis fuerit. 224. *Peccator, vel Mercator vocatur.* 225. *cujas fuerit.* 226. forte *Benedictus Levita.* 227. *testimonia supposita esse ejus merces.* 228. & seqq. *Quid continet ejus collectio.* 230. *auctoritas.* 231. *qua versione uetus sit.* 232. *suspicio.* 233.
Isidori Mercatoris Collectio a quo in Germaniam illata. 191.
Isidorus Hispalensis quando vixerit O' mortuus sit. 224.
Itali utuntur jure canonico. 316.
Judicia de jure canonico Doctorum virorum. 383.
Ivo Carnutensis quis. 263. *scripta.* 264. *Collectiones Canonum.* 265. *Decretum.* 266. *Panormia vel Panomia.* 267. *an ejus opus sit.* ibid. *Compendia ejus tantum in usu.* 270. *editiones.* 271. *conspurcat decreta supposita Epistolis Isidori Mercatoris.* 272.
Juris Canonici auctoritas. 386. *judicia de eo doctorum.* 387. *contradictiones.* ibid.
Jurisdictionem Episcopi habuerunt nullam. 259.
Justellus, vid. Christophorus Justellus, & Henricus Justellus filius.
Justinianus Imperator confirmavit Codicem canonum. 37. & 51. ideo pars juris civilis. 52. ex eo de promulgatis suas constitutiones Ecclesiasticas. 53.

L Atque quomodo a Clericis distincti. 6.
Lancelottus, vide Paulus Lancelottus.
Laodicensa Synodus. 24. de tempore ejus. ibid.
Laurentii Bocheilii Decreta Ecclesie Gallicanae. 417.
Laurentius Cremensis Glossator Decreti. 334.
Leges Civiles in compilatione Gratiani, quam habeant auctoritatem. 316.
Aetupyxis uxoris. 6.
Leonis Allatii tractatus de perpetua dissensione Ecclesiarum Orientis O' Occidentis. 289. fin. *Elogium.* 293. fin.
Leonis Primi incerta collectio. 410.
Leonis IV. Papa impia audacia. 246.
Leunclavius, vide Joannes.
Lexica dicta Glossaria a recentioribus. 335.
Liber Canonum. 47.
Liber Decretorum. 76.
Liber septimus decretalium quando O' a quo editus. 407.

Liber sextus decretalium. 367. in Gallia non receptus ob inimicitias Bonifacii VIII. cum Rege Galliarum. ibid. & seq.
Libri capitularium, C. triali M. Ludovici O' Lotharii Imperatoris. 192. & seqq. Vid. *Ansegisus, O' Benedictus Levita.* *Libri posteriores a diversis collecti.* 199. unde hausti. 200. *auctoritas eorum.* 205. *integritas eorum.* 206. *quis primo iterum in lucem emiserit.* 207.
Liturgia Clementis. 121.
Liturgie veteres omnes vel suppositae vel corruptae. 121.
Logotheta quis. 292.
Lotharii Imperatoris capitula 193. *nomen, quoniam in prefationem Ansegisti irreperitur conjectura Pithœi.* 197.
Ludovici Jacob. a S. Carolo Carmelite elogium. 191. facit *Cardinalem Presbyterum ex Anselmo Lucensi.* s. 260.
Ludovici Imperatoris capitula, collecta ab Ansegiso Abate. 193. *Reformatio abusuum Cleri.* 208.

M Agister quare dicatur Gratianus. 333.
Magister quis dictus. 291. & 333.
Magnus Drungarius quis. 278.
Marcus Antonius Cucchus scripsit institutiones juris Canonici. 389.
Marquardus Freherus Leunclavii jus Graeco-Romanum publicavit O' quando. 408.
Marsilius Patavinus, ejusque defensor pacis. 386.
Martini Pape nomen confusum cum Martini Bracharenensis. 180.
Martinus Bracharenensis, quo tempore collegerit canones. 171. *quis fuerit.* ibid. *scripta ejus.* 172. *Collectio canonum.* 173. quando facta. 174. quare adornata. 175. unde hausta. 176. quoniam divisa. 177. editionum diversitas. 178. non novit aut inseruit canones *Pseud-apostolicos.* 179. confusa ejus collectio cum Martini Pape. 180.
Martinus Lutherus jus Canonicum exuffit, O' quaere. 386.
Matthæus Blasares, quando vixerit præcise non satis notum. 288. *scripta.* 289.
Medus querendi capitula in compilatione Gratiani. 323.

N Eocesariense Concilium. 23.
Nicena Synodus. 26.
Niceni Canones vizinti tantum genuini. 26: 68. & 69. quare primo loco positi in corpore canonum. 26. & 27. qui canones cum Nicenis recepti; 35. O' eorum nomine sepe veriant. 58. origo erroris de. 80. canonibus Nicenis. 68. *Canonum Nicenorum auctoritas.* 104.
Nomina prime collectionis. 43. & 140.
Nomocanon quis. 149. & seq.
Nomocanones ignoti Occidentalibus, usque ad Iwonem Carnutensem. 266.
Nomophylax quis. 284. & 341.
Note ad collectionem Gratiani, O' quorum sint. 324.
Novella Justiniani. 6: 115. & 131. explicata. 17: 35: 50: 53: 104. & 127.

O Blatio. 11.
Occidentalis Ecclesie quando O' quo jure Ecclesiastico usa. 58. quando cœperit colligere O' vertere canones. 66.
Obertus Abbas, auxilium Burchardo præstítit in colligendis canoniciis decretis. 252. & seqq.
Omnibus Magister compilator concordie discordantium canonum. 331. *ejus opus Omnibonum.* ibid.
Ordinandorum tractatus, quid in opere Gratiani notet. 323.
Orientalis Ecclesie Codex. 64.
Originalis quid. 397.
Origo Conciliorum. 1.
Opus. 25.

Pale unde dicta. 314. cuius sint auctoritatis. 315.
Panormia vel Panomia Iwonis, vid. Ivo.
Patriarcharum responsa in Oriente adservata. 187. fin.
Inserta Codici canonum Ecclesie Orientalis. 189.
Patrum Canones, vocatur Codex Canonum. 47.
Patrum Canones. 89.
Patrum dicta quoruplicia, & cuius auctoritatis in decreto Gratiani. 310.
Pauli Lancelotti institutiones juris Canonici. 388.
Paulus Sarpius edidit historiam Concilii Tridentini. 390.
Περιτυτεροι οι qui in Novella Justinian. 115.
Perronius Cardinalis refutatus. 64. & 98.
Petri Alexandrini Canones paenitentiales. 33.
Petri Beneventani collectio tertia decretalium. 350.
Petrus de Marca refutatus. 71.
Petrus Matthei compilator septimi decretalium libri. 407.
Petrus Pithaeus capitularia primus edidit. 207.
Petrus Suavis est Paulus Scipio editor historiae Concilii Tridentini. 390.
Philippus Jacob. Maussacus taxatus. 335.
Photius quis fuerit. 238. scripta ejus. 239. Nomocanon. 240. ex quibus compilatus. 241. quando. 242. interpretationes. 243.
Pisanus & Fr. Turiani canones octuaginta Niceni spuri. 26. & 69.
Pius IV. Papa Concilium Tridentinum vulgat. 390. emendari curat decretum Gratiani. 391.
Plumbatores qui. 402.
Polycarpus, Collectio vocata Gregorii Presbyteri. 274.
Pontificum Romanorum bulla, & modus bullandi. 402.
Pontificum Romanorum potentia ad summum evoca seculo XI. 255.
Presbyteri & Episcopi iidem olim. 1.
Primus Blachernorum quis. 342.
Prisci Canones. 87. & 88.
Protestantes Principes retinuerunt jus Canonicum. 386.
Protosebasti dignitas. 284.
Protopatharius quis. 238.

Raymundi de Pennaforte Collectio Decretalium sexta, qua jussu Gregorii Noni facta. 353. quis fuerit. 355. scripta. ibid. Glossographi ejus. 356. Censorum Romanorum labor. 364.
Reverendarii. 396.
Regesta. Registra, quid. 396.
Regula Cancellariae Joannis XXII. 373. quid sint. 381.
Rejectiones ex opere Gratiani quorum sint. 324.
Responsa Patriarchalia in Oriente adservata. 187. fin.
Riculphus Episcopus Moguntinus Isidori Mercatoris Collectionem in Germaniam tulit. 191.

Romana Ecclesia quamdiu usa solis Canonibus Nicen. 66. qua versione, & quousque usa. 72.

Sabinus Macedonianorum Heraclee civitatis Episcopus, collector actorum in Conciliis. 143.
Sardenses Canones reprobati Africanis Patribus & quare. 67. quando inserti Codici Ecclesie Orientalis. 189.
Scholasticus quis temporibus Justiniani. 162. & seq.
Sebasti & Protosebasti dignitas. 284.
Sacra obscura, ferrea. 247.
Series Canonum, quis digerendi modus. 142.
Sextus decretalium, vide Liber sextus.
Simeon Magister & Logotheta quando vixerit. 290. quis fuerit. 291. Magister, ibid. Logotheta. 292. ejus epitome Canonum. 293.
Stephani Ephesini Episcopi collectio. 61.
Studiosi Theologiae juri Canonico imprimis incumbere debent, & quare. 319.
Supra vox, quid in allegatione Gratiani denotes. 327.
Συναγωγὴ τῶν συνόδων, quæ. 143.

TAncredus Bononiensis quinto Collectionis decretalium auctor. 352. quando iterum edita. ibid.
Τάξις τῶν νανόδων. 142.
Theodoreto falso adscripta συναγωγὴ νανόδων, quæ est Joannis Scholastici. 169.
Theodorus Archiepiscopus Doravernensis, an auctor Codicis Canonum Ecclesie Britannicae. 89. & 90.
Theodorus Balsamon quando vixerit. 339. quis fuerit. 340. scripta ejus. 344. editiones & interpretes. 345. Paratitla ei restituta. ibid. eorum titulus verus. ibid.
Tilius, vide Joannes Tilius.
Trattatus Ordinandorum, quid denotet in opere Gratiani. 323.
Turrianus & Pisanus Canones octuaginta Niceni spuri. 26. & 69. ejus elogium. 110: 124. & 130.
Turrianus defensor Decretalium primis Papis suppositarum. 228. qualis. 234. & seq. elogia & errores historici, auctoresque conficti. 235. & seq.

Vallenensis, vide Joannes Gallensis, auctor secunda compilationis decretalium. 348.
Ugo Catalaunus auctor Panormia que Iwoni adscripta. 269.
Vincentius Castellioneus, Glossator Decreti. 334.

WEnilonis Capitula Caroli Imperatoris. 198.
Zonaras, vid. Joannes Zonaras.
Zosimi Papa frans, & collectio fraudulenta. 58. & 67.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE EMENDATIONE GRATIANI

DIALOGORUM LIBRI DUO

Cum Notis

STEPHANI BALUZII TUTELensis

E T

GERH. V. MASTRIGHT UBII.

АИГИЛІЯ AUGUSTA
ARCHEIETATIS TERRAQUA
DE FUNDATIONE CIVITATIS
DURDOCKUM TABERNA
Cum Notis
Sedis etiam in aliis locis
GEOGRAPHICA

P R A E F A T I O

P R I M I E D I T O R I S.

CUM Maximi Pontifices hac nostra ætate de Gratiani emendatione tantum laborant, ut illius erratis corrigendis non quoscumque viros, sed eruditione atque auctoritate valde præstantes, præficiendos esse judicarint, selectis aliis, quorum opera adjuti, quod erat in animo perficerent: sane dubium esse nemini potest rem magni esse momenti, Christianæque reipublicæ universæ plurimum interesse. Ac quidem vero quamvis tot summorum hominum & Ecclesiæ principum auctoritas, etiam sine alia caussa, multum apud omnes valere debeat, tam si res diligenter consideretur, licet eadem indigeremus, ratione item constat majus hoc quiddam esse, quam vulgo homines opinantur, qui totum hoc studiorum genus pro nihilo habentes, jurisque contextum contemnentes, se totos ad interpres conferunt. Quibus ego, ut eos magni faciant, & tanquam duces ac magistros habeant, cum concessero, illud tamen constare affirmabo, juris pontificii tantam esse dignitatem, ut non solum ipsarum rerum, sed & verborum, immo & litterarum ac interpunctionum sit maxima ratio omnino habenda. Si enim homines splendidi cum ædificia extruenda suscipiunt, non necessitatem aut utilitatem solum, sed pulchritudinem potius ante oculos sibi proponunt, neque tantum atria, porticus, & conclavia, sed etiam partes singulas ut columnas, lapides, eorumque coagmentationem, & res alias minutæ considerant, dantque operam, ut singula omnia lepore quodam ita inter se consentiant, ut nusquam nisi venustum & apte connexum quidquam reperiatur, multo magis in juris pontificii contextu, quo non voluptas parva, aut aliqua commoditas exigua queritur, sed ipsa res publica Christiana regitur, moresque hominum conformantur, ac effrenatae cupiditates coercentur, illud curandum est, ut partes omnes aptæ & integræ sint, nullumque verbum suspiciosum appareat. Quamobrem cum Gratiani collectio, qua magna pars juris pontificii veteris continetur, mendorum caussa, quibus temporum illorum vitio abundat, multorum sibilis exploderetur, summa rei amplitudo jure suo postulare videbatur, ut Maximi Pontifices de illius emendatione cogitarent, & viris exquisitis ingeniis, omnibusque naturæ & doctrinæ præsidiis instructis totum negotium committerent. Cumque extra Urbem non deessent, qui hanc provinciam possent juvare, quod in hoc studiorum genere satis versati invenirentur, unus tantum, quod sciam, vir pro dignitate nunquam satis laudatus, totius Christianæ reipublicæ lumen clarissimum, deque ea optime meritus, Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarragonensis, qui superiori anno nobis eretus fuit, hunc auctorem suscepit scriptis suis illustrandum. Quid effecerit, ex his duobus libris dialogorum more contextis, quos ante Romanam editionem conscripsit, & ea perfecta censuit edendos, licet judicari. Est namque Gratiani contextus ager quidam incultus, tot herbis asperis & acrestibus vestitus, ut licet viri selecti, tanquam diligentes agricolæ, multam culturam adhibuerint, & aratro illum sape perstrinxerint, aliquot tamen, si non herbæ, fortasse radicum fibræ,

que radicibus evelli non potuerunt, adhuc restare videantur. Quare dabunt ipsi veniam, si fructus laborum tanti viri, cuius memoria recens in benedictione est, eritque in perpetuum, communis utilitati percipiendos proponimus; in quibus omnia fere Gratiani errorum genera notantur, multa emendatione illustratur, ac denique totus ita examinatur, ut non solum rerum ipsarum, verum etiam verborum pondera expendantur.



STEPHANI BALUZII

TUTELensis

PRÆFATI O AD LECTOREM.

Expli caturus primordia & incrementa novi juris canonici, illud ante omnia putavi debere adnotari, jus antiquum unico codice, eo que non admodum magno, comprehensum fuisse, in quo canones priscorum Conciliorum ac nonnullorum præterea Pontificum Romanorum de c r a continebantur (*a*). Eo libro usq; est sancta Dei Ecclesia usque ad saeculum Caroli Magni (*b*). Nam tum, quasi aliqua fatali necessitate cum mutarentur regna, mutatum quoque est jus ecclesiasticum, id est, antiquo juri, quod (*c*) per se ptingentos & amplius annos valuerat, successit jus novum ex supposititiis sanctissimorum Romanarum urbis Episcoporum epistolis ab impudentissimo illo nebulone Pseudo - Isidoro prolati compactum, & ex novellis eorum constitutionibus, qui post Caroli tempora sedem apostolicam occuparunt. Variis fane ac magnis contradictionibus jactatum fuit illud jus, ut nuper dictum est in præfatione ad libros Reginonis de ecclesiasticis disciplinis. Vicit tamen, ut saepe alias, fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius post illa tempora insonuit in auribus Christianorum, quam novellarum istarum epistolarum auctoritas & mentio, præsertim quoties aliquid tentandum fuit aduersus mores antiquos, & longo usq; receptas provinciarum conuentudines.

II. Jus istud novum, quo exarmata sunt jura, ut Tertulliani verbis utamur, introductum fuisse diximus aeo Caroli Magni, favorabili videlicet, si unquam alias, tempore, ob magnam confusionem, quæ in politiam ecclesiasticam invecta erat ex stupenda ac miserabili Episcoporum reliquorumque Clericorum infidelia & vetustorum canonum ignorantia. In hac igitur rerum perturbatione emerse famosæ illæ ac nobiles epistolæ, quæ priscis Pontificibus Romanis tribuantur, in hunc terrarum orbem delatae a Riculfo Archiepiscopo Moguntino; seu istum Episcopus erat, sive postea ad eam cathedralm concidit. Perculerunt illæ omnia animos sua nova antiquitate, & quia sanctissimorum Episcoporum nomina præferabant. Hinc suborta in animis hominum religio, fas non esse dubitare de jure, quod in his sacrae antiquitatis monumentis continebatur. Ex eo deinde factum, ut veteres constitutiones, id est, venerandi priscorum Conciliorum canones, & authentica veterum apostolicæ iedis Pontificum de c r a, quorum per tot annos maxima fuerat auctoritas, in contemptum paulatim venerint, novisque istis magnus honor habitus sit; ut in epistola XXVI. ad Nicolaum Papam scribit Hincmarus Remensis Archiepiscopus (*d*).

III. Constituto namque hoc novo jure, eo deinceps omnes uti coepere, qui transalpinæ potestatis

(*a*) Contra hanc Baluzii opinionem Mastrichtius num. 75. 187. & 337. sua Historia Ecclesiastici Juris animadvertis, & assert, nimis tamen fiderem, nullas omnino Romanorum Pontificum Decretales Epistolas unique ad Dionysii Exigui æratem in Codice illo pervetusta, quo Sancta Dei Ecclesia usque ad Saeculum Sextum usq; fuit, insertas extitisse; Cum Pascasius Quenellus in sua Dissertatione 12., in Tom. 3. Appendix ad Opera S. Leonis Magni editionis Venetæ 1757. existente, plausibilibus argumentis demonstrat oppositum, proindeque in ejus sententiam clarissimus etiam Van-Espenius in sua Dissertat. 3. §. 6. de pristino Codice Ecclesiae Romanae devenit; quamquam non inficiemur refragatos huic sententia fuisse Editores Operum S. Leonis in Tract. De antiquis Collectionibus, & Collectoribus canonum Parte 2. Cap. 1. §. 4. Hoc unum igitur certum esse videtur, quod a S. Leone Magno prædecessorum Pontificum Decretales nonnullæ tanquam Regula in Ecclesia servandæ allegarentur; sive interim Decretales illæ in Codice essent insertæ, sive in Ecclesiarum Γραμματοφύλακiis servarentur. W.

(*b*) Non uno, eodemque Codice universam Ecclesiam ad æratem usque Caroli Magni usq; fuisse ad evidenziatiæ revincitur ex Chalcedonensis Concilii Actio- ne XVI. in qua Lucentius Episcopus, & Sedis Apostolice Vicarius inter Synodicas regulas agnoscere noluit Canonem tertium Concilii Constantinopolitani, quamvis.

iste in Codice Canonum apud Ecclesiam Græcam relatus foret. Ecclesias pariter Africanam, Hispanicam, & Gallicanam ad initium Sæculi Sexti suos habuisse peculiares Canonum Codices demonstrat Van-Espen Parte 1. Commentarii in veteres Canones dissertationibus 6. & 8. W.

(*c*) In Ecclesiæ potestate esse repositum novos discipline Canonem instituer, veteres autem juxta rerum conditions, & temporum necessitates permutare in confessio est apud omnes, sive ius, sive factum arrendamus; novi etenim Canones in Synodis pissim a sanctissimis Ecclesiæ Præfulibus instituebantur. Hoc unum immutabile protinus in Dei Ecclesia comperitur, nempe suarum legum Sanctas, & rectitudi, quæ siquidem invariabilis est, & indefectibilis, quoties universis Ecclesiæ filiis hujusmodi leges servandæ proponuntur. W.

(*d*) Uno semper eodemque Spiritu Sancta Dei Ecclesia dirigitar: Qui enim usque ad Sæculi consumationem Sponsæ suæ adesse promisit, aduersus eam inferorum portas prævalere non finet, quæcumque tandem rerum perturbationes emergant. Veteres igitur Constitutiones, venerandoque priscorum Conciliorum Canones summa cum reverentia semper Ecclesia coluit, eorumve Custodiæ, & observantiam in posterioribus Synodis, præsertim in Tridentina, prout circumstantiæ temporum patiuntur, retinendam jussit. W.

tis amplificationem affectabant, & qui rerum omnium impunitam libertatem tenere cupiebant: qui nisi sacrofani juris antiqui prudentiam & usum ab Ecclesia expulsi sunt, obtinere non poterant licentiam cupiditatum suarum. Sed cum aeterno, si superi paterentur, suppicio macatum esset illud jus, quo uti Ecclesiam voluerunt, qui eam fundavere, lata est quodam modo lex impunitatis, aditu videlicet referato, januaque patefacta appellandi in omnibus caussis sedem apostolicam & Pontificem Romanum, unde frequentes ac graves querelæ magnorum virorum, Iovis Episcopi Carnotensis, Hildeberti Cenomanensis, Bernardi Abbatis Clarevallenensis, & aliorum. Quantumvis enim aliquis peccasset, etiamsi capitale scelus admisisset, eum provocatio ista liberabat a poena, quam sustinere debebat secundum priscos canones, spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos. Testis sit idem sanctissimus Bernardus in epistola CLXXVIII. ad Innocentium Papam II. referens querelas Episcoporum Gallicanorum adversus appellationes: *Quique flagitiosi & contentiosi de populo sive de clero, aut etiam ex monasteriis pulsati currunt ad vos. Redentes jaellant & gestiunt se invenisse tutores, quos magis ultores sensisse debuerant.* Nam si semel refrangas claustra disciplinae, actum est de moribus nostris, cum disciplina, ut recte observatum etiam a Livio est, sit custos infirmitatis, quam inter validiores optime timor continet.

IV. Primus omnium Angilramnus Archiepiscopus Metensis hoc novo jure, quo Episcoporum judicia Romani Pontificis auctoritati reservantur, usus est, primus, inquam, omnium mortalium contra divinos canones convellere tentavit jus antiquum, quando pro sui causa agebatur, id est, quando accusatus de aliquo crimen, ut ego arbitror, subtrahere se voluit cognitioni suorum iudicium. In eam quippe facile sententiam eo, capitula illa, quæ nunc circumferuntur sub nomine Hadriani Romani Pontificis ad Angilramnum non esse Hadriani, sed Angilramni, qui ea ex novitiis veterum Pontificum epistolis ut plurimum collegit, & Hadriano obtulit, ut causæ sua præsidium quereret. Hanc conjecturam multa adjuvant, sed in primis vetus codex MS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis, in quo sic habetur: *Incipiunt capitula collecta ex diversis Conciliis sive Decretis Ponificum Romanorum ab Angilramno Metensi Episcopo, & Adriano Pape oblata.*

V. Anno dein DCCCXVII. Ludovicus Pius Imperator conventum egit Aquisgrani, in eoque divisionem regni instituit inter Lotharium, Pipinum, & Ludovicum. In actis istius divisionis, quæ apud nos extant, ista decernuntur de regno Italiz cap. XVII. Regnum vero Italiz eo modo prædicto filio nostro, id est, Lothario, si Deus voluerit, ut successor noster existat, per omnia subjectum sit, sicut & patri nostro fuit, & nobis, Deo volente, præsenti tempore subiectum est. Hinc mota Bernardi Regis Italiz ira: qui tamen etsi se sciret non ex uxore legitima Pipini fratris Ludovici, sed ex concubina natum esse, tamen Italiz, cuius eum Carolus Magnus Regem fecerat post mortem Pipini patris, possessione se exturbari aegre ferebat. Itaque per exhortationem malorum hominum, ut Theganus ait, extollens se adversus patrum suum, voluit cum a regno expellere, habuitque impios consiliarios hinc inde. Sed conatus ejus frustra fuit. Deficiente ergo conspiratione, punitisque auctoribus, Episcopi quidam conjurationis rei iudicio Episcoporum Gallicanorum apud Aquisgranum anno sequenti congregatorum depositi in confessione corum facti sunt, id est, postquam confessionem criminum suorum apud judices electos, ut tum solebant, edidissent. Unus eorum fuit Theodulfus Aurelianensis Episcopus, qui propterea in monasterium Andegavense ad agendam pœnitentiam projectus est, ubi supremum diem obiit. Hanc suam calamitatem ipse deplorat in epistolis scriptis ad Agiulfum Bituricensem antistitem, & ad Modoinum Augustodunensem, innocentem se semper & ubique contestans. Sed in epistola ad Modoinum ait, se quamvis confessus fuisset crimen, judicari non potuisse ab Episcopis Gallicanis, ob eam videlicet præclarissimam rationem, quia Pallium acceperat a Romano Pontifice.

*Esto forem fassus; cuius censura valeret
Dedere iudicii congrua fræna mihi?
Soli illud opus Romani Præfulis extat,
Cujus ego accepi Pallia sancta manu.*

VI. Novo enim jure, quod ex loco quodam sancti Leonis male intellecto petebatur, Metropolitani, quia Pallium a Romano Pontifice receperant, judicari non poterant ab Episcopis comprovincialibus, sed apostolicæ sedis, etiam ante iudicium, erat sententia prætolanda, ut ait Hincmarus in epistola XVII. ad Nicolaum Papam. Ex eo privilegio, quod descendebat ex concessione Pallii, sequi contendebat Theodulfus Aurelianensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ut eum vocat Ludovicus Pius, non potuisse se ab alio judicari, quam a Romano Præsule, nimis ut ea ratione declinaret auctoritatem suorum iudicium. Hoc erat unum ex perfugiis novo isto jure repertis. Colligitur istud manifeste ex epistola Nicolai primi ad Astardum Episcopum Namnetensem scripta, cum Pallii ulti illi concederet. Porro censemus, inquit, apostolicæque institutionis auctoritate definimus, ut nullus Metropolitanorum antistitutum vel cæterorum Episcoporum in controversia criminis, si sedem appellaveris apostolicam, vel ejus speciali expertieris audiri vel discuti fortassis examine, præsumat de te proferre non nostro præmisso decreto iudicium, sed

apo.

apostolicæ sedis tantum reserveris examinandus vel judicandus incunctanter arbitrio, cuius videlicet decreto vel largitate vacanti Ecclesiæ incardinatus & Palliatus esse dignosceris.

VII. Secutum est postea decretum Gregorii IV. in gratiam Aldrici Cenomanorum Episcopi. Timebat ille, nescio an angore ac sollicitudine conscientiæ, sed tamen timebat, ne quis eum raperet in jus, adeoque ante omnem cauſæ cognitionem putavit implorandum sibi esse auxilium Gregorii. Iste vero, qui satis intelligeret quantum e republica peteretur, & arripiendam esse occasionem stabiendi per universam Ecclesiæ novi juris canonici, præcipue per Gallias, patrocinium Aldrici lubentissime suscepit; dataque epistola generali ad Episcopos universi orbis, tantum ut unius hominis præmoleſtiam sublevaret, docuit Episcoporum judicia, præſertim si fedem apostolicam appellaverint, peragi non posse absque interventu auctoritatis Episcopi Romani; Aldricum porro vetuit alibi quam apud fedem apostolicam, aut ante Legatos e latere Romani Pontificis missos judicari.

VIII. Tandem Nicolaus istius nominis primus in sede Petri locatus est, vir, ut ait R. P. Cellotius, ad fuscipendas appellationes etiam adversus Concilia provincialia promptissimus, retinendæ præterea, propugnandæ, explicandæque auctoritatis suæ cupidissimus, & qui dexteritate & audentia incredibili plurima magna & difficultia negotia ad optatum finem perduxit. Pontificatu ejus Rothadus Sueſſionensis Episcopus judicio Gallicanorum Episcoporum in synodo Sueſſionensi congregatorum depositus est anno DCCCLXIII. nequicquam eum juvante appellatione apostolicæ sedis, & apostolici Præſulis: mox vero Episcopus aliis in loco ejus ordinatus. Nolo cantilenam toties recantatam heic recinere, præſertim cum totam illam historiam eleganter ac eruditè pro suo more explicaverit magnus ille Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis in libro septimo de concordia fæcerdotii & imperii. Illud tantum dicam, Nicolaum graviter ultum esse hanc minutionem & abominationem privilegiorum sanctæ Romanae Ecclesiæ, ut ipsa ejus verba ponamus, cum biennio post in Concilio Roinano ageret de restitutione ejusdem Rothadi. Cuncta autem huc vergunt, ut ostendant iniquum fuisse synodi Sueſſionensis judicium, quæ præter quam quod congregata erat sine auctoritate Romani Pontificis, (quod nulli fas est, inquit) Episcopum damnaverat appellantem apostolicam Sedem. Et ut Episcopos Gallicanos facilius induceret ad restitutionem Rothadi, aperit illis vastissimum campum impunitatis, privilegia nimurum Ecclesiæ Romanae novo jure reperta, id est, jus appellañdi fedem apostolicam in omnibus cauſis. Hæc sunt ejus verba ad Episcopos synodi Sueſſionensis, digna profecto quæ heic describantur ad memoriam omnium sempiternam. *Privilegia sedis apostolicæ, inquit, tegmina sunt, ut ita dicam, totius Ecclesiæ catholicæ. Privilegia inquam hujus Ecclesiæ munimina sunt circa omnes impetus pravitatum. Nam quod Rothado hodie contingit, unde scitis, quod cras cilibet non eveniat vestrum? Sic Apostolus admonet dicens: Qui putat se stare, videat ne cadat. Quod si contigerit, ut verbis utamur propheticis, ad cujus, rogo, confugietis auxilium?*

IX. Intellexit Hincmarus Laudunensis Episcopus, unus Episcoporum, ad quos scripta erat epistola illa, vim pondusque istorum Nicolai verborum. Nam cum reus postea factus esset in synodis apud Vermeriam, & apud Attiniacum congregatis, suorum scelerum conscientia cruciatus fedem apostolicam appellavit, ut eo pacto effugeret pœnas facinorum suorum. Ista diserte nos docet Hincmarus Remensis in epistola XXXV. quæ data est ad eundem Laudunensem: *Quod dicas te in synodo apud Vermeriam, indeque apud Attiniacum licentiam eundi Romam petisse, & impetrare non potuisse, omnes Episcopi, qui in eisdem synodis fuerunt, liquido sciunt, quoniam cum de tuis insolentiis increpararis, timens regulare judicium, vel Regis castigationem licentiam eundi Romam petebas. Cum vero videbas, quia Rex & Episcopi erant tibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicebas, sicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut soles, quam semper timendo expecto, iterum facias, de qua compellatus solitam cautionem de licentia tua recantes. Item in capite XVII. Concilii Duziacensis: Qui undecimque sibi visum fuit, cum de suis insolentiis increparus est, licentiam eundi Romam petit, vel sedem apostolicam appellat. Quando vero Rex & Episcopi sunt sibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicit, nec sedem apostolicam appellat (e).*

X.

(e) Suam in scribendo, quæ vera non sunt, *αὐτοὺς μηνῶν*, suamque in Romanos Præſules *ἀπέβειων* satis fecit palam Baluzius de Nicolao I. Pontifice verba faciens. Quis æquo animo ferre queat impactam summo illi Pastorū calumniam de oppresa Metropolitanorum Jurisdictione per falsæ Melchiadis Decretalis auctoritatem; cum ipſe solas Innocentii I. & Leonis Magni Epistolæ præ oculis habuerit, dum ad Galliæ Episcopos scribebat, ut evidens est ex ipsius Nicolai Epistola apud Labbè Tom. 10. Conciliorum edit. Venetæ, column. 281. & 283. Verum ad summi Pontificis venerabilem dignitatem in tuto ponendam legere non pigeat fragmentum a nobis excerptum ex integra Synodica Epistola a Patribus Concilii Tricassini ad ipsum data Nicolaum Anno 867. cujus Synodi Præſes fuit Hincmarus

Remensium Episcopus = His itaque, ajunt Tricassini Patres, pro quantitate intelligentiæ nostræ decursis, submissæ devotionis obsequio, vestri Apostolatus exoramus magnificam Beatitudinem, ut More Beatiſſimorum Prædecessorum vestrorum, quæ de statu Sacri Pontificalis Ordinis ab eis statuta, & imprevaricabili auctoritate firmata sunt immota de cætero manent, Muſrone Apostolico quorūcumque Metropolitanorum temeraria præſumptione suppressa, quin etiam reliquorum Episcoporum quorūcumque, seu quanto rumeumque audaci conniventia penitus summota, privilegia, & decreta servari, innovata constitutione, decernatis; ita nec vestris, nec futuris temporibus, præter consultum Romani Pontificis de gradu suo quilibet Episcoporum deiiciatur, sicut eorūdem Sanctorum veſtro

X. Erat sane porta ista speciosa, nihilque in speciem favorabilius erat Episcopis. Sed quia res humanæ interdum volvuntur deorsum, contingere quoque poterat, ut magnifica illa sedis apostolicæ privilegia, quæ (ut Innocentius III. ait lib. 1. epist. 230. & lib. 2. epist. 13.) instituta sunt ad præsidium oppressorum, implorarentur etiam ad opprimendos Episcopos. Neque nunc longius abierim a pontificatu Nicolai, ut ejusdem omnino temporis exemplum adferam adversus argumentationem ejus. Paulo ante quam is apostolicæ Ecclesiæ thronum concenderet, Gallicani Episcopi, quibus certum erat Episcopum fcurilem ac dementem arcendum esse a sacerdotio, tentaverant Herimannum Episcopum Nivernensem istis morbis laborantem pellere sede sua, eumque propterea manere interim jussierant apud Metropolitanum suum Wenilonem Archiepiscopum Senonensem, donec agnosci posset, an dementia ejus esset sanabilis. Ea cum sanata videretur anno sequenti, Herimannus suæ Ecclesiæ gubernationi restitutus est. Sed post aliquot exinde annos revolutus ad errores suos, Wenilonis rurum animum in se concitavit. Et is quidem omnino volebat Herimannum ab ea cathedra detubare, tanquam indignum tanto gradu. Verum quia ille gratia haud dubie fovebatur Caroli Regis infirmitatem, id est, levitatem ejus ac jocos facetiasque nequaquam fastidientis, ut docet canon secundus synodi Suectionensis secundæ, adeoque facile non erat Episcopis Gallicanis eum loco movere, auxilio subfidoque fuit novum jus canonicum, quo judicia Episcoporum reservantur auctoritati Papæ Romani, præcipue vero epistola Melchiadis ad Episcopos Hispanienses, quæ omnem criminum episcopalium cognitionem interdixit synodis provincialibus. *Episcopos, inquit, nolite judicare, nolite condemnare ab que sedis hujus auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus Apostolorum statutum est servari, quod illæsum manet usque in hodiernum diem.* Itaque Wenilo, qui consilia sua in irritum casura esse satis intelligebat, si de judicando Herimanno ageretur intra Gallias, adeoque externam potentiam sibi implorandum, suo suffraganeorumque suorum nomine consuluit super ea re Nicolaum Papam, gnarus videlicet temporum suorum. Quia tamen negotium illud dexteritate quadam tractandum erat, ne justæ irarum causæ subministrarentur Episcopis Gallicanis, neve, dum Herimannum opprimere studebat, vana & rei, quam agitabat non profutura, ac libertati Ecclesiæ Gallicanæ exitiosa inciperet, sic temperandum esse censuit actum suum, ut licet dubitare maxime videretur de auctoritate epistolæ Melchiadicae, occasionem tamen Episcopo Romano daret ad se trahendi causam Herimanni, ratus ea ratione parum præsidii laturum Herimanno favorem Caroli. Igitur ne quid inconfulte ac temere ageret, eo flexit, ut per speciem diligentissimæ inquisitionis causam revocaret ad examen Episcopi Romani, dum Nicolaum orat, ut exemplum authenticum illius epistolæ ex armario Romanæ Ecclesiæ depromptum ad se mittere dignaretur. *Unde supplicamus, inquit, ut statuta illius integra, sicut penes vos habentur, nobis dirigere dignemini. Aequissima proœcio erat postulatio Wenilonis, cum si quis fictam suspicetur Romani cuiuspiam Pontificis epistolam, requirere eam debeat in Ecclesiæ Romanæ chartario, ut monuit Hieronymus in apologia adversus Ruffinum. Suspicacem tamen Nicolai animum perculit improvisa istæ & importuna interrogatio. Timebat enim, ne specie reverentiae tentarentur arcana dominationis, & scire forte, an cupere Episcopos Gallicanos quid de novis illis veterum Pontificum epistolis sentiret novus Pontifex Nicolaus, & an Melchiadis epistolam ex Romanæ Ecclesiæ armario, ubi manifestum erat eam non extare, posito omni pudore missurus esset. Ergo vir prudenter, ne suspicionis istius aut metus foret manifestus, neve ea per imprudentiam rescriberet, per quæ suam famam dehonestaret, si falsus intelligeretur, Episcopos Senonenses, quoad hoc, sine responso reliquit, postulataque eorum elusit plurima ipsorum laudatione, & multum contestatus Herimannum absentem, & inauditum damnari non debere. Sic inter metus Wenilonis & suspiciones Nicolai Herimannus tutus fuit, & in fide sua remansit. Sed si religiosissimus iste Pontifex ea tum audacia armatus fuisset, qua postea abundavit in causa Rothadi, Herimannus haud dubie oppressus atque obrutus fuisset sub tegmine privilegiorum sedis apostolicæ.*

XI. Nam licet Rothadus canonice a quinque provinciarum Episcopis dejectus fuisset, aliquique in loco ejus secundum regulas ordinatus, aulus est tamen Nicolaus eum sedi suæ restituere, insuper habito synodi Gallicanæ gravissimo judicio. Et qui ad Senonensem Episcoporum interrogationem tremebundus & plenus timoris rescribere noluerat de auctoritate epistolæ Melchiadicae, quæ una est ex suppositiis Romanorum Pontificum epistolis, ex quibus conflatum est novum jus canonicum, nunc audacior factus in gratiam Rothadi, destitutione ejus scribens ad Episcopos Gallicanos non dubitavit asserere, sanctam Romanam Ecclesiam penes se in suis archi-viis recondita habere decretalia istæ priscorum Pontificum constituta. *Absit enim, inquit, ne cujuscumque ipsorum, qui usque ad ultimum vitæ suæ diem in fide catholica perseveravit, vel decretalia constituta vel de ecclesiastica disciplina quelibet exposita debito cultu, vos cunctum-*

strorum Antecessorum multiplicibus decretis, & numerosis privilegiis stabilitum modis mirificis extat = Legitur haec Synodica apud Labbe Tom. 10. Concil. Co-lumn. §73., & sequentibus. Et sane Gallicani Episcopi nec Canonem 3. Sardicensem, nec Epistolas Julii Papæ

I. nescire poterant, in quibus tam evidenter firmatum erat Episcoporum depositiones soli Romano Præsuli esse reservatas, quod & Synodus Tridentina Sess. 13. in Decreto reformat. Cap. 8. nec non Sessione 24. in simili reformationis Decreto cap. 5. renovavit. W.

summa discretione non amplectamur opuscula, quæ dumtaxat & antiquitus sancta Romana Ecclesia conservans, vobis quoque custodienda mandavit, & penes se in suis archiviis & vetustis rite monumentis recondita veneratur. Stabilito hinc novo jure, Rothadum nequaquam cunctans & diffidens, ut antea, sed libere & intrepide restituit gubernationi Ecclesiæ Suectionensis, eumque mox ad Carolum Calvum Regem Francorum in comitatu Arsenii Legati sui misit teatum ac munitum nuper inventis sedis apostolicæ privilegiis. Audacia tamen illa, quamvis feliciter Nicolao cesserit, effugere non potuit reprehensionem vetusti scriptoris annalium Bertinianorum, qui de restitutione Rothadi agens ad annum DCCCLXV. his eam verbis, audaciam audaciæ opponens, perstringit: Circa medium Julium mensem in Attiniacum palatum Arsenius veniens, Rothadum CANONICE a quinque provinciarum Episcopis detectum, & a Nicolao Papa non REGULARITER sed POTENTIALITER restitutum, secum reducens, Carolo præsentavit.

XII. Hincmarus quoque Remorum Archiepiscopus eandem restitutionem iniquam esse pronuntiavit, non quidem palam & aperte, sed verbis subobscurus, quæ tamen ostenderent in ea sententia illum esse, judicia Conciliorum provincialium cassari non posse auctoritate Romani Pontificis. Nam cum Hincmarus Laudunensis Episcopus juvenili petulantia, fatus præterea manifestis Romanorum odiis adversus Remensem, avunculo, ut eum ureret per commemorationem malorum eventuum, exprobraret cassationem depositionis Rothadi, Hincmarus Archiepiscopus, vir antiquæ libertatis, quantum finebant illa tempora, retinentissimus, inthanam ejus temeritatem refellit his verbis in capite quinto opusculi LV. capitulorum, cuncta referens ad vim & auctoritatem Nicolai: *Nostrum iudicium PER REGULAS executum sedes apostolica non cassavit, sed Rothado, qui ad eam fecit confugium, humiliter poscenti, (quoniam legati nostri, qui caussam ejus examinavimus, cum literis, sicut præcipiunt canones, prius non venerunt, clausas transire prohibiti, quam ab eo, sed & ab aliis plurimis, suggestionem inde susciperet) sicut suo sapientissimo consilio judicavit, solatii benignitatem impendit. Itaque ait, non quidem cassatum fuisse iudicium synodi Gallicanæ adversus Rothadum, sed a majoris auctoritatis iudice Nicolao Papa immutatum. Quoniam iudicium nostrum a majoris auctoritatis iudice immutari, non autem aliter cassari CANONICE poterat.*

XIII. Famosa est annalium monumentis historia depositionis ejusdem Hincmari Laudunensis Episcopi, adversus quem Rex Carolus Calvus & Hincmarus Remensis accusationem instituerunt in tribus synodis Ecclesiæ Gallicanæ. Agebatur de spreto Metropolitanus, de violata disciplina ecclesiastica, de crimine lassæ regiæ majestatis. Existimant nonnulli injuria fævitum esse in Episcopum Laudunensem, & Remensem in hoc loco arguant inhumanitatis ac crudelitatis. Viderint illi quas caussas habeant ita sentiendi, livoremne & invidiam adversus memoriam magni viri, an amorem tantummodo justitiae & veritatis. Ego dum recenso totam illam historiam, video multa dicta adversus Laudunensem, multa scripta, & rem servato juris ordine procellante. Ipse crimina sua fateri noluit, neque sententiam in se dicere. Pertinacissimam interim contumaciam adversus Metropolitanum suum semper ostendit, etiam cum frequentibus contumeliis. Cum vero urgebatur timore pœnæ, fieri sibi potestatem petebat, ut supra vidiinus, adeundi sedem apostolicam, tum ut illic caussam suam audiri procuraret, tum ut votum persolveret, quo se vir piissimus obstrinxerat ad visenda Apostolorum limina. Negatum est semper homini. Sed quibus se ille inter has tempestates armis juvabat? Decretis nimirum apocryphis Romanorum Pontificum, quæ usque ad nauseam recantabat. Res est adeo nota, ut probatione non indigeat. Adferam tamen testimonium Hincmari Remensis ex capite XI. Concilii Duziacensis: *Post hæc quærens adinventiones, ut se a Metropolitanana subjectione posset exuere, libellum de antiquorum patrum scriptis ante sacros Nicænae synodi & aliorum sanctorum canones editis collegit, in quibus sententias inter se diffonas & contra evangelicam & apostolicam atque catholicam & apostolicæ sedis auctoritatem immiscuit. In quo libello cum aliis diversis & sibi adversis sententiis subscriptis, & a Clericis parochiæ suæ subscripsi fecit, quia non possunt Episcopi humano condemnari examine, quos Deus suo reservavit iudicio. Magnos tamen illos conatus inficiter cessisse constat Hincmaro Laudunensi, & illi parum auxiliis attulisse novum jus canonicum, cuius auctoritatem is summo studio extollebat.*

XIV. Ex actis Concilii Remensis adversus Arnulfum Archiepiscopum, habiti anno DCCCCXCI. colligi potest extrellum ferme, ut ita dicam, spiritum traxisse tum vetus jus canonicum, tamen et si multa præclare ac fortiter dicta factaque in eo conventu sint ad laudem & gloriam Ecclesiæ Gallicanæ. Arnulfus agebatur reus majestatis, accusantibus Hugone & Roberto Francorum Regibus. Urgebatur reus gravitate accusationum & pondere veterum regularum. Vicit tum vetus disciplina, servataque est venerandæ antiquitati sua reverentia. Fuere nihilominus, qui deploratissimæ caussæ suppetias ferre tentarent. Sed ii tamen nulla ferme alia præsidia in caussam induxerunt præter falsas illas veterum Romanorum Pontificum epistolas, in quibus caveatur, ne Episcopi judicentur absque auctoritate Episcopi Romani, cassaque & irrita decernuntur judicia, quæ prætermisso hoc ordine ferri contigeret. Verum ista magnorum nominum commemoratione non admodum permotus fuisse Episcopos nostros, hæc res indicio est, quod multa prium reverentia usi erga Romanorum Pontificum decreta, quæ proferebantur, licet falsa haud du-

bis esse intelligerent, cum ad eam partem ventum est, in qua certum erat Episcopis non passuros se ut novum jus invalesceret adversus veteres regulas, neque aliquid suppeteret, quo manifesta decretorum istorum verba eludere interpretatione possent, tum decretis illis libere opponunt canones Africanos, qui de judicandis intra provinciam Episcopis decreverunt, etiam in fine actionum propterea describentes Concilium sextum Africanum, sive Carthaginense, ut pluribus diximus in præfatione ad Reginonem. Itaque repudiatis Arnulfi ac fautorum ejus subterfugiis, damnatus est reus, & Gerbertus summo omnium consensu in loco ejus ordinatus secundum canones antiquos.

XV. Haec tenus aliqua species libertatis superfluerat. Deinceps autem sapientissimo Romanorum Pontificum confilio visum est, coercendam esse intra certos limites Episcoporum auctoritatem, castigandamque acriter ac severe eorum audaciam, qui caussas quaslibet judicare præsumerent, inconsulta sede apostolica. Initium factum est ab Episcopis, qui concilio isti Remensi interfuerant, adversus quos excandescens Joannes XV. valde indignatus super hoc facto, interdisit sacris omnibus Episcopis, qui Arnulfum dejeerant, & Gerbertum ordinaverant; ut docet continuator Aimoini lib. V. cap. XLVI. Et tamen inerat adhuc aliquid priscæ virtutis in Gallia post tonitrua illa, & fulminum iactus ex arce Tarpeja (f). Quamvis enim Leo Abbas a Joanne missus in Gallias Arnulfum restituisset Ecclesiæ Remensi anno DCCCCXCV. in synodo habita apud Durororum Remorum, Arnulfus nihilominus in custodia attinebatur, donec sub Gregorio V. amissam libertatem sedemque aliquantis per recuperasse usus est. Nondum tamen, post tot Romanorum conatus, plena fuit ac perfecta illius restitutio; quæ tunc citra controversiam obtinuit, postquam Gerbertus in sede Romana locatus, dictus Silvester secundus, epistolam ad eum scripsit, qua simul finis impositus est miseri Arnulfi & stabilitus usus novi juris canonici.

XVI. Ardebat ea tempestate Gallia bello gravissimo, discordia, cupiditate, ceterisque generis ejusdem. Inter haec mala & inter initia condenda novæ Regum Francorum familias, cuius auctor & fundator fuit Hugo cognomento Capetus, multæ ac variæ violandarum mutandarumque legum ecclesiastiarum caussæ & occasionses fuere, in quibus velut sopita Gallorum virtus connivere quodam modo visa est (g). Stabiliendo hinc novo juri canonico lata ac spatiose aperta via est. Hujus tamen facinoris gloria debetur ut plurimum Legatis, quos Romani Pontifices immiserunt in universas orbis nostri provincias: quorum tanta, ut alibi diximus, adeoque splendida ac magnifica potestas erat, ut omnes caussæ ecclesiasticae ab eorum nutu ac voluntate penderent, nemine aut raro tum obſistere auso. Itaque dormitante, ut ita dicam, antiquo jure, Iola ferme deinde in occidente per multum ævi valuit auctoritas epistolaram pontificiarum, quæ extant in collectione Isidori, præcipue vero postquam Decretum Gratiani publicæ legis vim roburque obtinuit. De quo libro ante quam plura dicamus, necesse est, ut paucis agamus de his, qui ante Gratianum lucubrations istiusmodi ediderunt, Reginone nimirum, Burchardo, Anselmo, & Ivone.

XVII. Regino Abbas monasterii Prumiensis, cum hinc pulsus se recepisset in monasterium sancti Maximini Trevirensis, illic privatam vitam agens libros duos de ecclesiasticis disciplinis, & religione Christiana scripsit circa annum DCCCCVI. iussu Rathbodi Archiepiscopi Trevirensis; in quibus condendis usus est præcipue canonibus antiquis & sinceris Romanorum Pontificum decretis, tum etiam, quamquam non admodum frequenter, pseudepigraphis epistolis ab Isidoro collectis, Capitularibus Regum Francorum, & dictis sanctorum patrum. Editionis illum honore primus donavit Vir Clarissimus Joachimus Hildebrandus. Nos vero rursum edidimus anno MDCLXXI. emendatum ex fide vetustissimi & optimi codicis. Porro ne videamur actum agere, lectorem remittimus ad præfationem, quæ illi nostra editioni præfixa est.

XVIII. Burchardus deinde Wormatiensis Episcopus simile opus aggressus circa annum MXX. bene multa accepit ex Reginone, plurima de suo addidit, pleraque corrupit, ut nuper ostensum est pluribus ad Reginonem. Cum itaque in hoc arguento fuse me & abundanter illic exercuerim, res postulare videtur, ne eandem materiam retractem. Heic tantum addam, posse Burchardum eximi a culpa, si vera sunt, quæ narrantur in libro de gestis Abbatum Gemblacensium nimirum auctorem Decreti Burchardici non esse Burchardum, sed Olbertum Abbatem Gemblacensem, quo dictante & magistrante Burchardus magnum illud canonum volumen centonisavit. Testatur istud ipsum, sed modestius Sigebertus in Chronico ad annum MVIII. Burchardus quoque fit Wormaciensium Episcopus, qui in scripturis studiosus, magnum illud canonum volumen edidit, scripturarum sententiis undique compilatis defloratum, collaborante sibi in hoc magistro suo Olberto Abate, viro undecunque doctissimo. Sed ipse se clarius explicat in libro de scriptoribus ecclesiasticis; ubi de Olberto loquens, hinc eum laudat maxime quod Burchard-

(f) Joannis XV. auctoritate propriæ sedi fuit Arnulfus, consentientibus etiam, supremaque Pontificis Jurisdictioni cedentibus Galliarum Episcopis restitutus, ut tradit ex Continuatore Aimoini Natalis Alexander Cap. 1. art. 24. Synopsis Historiæ Ecclesiastice Sæculi noni, & decimi; cognoscentibus fortassis Gallicanis Præfulibus

ab illegitima potestate fuisse depulsum; cum præter summum Pontificis assensum esset exclusus. W.

(g) Non violantur Ecclesiæ Leges, dum per legitimam auctoritatem, id rerum, & temporum circumstan- tiis explicantibus, immutantur. W.

chardus Episcopus Wormatiensis ejus magisterio ad hoc est proiectus, ut ita ecclesiastice utilitati intenderet, ut eius studio, ore, & manu illud magnum canonum volumen ad communem omnium utilitatem ederet. Rem tamen aliter narrat Bartholomaeus Fisen in Floribus Ecclesiae Leodiensis pag. 328. ex MSS. Gemblacensibus & sancti Jacobi Leodiensis, nimirum Burchardum, cum Lobii hoc tempore monachus, Olbertique auditor esset, tantam literarum cognitionem attigisse, ut incredibili Christianæ reipublicæ bono descriptum in viginti libros decretorum volumen luci dederit. Hujus operis Burchardici tria nos antiquissima exemplaria vidi-
mus optimæ nota.

XIX. Sæpe laudari solet collectio Anselmi Episcopi Lucensis, qua usi sunt in primis Correctores Romani, & Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarragonensis. Verum iste multum dubitare visus est de ejus auctoritate; primum quia in vetustis codicibus, quos ipse vidit, nullus titulus erat, neque nomen auctoris; deinde quia videbat nonnullorum illic Romanorum Pontificum decreta esse inserta, qui, vivo Anselmo, ad apicem episcopatus non pervenerunt. Alium ego nuper codicem, evmque optimum & antiquissimum, beneficio optimi doctissimique viri Domini Lucæ Dacherii naëtus sum ex bibliotheca monasterii sancti Germani Parisiensis, in quo neque titulus ullus extat neque nomen auctoris. Hic autem liber iis, quos vidit Antonius Augustinus, ex eo præstat, quod nulla in isto decreta Pontificum Romanorum contineantur, qui post annum MLXXXVI. apostolicam sedem tenuerunt. In veteri tamen codice istius collectionis, cuius exemplum ex bibliotheca Barberina ad se missum idem Dacherius mecum communicavit, hæc in titulo scripta sunt, quæ librum illum adjudicant Anselmo Episcopo Lucensi.

In Trinitatis nomine sanctæ & individuae. Incipit hinc feliciter istius libri series, quem sanctus ex Italia Anselmus, quique Pontifex Lucanæ fuit Ecclesia, vir prudens ac catholicus, in Christi fide servidus, carpit ex toto canonum patrum sanctorum corpore.

Sed aut fallit titulus, aut certe multum interpolatus est hic liber, ut recte adnotatum est ab Antonio Augustino. Nam illic continentur plurima Urbani II. & sequentium Pontificum de-creta, quorum ævo Anselmus vivere desierat. Quin etiam multa sunt, quæ hanc collectionem abjudicare videntur Anselmo Episcopo Lucensi. Primo auctoritas vetusti scriptoris vitæ ejusdem Anselmi a Sebastiano Tengnagelio editus; qui lucubrations magistri ac Domini sui recensens, nullam collectionis istius mentionem facit, non omisurus, ut videtur, tam præclarum opus, si tum fama fuisse, compositum ab Anselmo fuisse. Deinde Sigebertus monachus Gemblacensis, horum temporum scriptor, dum in Chronico & in libro de scriptoribus ecclesiasticis enumeraret libros ab Anselmo compositos, ne verbum quidem ullum fecit de collectione ista. Denique Trithemius, qui tot libros viderat, non vidit collectionem canonum ac decretorum Anselmo Lucensi Episco-
po tributam, cum altum de ea silentium apud illum sit. Non senserat ista monumenta Antonius Augustinus. Et tamen hoc inclinare vius est, ut collectionem illam non putaret esse An-
selmi; adeoque conjecturam fecit de Hildeberto Cenomanensi, quem constat aliquid olim tentasse. Sed totam istam controversiam relinquo definendam doctissimo viro, quem supra no-
minavi, Lucæ Dacherio, qui collectionem illam cuiuscumque tandem sit, datus est in tomo duodecimo Spicilegii.

Perventum erat ad finem operis, jamque operæ typographicæ accingebant se ad editionem Indicis, cum forte fortuna incidi in duos antiquos bibliothecæ regiæ codices, in quorum uno continetur opus Gratiani, in altero descripti sunt priores septem libri collectionis, quæ Anselmo Lucensi tribuitur. Codex iste non est admodum vetus, utpote scriptus superiore tantum sæculo. Attamen ex antiquiore descriptum esse constat. In fronte ponuntur nonnulla de modo celebrandi Concilii. Postea sequitur in loco tituli: *Incipit capitulatio librorum, quos beatus Anselmus Lucensis Episcopus de coequalibus causis singulos in hoc volumine libros composuit.* Et paulo infra: *Incipit autentica & compendiosa collectio regularum & sententiarum sanctorum parvum & auctorabilium Conciliorum facta tempore * sanctissimi Papæ a beato Anselmo Episcopo Gregorii Lucensi ejus diligentissimamente & discipulo, cuius iussione & precepto desideranter consummavit hoc opus.* Hinc ergo auctoritas conciliari potest huic collectioni.

XX. Sequitur Ivo Carnotensis Episcopus, vir magni in Ecclesia Dei nominis, cuius lucubrations in omnium manibus versantur. Extant duæ canonum ac decretorum collectiones anti-
quæ huic auctori tributæ, quarum una DECRETUM IVONIS vulgo vocatur, altera PANNORMIA, utraque eandem habens traditionem. Quo factum est, ut viri docti putaverint Pannormiam non esse Iwonis opus, sed Hugonis cuiusdam Catalanensis aut alterius incerti scriptoris, qui Decre-
tum in compendium redegerit, fundum suæ illius opinionis accipientes ex Vincentio Bellovacensi, qui libro XXV. Speculi historialis cap. LXXXIV. testatur, Hugonem illum ex eodem volumine abbreviato libellum portatilem composuisse, qui SUMMA DECRETORUM IONIS appellatur. Sed opus illud diversum fuisse a Pannormia vel hac res indicio est, quod Summa decretorum Iowonis inscriptum fuerit, cum Pannormia in vetustissimo codice MS. sancti Victoris Parisiensis, in duo-
bus etiam antiquis codicibus MSS. monasterii sancti Albini Andegavensis, denique in omnibus editionibus Pannormia semper vocetur, nunquam Summa decretorum. Præterea vir istarum re-
rum peritissimus Antonius Augustinus ex eo collegit Pannormiam non esse epitomen decretorum Iowonis, quod pauca sint, in quibus haæ duæ collectiones inter se convenient. Cæterum aut valde

me fallit amor suscepit negotii, aut deprehendisse mihi videor Victorinum Pannormia^z codicem multo antiquorem esse Hugone Cathalanensi, quisquis tandem homo ille fuerit. Unde certo colligi potest Vincentium de quodam alio opere loqui, quo caremus absque ullo bonarum litterarum dispendio.

XXI. Ego in ea sum sententia, ut omnino putem Iwonem primo scripsisse Pannormiam, & præfationem eodem tempore confecisse, quæ postea magno decretorum volumini præfixa est. Nam cum videret haud dubie Pannormiam successum habuisse prosperum & commendari ob utilitatem suam, putavit fistendum heic non esse, adeoque majus opus aggrediendum. Sed prius quam de majori illo opere agamus, res postulare videtur, ut ad Pannormiam redeamus, de nomine ipso paulisper acturi. Sunt, qui putant non Pannormiam aut Panormiam vocari debere, sed Pannormiam, adeo ut Antonius Possevinus in Apparatu eorum inscitiam traducat, qui *Græcæ linguae inscientes Panormiam scribunt, cum Ivo Pannomiam scripserit, hoc est, quod omnes complectitur leges*. Religiosior fuit Sebastianus Brant, qui primus hanc conjecturam fecit, primus omnium Pannormiam typis vulgavit. Hic enim cum sententiam suam promeret de etymo istius vocabuli, duas diversas interpretationes afferens, unam e Græco sermone, alteram e Latino, Pannormiam tamen & heic & in titulo operis vocavit, lectori arbitrium integrum relinquens amplectendi quam mallet etymologiam. *Appellavit autem, inquit, hunc suum librum Pannormiam, quasi totius justitiae sive legis materiam continentem, (Pan enim totum, nomos vero lex seu nomia justitia Græce dicitur) vel, ut alii volunt, Pannormiam a norma, quæ ḡ regula a quibusdam dicitur, sive fabrorum directorium.* Quidquid sit de nomine, Græcamne originem habeat an Latinam, an ex utraque conflatum sit, parum refert. Illud certe constat Panormiam vocari in manuscriptis codicibus & libris editis. Sic enim habet utrobique initium operis: *Incipit prologus Pannomiae Iwonis Carnotensis Episcopi de multimoda distinctione scripturarum sub una castrorum eloquiorum facie contentarum. Exceptiones ecclesiasticarum regulorum, &c.* Sic pariter in veteri codice suo legerat Joannes Trithemius, qui in libro de scriptoribus ecclesiasticis agens de Ivone, ita loquitur: *Scripsit post Burkardum Wormaciensem Episcopum ex canonibus sanctorum compendiosum decretum, quo ante Gratiani tempora utebantur Juristæ, quod prænotavit Panormiam lib. 10. Exceptiones eccles.* Eundem quoque titulum habuisse manuscriptum exemplar Pannomia^z, quod sibi comparaverat Antonius Contius, hinc liquidu constat, quod scribit illud fuisse simile codici, qui DECRETA PARVA YVONIS inscribitur in bibliotheca sancti Victoris, id est, illi quem nos supra laudavimus.

Post absolutam hanc editionem, vir doctissimus Joannes Mabillonius Monachus Benedictinus, e Belgica peregrinatione redux magno reipublicæ literariæ bono, ad me detulit vidisse se duo vetustissima Pannomia^z exemplaria manuscripta, unum in bibliotheca monasterii Aquicinctensis, alterum in monasterio Blandiniensi, utrumque nomem Iwonis Episcopi Carnotensis adscriptum habens, utrumque eundem finem operis exhibens, quem notavimus in præfatione nostra, cum de Pannomia ageremus. Unde certo colligitur non extare in codicibus illis decreta Innocentii secundi, quæ edita sunt in calce Pannomia^z, quæ moverant viros eruditissimos, ut existimarent opus illud non posse esse Iwonis. Hoc te monitum volui, lector eruditæ, ut tibi semper probem bonam fidem meam.

XXII. Divisa est Pannomia in partes octo, Decretum in decem & septem. Utrique operi præfixa est, ut diximus, eadem præfatio; in cuius fine ista utrobique leguntur: *Deinceps singularum partium totius voluminis intentionem breviter perstringemus, ut hinc prudens lector advertat, quid in unaquaque parte sibi necessarium querere debeat.* Statim vero describit auctor, quid in unaquaque Pannomia^z parte contineatur, multum diverso ordine ab eo, qui servatus est in compositione Decreti. Ceterum præfatio illa uno tenore decurrit in codice Victorino, cum in editionibus secta perperam sit in capita XLIII. in quibus continetur elenches octo partium integri operis.

XXIII. Prima illius per typographos editio exiit Basileæ anno MCCCCXCIX. studio & opera Sebastiani Brant: secunda Lovanii anno MDLVI, accurante Melchiore a Voßmediano. In utraque in calce libri consequentibus numeris descripta sunt decreta Innocentii secundi, quæ doctorum virorum conjecturæ locum fecerunt ex eo suspicantium Pannomiam non esse Iwonis opus, cum Ivo multo ante rebus humanis excesserit, quam Innocentius fieret Romanus Pontifex. Huic tamen doctorum virorum scrupulo faciemus satis, si cum Antonio Augustino dicamus addita esse decreta illa Pannomia^z, non esse partem ejus collectionis. Testatur præterea idem Augustinus habuisse se veterem librum Pannomia^z, in quo decreta Innocentii secundi non extabant, sicuti non extant in optimo & antiquissimo Victorino, in quo caput quod est CXXXVI. octavæ partis in editionibus (*Leo Papa in synodo congregata, &c.*) finem imponit Pannomia^z. Postea vero nihil aliud reperitur scriptum in codice illo. Et hæc de Pannomia dicta sufficiant. Redeamus ad Decretum.

XXIV. Cum videret Ivo, ut supra dicebamus, Pannomiam favorabiliter acceptam, manibus studiosorum versari, majus opus aggredi statuit, in quo & causas tractaret abundantius, ac præterea excurseret ultra præfixos Pannomia^z terminos. Ergo incipiens rursum a præfatione, opus, quod in octo tantum partes primo diviserat, nunc in decem & septem distribuit, mutato

ta-

tamen ordine. Opus illud vulgo vocatur **DECRETUM IVONIS**, initio facto ab editione Joannis Molinæ viri doctissimi. In vetustissimo tamen codice MS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis nullus in fronte titulus extat, neque nomen auctoris, sed in fine libri hæc tantum scripta sunt: *Explicit liber canonum.* Et mox in sequenti folio alia manu multo recentiore: *Liber canonum superscriptus DECRETA JOVINIANI*, quem composuit *Two quondam Carnotensis Episcopus*, & continet decem & septem partes principales. Viderat hunc codicem Antonius Contius, qui in præfatione sua in Decretum Gratiani loquens de duabus canonum ac decretorum collectionibus Ivoni tributis hæc ait: *Duplex ejus volumen hoc titulo insignitum reperi. Unum majus, & magnitudine sua longe excedens Gratiani volumen, quod ex bibliotheca sancti Victoris Parisiensis nobis aliquando communicatum est. Huic operi inscriptum titulum hunc invenimus: DECRETA JOVINIANI.* Verum hanc inscriptionem falsam puto & ignorantia librariorum adscriptam, cum eadem illic sit præfatio, quæ apud Ivonem in minori volumine Pannomiae, & idem fere ordo, nisi quod illud volumen multo plures habet partes & titulos & canones, in septendecim quippe partes divisum. Duas operis majoris editiones hactenus habemus; unam, quæ anno MDLXI. prodiit Lovanii, alteram, quæ Parisis ante hos viginti annos. Quæ sit inter illas differentia, utra alteri præstet, facilius intelligi, quam explanari potest. Illud tantum admoneri debere vixum est, synopsim rerum dicendarum, quæ sequi debuit post ultima verba præfationis, prout verba ipsa indicant & auctoritas codicis Victorini, suo loco positam esse in editione Lovaniensi, in Parisiensi vero præfixam vitæ Ivonis, quæ antecedit præfationem.

XXV. Supereft, ut de Gratiani Decreto heic agamus, quod ea Antonio Augustino prima fuerit & maxima scribendorum dialogorum caufa & occasio. Non ambigitur, quin Gratianus operis illius auctor sit, tamenetsi plerique veteres libri, & antiquæ editiones non præferant in fronte nomen ejus. Nam in plerisque vetustis hujus collectionis exemplaribus, ut admonent Correctores Romani, hæc tanquam inscriptio rubris litteris posita est: *Concordia discordantium canonum.* Quæ extat etiam in duobus codicibus MSS. bibliothecæ regiæ, in uno sancti Germani Parisiensis, & in alio bibliothecæ Colbertinæ, tum etiam in antiquis editionibus. Quin & auctoritate Innocentii III. probari potest hunc jam tum fuisse titulum Decreti Gratiani. Etenim is in cap. *Innotuit*, de eleet, respiciens ad ea, de quibus Gratianus tractat in distinctione sexta & quinquagesima, utrum filii Presbyterorum possint ad sacros ordines promoveri, cum retulisset diversas canonum sententias, demum addit: *Quidam vero ad concordiam discordantia revocantes, repugnantiam canonum prædictorum quodam modo sospire videbantur, dicentes, &c.* In duabus tamen antiquis libris MSS. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis titulus iste non extat, neque nomen auctoris.

(a) Perventum erat ad finem operis, jamque opera typographicæ accingebant se ad editionem Indicis; cum forte fortuna incidi in duos antiquos bibliothecæ regiæ codices, in quorum uno continetur opus Gratiani, in altero descripti sunt priores septem libri collectionis, quæ Anselmo Lucensi tribuitur. Gratiani codex uno circiter saeculo vetustior est, ut ostendemus paulo post. Nullum illic auctoris nomen comparet. Titulus, ut in ceteris veteribus libris, hic est: *Incipit concordia discordantium canonum.* In fine vero ista leguntur: *Explicit liber decretorum cum apparatu suo, quem ego Bruno Johannis de Davantria Trajectensis diœcesis, inter omnes juris canonici Doctores minimus, reduxi noviter in hunc stilum novum, &c.*

Scriptum per me Brunonem prædictum in episcopal palatio sanctæ Brixiensis Ecclesiæ anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, die vero nona mensis Novembris, pontificatus sanctissimi Domini nostri Eugenii Papæ quarti anno sextodecimo. Fuit hic liber Petri Barbi Cardinalis Veneti, qui postea fuit Romanus Pontifex, dictus Paulus istius nominis secundus (b).

XXVI. Opera pretium est heic referre admonitionem eorum, qui primi post typographicam artem inventam emiserunt in lucem istud Gratiani opus. Volumen est magna molis, tum rarissimum, utpote cuius unicum exemplar hactenus viderim, quod mecum pro amicitia nostra communicavit vir mihi saepe laudatus Lucas Dacherius Monachus Benedictinus. Erunt haud dubie quos delectabit scire, per quos primum & quo tempore editus sit hic liber, quibus auspiciis quibus exhibentibus sumptus & operas, ut solebant in initiis typographiæ omnia ista adnotari. Sic ergo legitur in calce illius editionis.

An-

[a] Repetuntur hæc verba, quæ superius relata sunt ad finem §. XIX.

(b) In Neapolitana horum Dialogorum editione hæc adduntur.

In eandem bibliothecam regiam his diebus, post absolutam hanc editionem, delatus est commentarius Guidonis Episcopi Elnensis in librum decretorum, qui illic Gratianus esse dicitur apertis verbis. In fronte codicis posita est epistola dedicatoria ad Gauclinum Episcopum Albanensem, in qua consilium auctoris exponitur. Ejus hoc initium est: *Reverentissimo Patri in Christo & Domino suo Domino Gauclino, divina providentia Episcopo Albanensi, sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinali Frater Guido, ejus humilis & devotus, Dei permissione Episcopus Elnensis scripsum.* Et infra: *Mulorum denique amicorum importune instantium precibus devittus, ut auctoritates novi & veteris testamenti ac sanctorum, quas magister Gratianus in toto decretorum suorum libro allegat, suis locis inscriberem, & unde accepta sunt, fideliter denotarem, hoc certe opus absque presumptione, iniuxit auxilio divine gratiæ, flagitantium caritate defluxus, incipiam.* De Guidone isto vide appendicem nostram ad Synopsim Conciliorum Labbe pag. 389.

Anno incarnationis dominice M. CCCC. LXXII. Idibus Augustiis, Sanctissimo in Christo Patre ac Domino Domino Sexto Papa quarto Pontifice Maximo, Illustrissimo, Nobilissime domus Austrie, Friderico Romanorum Rege gloriosissimo, rerum dominis, Nobili nec non generoso Adolpho de Nassau archiepiscopatum gerente Maguntinensem, in nobili urbe Moguncia, quæ nos tristis apud maiores aurea dicta, quam divina etiam clementia dono gratuito præ ceteris terrarum nationibus arte impressoria dignata est illustrare, hoc præsens Gratiani Decretum suis cum rubricis, non atramentali penna cannave, sed arte quadam ingeniosa imprimendi, cunctis poterit adspiranti Deo, Petrus Schoffer de Gernserheym suis consignando scutis feliciter consummavit.



XXVII. Secunda, quam quidem viderim, editio Gratiani prodiit Venetiis septennio post, accurante Petro Albignano Trecio; cuius extat in fronte prefatio ad cives Brixianos, & in fine epistola ad Bartholomæum Puteum divæ Agathæ Brixianum Præpositum, cuius hortatu ipse emendandum suscepereat Decretum Gratiani. In fine autem voluminis hæc adnotata sunt: *Index ac liberalitate Johannis Colonie Agrippinen. Johannisque Manthen Gheretzen ex illustri ac populo Germania originem ducentium, divinus decretorum codex impressus Venetiis, accuratissime iterato emendatus per egregium ac clarissimum juris utriusque consulem Dominum Petrum Albignanum Trecium Venetus Sisto IV. Summo Pont. anno VIII. Imperatore Federico III. Johanne Mocenico inlyto Venetorum Principe, III. Nonas Januarias, Anno salutis Dominicæ M. CCCC. LXXIX. Laus Deo.*

XXVIII. Hæc tenus editiones non præferebant in fronte nomen Gratiani, tamenetsi de re satis constaret. Prima, quod sciam, editio Parisiensis anni MDVII. Gratiani nomen in titulo habet hoc modo: *Decretum aureum divi Gratiani*, cuius titulus talis est: *Incipit concordantia discordantium canonum.* In fine autem libri hæc leguntur: *In nomine sanctæ Trinitatis Tripartitum Decreti aurei opus insigne atque laudabile fideliter, ut lectio ipsa indicabit, eliminatum, multis admodum aptis & utilibus adjunctis, finem accepit in alma Parisiensi achademia expensis & opera Johannis Petit, & Thielmanni Kerver bibliopolarum Parisiensium in vico divi Jacobi sejunctis hospitiis commorantium, & Johannis Cabiller mercatoris benemeriti Lugduni moram trahentis anno salutis millesimo quingentesimo octavo, die VIII. Februarii. Sed redeamus nunc ad auctorem.*

XXIX. Scriptit Gratianus istud opus ævo Eugenii III. Romani Pontificis; ut in pervetusto libro Vaticano scriptum esse testantur Correctores Romani, & præterea adnotatum est ab auctore gloisæ 2. q. 6. c. 31. §. *Forma.* Per multa descripsit ex Ivone & Burchardo, uti jam observatum est a viris doctissimis etiam errata eorum retinens in collectione sua. Origo autem omnium ferme istorum errorum fuit audacia Burchardi, qui locorum in collectione sua relatorum & verba sœpe mutavit, & ad non suos auctores propria temeritate transtulit, quemadmodum super pluribus ostensum est ad Reginonem. Superiore seculo Galli duo doctissimi, Antonius Demochares, & Antonius Contius, tentaverunt cuncta apud Gratianum reducere in ordinem, felicibus interdum conatibus. Sed majoris diligentiae ac laboris opus erat, quam ut perfici a duobus posset. Itaque Romani Pontifices eam curam commiserunt aliquot viris doctis a se delectis, quorum catalogum exhibit Antonius Augustinus in fine prioris libri istorum dialogorum. Sane negari non potest, quin multum debeamus Romanis Correctoribus, quorum opera & studio factum est, ut quamplurima capita suis auctoriis restituta sint, quos in Gratiani libro non agnoscebant, facta nominis alieni. Quo unico facinore fatendum est maximam crucem ademptam esse hominibus istarum rerum studiosis. Unum in Correctoribus illis reprehensione dignum putaverim, quod Gratianum purum putum, id est, cum nævis ac erroribus suis, quo modo citari persepe solet, exhibere noluerint, sed pleraque in textu & in capitulorum inscriptione mutaverint, quæ eodem cum fructu legentium potuissent adnotari in margine, ut alibi frequenter factum ab illis est. Sunt etiam nonnulla ab his interpolata apud Gratianum, quæ vere quidem sunt auctorum, unde primo sumpta sunt, sed quæ tamen non extant in locis, unde ea Gratianus accepit, ut alibi dictum a nobis est.

XXX. Eodem tempore vir celeberrimus & eruditissimus Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarragonensis, ut ostenderet quantum adjumentum adferre ipse posset huic operi, dialogos scripsit de emendatione Gratiani, refertos multa ac varia doctrina, denique dignos tanto viro. Cum vero jam ferme perventum esset ad finem operis, allata ad illum Tarragonem est editio Gratiani emendata per Correctores Romanos. Hinc vocatus ad novas curas, additiones composuit, quæ in fine singulorum Dialogorum extant, Correctores illos interdum admonens peccasse.

Opus

Opus illud editum non est, quandiu auctor superstes fuit, sed anno tantum sequente post mortem ejus. Quis porro eam editionem procuraverit, quis auctor præfationis sit, facile non est pronuntiare. Huc tamen valde inclinat animus, ut donec major lux affulgeat, existimem virum doctissimum Andream Schottum, qui tum Tarracone erat, quiue mortuum publica oratione laudavit, quam addemus in calce istius voluminis, operam in hoc suam impendisse. Nolim tamen, ut ideo Additiones putentur esse Andreæ Schotti. Sunt enim Antonii Augustini, ut diximus.

XXXI. Duas istorum dialogorum editiones habebamus, unam Tarracone cufam, alteram Lutetiacæ, utramque non satis accurate tractatam. Neque enim vario characterum genere, ut necesse erat in opere critico, cufa ista fuerant. Et tamen ambæ editiones erant rarissimæ, ut evenire solet bonis libris. Hinc factum est, ut Franciscus Muguetus Parisiensis typographus de recudendis dialogis istis cogitaverit in communem omnium eruditorum utilitatem. Quod ne inconsulte ac temere facere videretur, rogavit me uti editioni illi imminorem, præfationem porro aderem, & Notas aliquot pro more institutoque meo. Non potui operam meam negare homini, qui publicam utilitatem studiorum nostrorum spectaret.

XXXII. Itaque laboriosum viri doctissimi opus diligentissime, quantum mihi licuit, per malam valetudinem oculorum meorum legi, recensui, emendavi, quid Romano, ut vocant, charactere, quid Italico edendum esset adnotavi, ut ea quoque parte tædii levarem ingenia lectorum. Præterea Notas addidi ad Antonium Augustinum, præcipue vero ad Gratianum. Quinque omnino manuscripta Gratiani exemplaria habui, unum, quod est omnium vetustissimum & optimum, ex bibliotheca sancti Germani Parisiensis, quod ideo Sangermanense soleo vocare. Sequitur codex regius, & ipse vetus & optimus, sed antiquitate inferior Sangermanensi. Tertium habui ex bibliotheca sancti Victoris Parisiensis, quem Victorinum antiquum, veterem antiquiorum voco. Quartum nobis suppeditavit bibliotheca illustrissimi viri Joannis Baptiste Colberti. Quintum denique, qui est omnium novissimus, accepimus ex eadem bibliotheca sancti Victoris, quem recentiorem Victorinum propterea dicimus.

XXXIII. Horum codicum ac duarum præterea antiquarum editionum, de quibus supra diximus, auctoritas a nobis sæpe laudatur in Notis nostris; quarum præcipuus scopus est indicare variantes lectiones ex codicibus manuscriptis & editis, ut ea ratione sequeremur methodum, quam Antonius Augustinus servavit in hoc libro. Tu, lector erudit, si quid illic repereris bene observatum, vere dictum, eo utere ad majorem Dei gloriam & sanctæ Ecclesiæ utilitatem, tuumque profectum. Unum te exoraverim, ne putas heic quicquam a me dictum scriptumque esse malo animo, aut libidine detrahendi. Obscundavi ingenio meo, id est, fidem & veritatem semper & ubique secutus sum. Itaque si quid mihi contra mentem intentionemque meam exciderit alienum a veritate, existima errasse me, sed errasse bono animo, ut Salvianus ait, non vero ut fucum tibi tuisque similibus facerem. Hæc apud te vere ac libere, ut soleo. Vale.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

DE EMENDATIONE GRATIANI

DIALOGORUM LIBER PRIOR.

DIALOGUS PRIMUS

De titulo libri Gratiani, & de mendis.

In hoc libro A. Ant. Augustinum Archiepisc. B. Petrum Galeum, C. Vincen- tium Augu- stinum Vin- centium F. si- gnificat.



C. Si tibi molestum est ve- hementer cupio a te di- scere; quid sit, quod Romæ de Gratiani e- mendatione tanta cura per tot annos agatur, ut necesse fuerit, a tri- bus Pontificibus A., ut audio, multos ampli- simos viros ex Purpuratis suis, & alios docti- simos homines hac una in re assidue versari. A. Mihi quidem nihil molestia adferes, cum a me aliquid postulaveris, quod tibi fore gra- tum existimem, ea præfertim de re, quæ stu- diis tuis sit opportuna. Cave enim putes, il- lius libri lectio, quem Gratiani Decretum falso vocant, si recte scriptum legatur, & ex suis fontibus singula capita deducta sint, quod potissimum in emendatione est, quidquam ju- ris Pontificii studiosis utilius esse. Qua de re aliquid fortasse dicere possum: quid autem Romæ actum sit, aut agatur, diligentius hæc

Tom. III.

poterit nobis B. narrare. C. Didici ego qui- dem ab eodem multa, quæ curiosus petebam quibus Pontificibus, quot viri peritissimi, & quotiens colligerentur; qui ex eis excellerent vel inveniendis, vel discutiendis singulis qui- busque; quo etiam pacto quædam privatis studiis paucorum agerentur; quædam omnium collatione emendarentur. Quot etiam libros veteres habuerint, ex quibus ad veterem scri- pturam, quæ, ut fieri solet, certior est, Gra- tiani librum perducerent. Hos libros esse aut ipsius Gratiani nomine conscriptos, aut eo- rum, ex quibus Gratianus illa sumpsisset, tum ex aliorum simili collectione, ut Bur- chardi, Iwonis, Anfelsi, & aliorum id ge- nus; tum ex ipsis, ut modo dicebas, fontibus, conciliorum, ut arbitror, libris, & Pontificum Romanorum epistulis, & sanctorum virorum scriptis, & ex jure civili: hæc inquam, & alia non pauca B. noster; sed a te dicebat esse querendum, quid, in ipso volumine tan- topere desideraretur. Sed quid est, quod di- xisti, falso hunc librum Gratiani Decretum b. dici? an non ita dicitur, ut Burchardi, & Iwonis Decretum, aut librarii nos suis titulis

C

de-

A Pio Quarto, Quinto, & Gregorio XIII. Vid. *Histor. mean. iur. Eccles. num. 391. & seqq. MASTR.*
B Recte admonet Antonius Augustinus hunc librum falso vocari Decretum Gratiani, cum sit potius col- legio decretorum, ut scriptum est in editionibus Democharis & Contii. Nam & in codice Sangermanensi, in quo ad marginem textus positus est a manu recentiore glossa Bartholomæi Brixensis, hæc scripta sunt ma- nu antiqua: *Explicit Apparatus Decretorum.* In Victorino antem antiquo, in pagina quæ antecedit initium operis, scriptum est manu antiqua: *Liber dictus Decreta Gratiani.* Quin & in antiqua editione Veneta: *De- cretorum codex* vocatur. Et in ipsa editionis illius fronte hæc inscriptio præposita est præfationi editoris. *Ad celeberrimos Jurisconsultos suosque municipes Brixianos in novam Decretorum impressionem Petri Albignani Trecii pre- fatio feliciter.* Decretorum corpus vocavit Innocentius III. apud Odoricum Raynaldum ad annum 1202. §. 12. quod est ultimum septime cause capitulum in corpore decretorum. Item Vincentius Hispanus vetus Decreta- lium interpres, ex quo hunc locum descripsit Antonius Augustinus in ipso ferme principio Notarum ad primam antiquam collectionem Decretalium. *Quia non omnia, inquit Vincentius, poterant comprehendendi in De- cretorum corpore, ideo magister B. Papensis Præpositus hoc opus compilavit.* Respxisse autem videtur Vincen- tius ad verba Tancredi relata ab illustrissimo Episcopo Monspeliensi Franciso Bosqueto in Notis ad epi- stolas Innocentii III. pag. 48. Hæc sunt verba Tancredi: *Post compilationem Decretorum factam a Gratiano, multe a Romana Curia decretales epistole emanaverunt, quas magister Bernardus tunc Præpositus postmodum Episco- pus Papensis ad fluidentium utilitatem sub competentibus titulis compilavit.* Denique vir celeberrimus Jacobus Cuiacius ad cap. penult. & ult. de sentent. & de re iud. ita omnino loquitur de Gratiano: *Collectio autem De- cretorum facta a Gratiano fuit prima, quæ præcepsit sex collectiones Decretalium.* Hunc fecutus est Franciscus Florens, cuius hæc sunt verba ex præfatione tractatum in novem priores titulos libri primi Decretalium pag. 3. Secundo de collectione Decretorum Gratiani tractabimus. Quin & Hieronymus Rubeus lib. 5. historiæ Ra- vennatis pag. 246 loquens de epistola Stephani V. ad Romanum Archiepiscopum Ravennatem, quæ extat apud Gratianum, ita ait: *Id testatum litteræ faciunt, quæ in Decretorum libris adhuc leguntur.* At si auctorita- tem a veteribus libris & ab antiquitate editionum petere lubet, *Decretum Gratiani* simpliciter scriptum est in pagina, quæ antecedit initium operis in recentiore codice Victorino, & *Gratiani Decretum* in calce veteris editionis Moguntina. Neque aliter habent editiones Parisienses, quæ in initio postremi seculi prodierunt. Un- de fecutus est consensus generis humani. Eam ob causam censeo retinendam esse inscriptionem illam, non solam

decipiunt, aut ipsi scriptores sic scribi voluerunt, a quorum scriptura hanc eriam emanasse verisimile est? B. Antequam C. nostro respondeas, ego dicam, quod ab illis selectis viris accepi; in nullo fere veteri libro Gratiani eam inscriptionem extare: sed hanc: *Concordia discordantium Canonum*. Sic etiam in melioribus editionibus Antonii Democharis, & Antonii Contii, vox illa *Decretum*, ut pote inepta, in multitudinis vocem mutata est. Quod in librorum inscriptionibus aptius esse, vel Cicero testis est; quippe qui noluit de officio, aut de fine scribere, sed de finibus & de officiis. Itaque *Decretorum Collectanea* Demochares, *Decretorum Canonicorum Collectanea* Contius inscriperunt. *Decretorum* vero collectionem esse hanc nemo negaverit, non unius decreti explanationem. Sic etiam dicimus *Decretorum Doctorem*, non *Decreti*, juris Pontificii consultum. C. Non equidem nego, *Decreta Pontificum* aptius dici, ut *Magistratum* decreta in jure civili, unde etiam *Decretalium epistularum* appellatio maravit, cum decerni aliquid in singulis epistulis videamus. Sed putabam *Gratianum* eam vocem a Burchardo, & Ivone accepisse. B. Ne hoc quidem in veteribus libris affirmant inveniri. A. Recte tu de Gratiani & Burchardi inscriptione. Neque enim in veteribus libris ea vox *Decretum* est. Gratiani quidem possum vobis multos ostendere; sed & Burchardi, & Ivonis aliquot sine hac inscriptione. Et, ut video, Ivoni Carnotensi a magis placuit *Excerptiones* a appellare, sic enim scribendum est, non *Exceptiones*. Ejus verba tam in Panormia, & in *Decretorum* grandiori volumine, quam quod caput est, in epistolarum libro hæc sunt: *Exceptiones ecclesiasticarum regularum, partim ex epistulis Romanorum Pontificum, partim ex gestis conciliorum catholicorum Episcoporum* &c. in unum corpus adunare curavi. Panormiæ titulus in veteri libro hic est: *Incipit liber sacrorum canonum*. In eodem libro nulla est præfatio, nullumque scriptoris nomen. Hildeberti quoque Cenomanensis Episcopi, & postea Turonensis, qui Nanne-

tensi concilio non edito præfuit ab Honorio Minore confirmato, qui fuit Callisti Minoris successor, epistula quadragesima nona edita est, cuius initium, *Plerumque fit*. In ea epistula hæc verba leguntur: *Exceptiones Decretorum* (vel potius *Excerptiones*) *quas in unum volumen ordinare disposuimus, ad suum finem nondum perductæ sunt*. Mendose autem hujus Hildeberti epistulis adscripta sunt illa ipia Ivonis verba: *Exceptiones Ecclesiasticarum regularum*, &c. Burchardi vero libri veteres carent inscriptione. Sed in edito non *Decretum*, sed *Decretorum libri XX.* appellantur. *Collectiones* Burchardi Wormaciensis appellat a Ivo in quadam epistula. Anselmi Lucensis voluminis inscriptionem sine nomine ejusdem in tribus libris legi. Unius eorum hæc est: *Incipit authenticæ, & compendiosa collectio regularum & sententiarum Sanctorum Patrum, & auctorabilium conciliorum*. Sed ut ad *Gratianum* redeamus, in ejus libris veteribus illa inscriptio est, quam audisti: *Concordia discordantium Canonum*. Similem legi Romæ in veteri libro Cresconii: *Concordia Canonum*, & ipsi canones. C. Quid est, quod his verbis significare voluerunt? an putandum est, canones conciliorum ita esse inter se contrarios, ut egeant concordia? A. Quantum ego potui ex Cresconii libro elicere, *concordiam* c vocat collectionem similium sententiarum, ut qui scripturæ sacræ verba collegerunt, concordantias Bibliae appellarunt; quibus verbis, quod pace vestra dicere liceat, nihil excogitari potest ineptius. C. Gratianus igitur sic *Concordiam* dicit, quasi collectionem similium canonum. Cur vero addit vocem *discordantium*, quæ sola refutit hanc interpretationem? A. Vere tu quidem ais. Nam si inscripfillet, *Concordiam canonum*, ut Cresconius fecit; aut *Concordiam* *concordantium*, & *discordantium* canonum: hanc reciperet interpretationem. Nunc vero significare videtur, *concordiam* inter discordes versari. Sed & si quis librum ipsum Gratiani consideret; sœpe videbit uti distinctionibus non solum in prima ejus voluminis parte, sed etiam in postrema de pœnitentia, & con-

a Ivo epist.
74. vel 32.
ad Will. Abbatem.

solum apud *Gratianum*, sed etiam apud Burchardum & Ivonem. Sane Antonius ipse Augustinus in Notis ad primam collectionem *Decretalium*, cum *Decretum* Ivonis citat, citat autem frequenter, exprimit opus illud in numero singulari. *Decretum* Ivonis vocat etiam Cujacius ad titulum *Decretalium de vita & honestate Clericorum* cap. i. Arque hec de titulo libri dicta sufficiant. BAL.

Ibid. De titulo operis Gratiani quædam dixi in *Historia juris Ecclesiastici*, num. 305. M.

A Vide de eo *Prefationem Clariss. Baluzii* §. 20. & ibid. notata. Item de ceteris qui sequuntur, Burchardo, Anselmo Lucense dictam *Prefationem & Historiam meam juris Ecclesiastici*. M.

B Assentior Antonio Augustino. Attamen nolle quicquam mutare apud Ivonem in hoc loco, cum vox *exceptiones* extet in omnibus antiquis Ivonis codicibus & editionibus. Quin & apud Hildebertum Cenomanensem in epistola XLVIII. *exceptiones* dilerte scriptum est in omnibus vetustis exemplaribus. Ea enim erat seculi illius prisci ratio & usus ut *exceptiones* dicere malent quam *excerptiones*. Possent hujus rei plura adferri exempla, si res tanti esset. Sufficiet tamen, ut arbitror, auctoritas codicum Ivonis & Hildeberti. Addam nihil minus etiam istud ex veteri codice MS. bibliothecæ regiae: *Incipit prologus Petri viri disertissimi in exceptionibus legum Romanarum*. Ex quo fortassis libro aut alio simili descriptis Ivo quæ sic ab eo referuntur libro quarto Pannormiæ cap. 127. tam in editis quam in manuscriptis codicibus: *Excepta de legibus Theodosianis*. B.

C Quid antiquis fuerit *concordia canonum*, vide in *Historia mea juris Eccles.* n. 148. & quid apud Gratianum denotet. ibid. num. 306. M.

& consecratione. In ipsis quoque questionibus singularum causarum apertius utrumque ad fert contraria decreta, & canones: quæ alii distinctionibus allatis in concordiam reducit. Canonum autem appellatione a non solum conciliorum ut existimas, regulas, atque sententias; sed etiam aliorum librorum, quibus jus Pontificium constat, intelligere eum facile appetit ex ejus verbis: *a Ecclesiastica, inquit, constitutio canonis nomine censetur.* *Canon Graece, Latine regula nuncupatur.* *Regula dicta est, quæ * recte dicit Oe.* quæ ex Isidori lib. VI. etymol. sumpta sunt. Mox ait: Porro canonum alii sunt *decreta Pontificum*, alii *statuta conciliorum*. Sic ante Gratianum *Corpus canonum*, vel *Codex canonum* dicebatur is liber, qui conciliorum, & Pontificum Rom. regulas continebat. Ejus libri mentionem facit Burchardus, enumerans

a Dif. 3. in
princ. Oe.
& 2.

* eo quod.

libros, ex quibus ejus collectio constat. Sed antiquiora sunt testimonia Nicolai primi, & Leonis IV. apud b Gratian. Sic Ivo Excerptiones ecclesiasticarum regularum, & Anselmus Authentica collectio regularum, sive Canonum, collectiones suas appellant: ut etiam vetus meus Panormiz codex, Liber saecorum canonum dicitur. Idem dicendum est de Græcis collectionibus, quas Nomocanones b vocat, nomine ex legibus, & regulis efficto: item de Apostolorum regulis c a Clemente primo editis, & de aliis sanctorum virorum Dionysii d, & Petri Alexandriæ Episcoporum & Gregorii Neocæsariensis, Athanasii Alexandrini Basili Cæsariensis, & Gregorii Nysseni, & alterius Gregorii Theologi, & aliorum de quibus cap. secundo sexta Synodi repetitæ in Trullo. Neque enim c. 7. Quod recte apud e Gratianum, & alias eorum o. niam.

b Dif. 19.c.
1. Oe dift.
20. c. 1.

c Dif. 16.
c. 7. Quo-

C 2 puf-

a Late fatis, ut puto, canonis significaciones varias, item quid hic designet, tradidi in *Histor. jur. Eccles. num. 4. Oe seq. M.*

b De his vid. *Histor. jur. Eccles. num. 149. Oe seq. M.*

c Non esse Apostolorum regulas, neque Apostolicorum temporum, minus a Clemente editas probavi in *Hist. jur. Eccles. num. 105. Oe 122. Oe seqq. M. (1).*

d Hi qui sequuntur & alii accesserunt codici Ecclesiæ universæ post Justinianum Imp. feceruntque hæc accessiones Codicem Ecclesiæ Orientalis. Vid. sis *Histor. jur. Eccles. num. 188. Oe seqq.* ubi & canonem ipsum hic ab Augustino citatum repræsento. M.

(1) Plurima, & quidem magni roboris a Maastrichtio in sua juris Ecclesiastici Historia sub num. 105., 122. & seqq. congeruntur argumenta, quibus Constitutionum, & Canonum, qui sub Apostolorum circumferuntur nomine, convincat *yotheiu*. Hoc ipsum a Sapientissimis Romanæ Communione viris Theologo-criticis jam antea præstitum fuerat; cum ab ipsomet sancto Gelasio Pontifice in Apocryphorum censum hujusmodi scripta, quæ sua ætate habebantur relata a multis existimetur; oppositum tamen opinantibus Guillelmo Beveregio, Pearsonio, aliisque eruditis viris apud Van-Espen Commentario in Canones, & Decrera, Dissertatione de Canonibus Apostolicis, eorumque auctoritate. Cur autem sub numero 107. ejusdem Historiae assertuerit Maastrichtius Sanctum Petrum neque Romam aliquando extitisse, neque ejus Urbis Episcopum fuisse, proflus necimus; in hoc refellendo mendacio, modo immorandum non est, eo quod Calvini, aliorumque Sectariorum Cavallos in peculiari nostra Dissertatione publice habita de Episcopatu Romano Sancti Petri, ejusque iwidem consumato Martyrio, satis, ni fallimur, explosimus.

Sub num. 132. Negat absolute Maastrichtius ab antiquis Patribus, & Synodis quatuor priorum Sæculorum aliquando Canones Apostolicos esse citatos, eum potius ex illorum Patrum, & Synodorum sententiis ab Impostore apocryphos illos Canones velit coagmentatos quinto exeunte Sæculo. Verum quidquid sit de tempore, quo Canones illi in ordinem quendam digesti sunt, atque ex Synodis peculiaribus excerpti, nonnullæ tamen eorum ante Synodum Magnam Niceæ congregatam, in Ecclesia legum instar fuisse receptos non levia demonstrant argumenta: Sanctus Cyprianus enim Lib. 1. Epistol. in Epistola 3. ad Cornelium Papam monens ne Pseudopiscopum, & Hæreticum Romanum adventantem in sua Communione recipiat, ita scribit = Nam eum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter, ac justum, ut uniuscujusque causa illuc audiatur, ubi est crimen admissum = Statutum seu legem omnibus in Ecclesiis receptam indicare videtur ibi Sanctus Marthyr Carthaginensis, quæ fortassis in Canone 31. Apostolorum continebatur. Canon iste citatur etiam ab Alexandro Episcopo Alexandrino in sua Epistola apud Labbe

Tom. 2. Concil. Col. 10. quæ utique Epistola ante Nicænam Synodi celebrationem scripta fuit. Nicæna pariter Synodus in suo Canone 5. antiquiore Canonen referit, quo prohibitum erat ab aliis recipi, qui ab aliis ejecti, seu excommunicati erant: hoc enim modo legimus in Græca = Περὶ τῶν ἀποικιαντῶν γενομένων, εἴπε τὸν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴπε ἐν λαϊκῷ τάγματι, ὑπό τῶν καθ' ἔχαστι επικρήσιαι επιστόποτων, προτείτω ἡ γενίκη πάτη τὸ πανώντα διαχροενούτη, τοὺς υφ' ἐπέρων ἀποβληθέντας, υφ' ἐπέρων μὴ προσίεθμι = verritur autem hoc pacto ab Herveto = De iis, qui a Communione segregati sunt, sive Clericorum, sive Laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in unaquaque Provincia, valeat sententia secundum Canonem, qui pronunciat: eos, qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos = Canon ergo iste ante Nicænam Synodum in Ecclesiis servabatur: qui siquidem unus idemque est cum Canone 12. Apostolorum. Constantinus pariter Imperator in sua epistola ad Eusebium, quæ juxta Baronium ante Nicænum Concilium scripta fuit, ipsum Eusebium laudat, eo quod *Domini Mandatum*, *Apostolicumque Ecclesiæ Canonem servare voluerit*, hic alluditur ad Canonem 14. Apostolorum: Apud Euseb. Lib. 3. de Vita Constantini Cap. 59. Concilium etiam Antiochenum Canone 9. apud Labbe Tomo 2. Concil. Column. 590. ita decrevit = Unde visum est eum (Metropolitanum) quoque honore procedere: reliquos autem Episcopos nihil magno momenti aggredi sine ipso, ut vult, qui ab initio obrinuit Patrum Canon = hæc eadem in Can. 33. Apostolorum sancta sunt: apud Labbe Tom. 1. Concil. Column. 31. Hæc omnia, aliaque hujus generis sibi obiciens vir in critica arte peritissimus Natalis Alexander Dissertatione 18. in Historiam Eccl. Sæculi 1. nil aliud potuit respondere quam a laudatis Synodis, & Patribus consuetudines quasdam per traditionem in Ecclesia receptas, minime autem Canones, seu regulas in scriptis constitutas indicari, quod num verosimile sit judicandum alii videant; nos multos ex Canonibus Apostolicis sive in traditione, sive in scriptis ante Synodos quarti Sæculi extitisse, quod sit probabilius contentum. W.

puscula dicuntur confirmari; sed canones in Graeco archetypo. C. Habeo ista. Ex quibus facile intelligo, jus quoque *Canonicum*, quod

tu jus *Pontificium* & appellare soles, hinc originem duxisse. At vero *Canon Missie* b, & *Canonici seculares*, ac *regulares* cur dicti sunt?

A Jus *Pontificum* seu jus *Pontificium* in prima ecclesia inauditum est; sed ab eo tempore cœpit, quo Pontifices Romani plenam & summam potestatem in Ecclesiam Occidentalem sibi arrogarunt. Apud veteres nil nominatum legitur nisi canones, canones Ecclesiastici, Synodici, dogmata Ecclesiastica consequentia seu ἀπολυτικά κανόνων, regulæ, regulæ Ecclesiastice, constitutiones Ecclesiastice, corpus canonum, jus canonicum; quamquam canones serius etiam nomen juris adsumperint, ne confunderentur cum jure civili; qua de re pluribus passim in *Histor. jur. Eccles.* actum. M. (2).

B Ad imitationem veterum hoc factum, qui modum præfinitum cultus, ικνόν τῆς λειτουργίας vocabant, vide sis *Histor. jur. Eccles.* n. 7. & n. 11. De canone vero *Missa Pontificia* & ejus auctore vide Cardinalem Bonam in *liturgicis libro* 2. cap. XI. sed cave nimium ei credas, multa enim incredibilia de antiquitate ejus tradit, ut *Missa* videatur antiqua; quæ tamen non probat, nec probare potest. M. (3).

(2) De juris Pontificii ortu, & progressu mirum impietate, & ικνογοέξ in Romanos Pontifices quomodolibet vita integritate, & ob fidem Christi gloria Martyrii Sanctissimos scribit more suorum Maastrichtius in sua Ecclesiastici Juris Historia a Num. 255. usq; ad 260. In Sanctum Victorem seculi 2. Pontificem debacchatur in primis quod exitiale tyrannidis Monstrum, inquit, violenta disputatione de Paschate parturit; eamque secundum suam, suaque fedis sententiam decidi, aliisque prefracte obtrudere voluit. In sequentium deinde Sæculorum Romanos Præsules Zosimum, Bonifacium, & Cælestimum invehit, quod controversiam de appellationibus ad Sedem Apostolicam revocaverint; in Bonifacium II. tandem, & S. Gregorium VII. excandescit, quod primus probata Phoca Imperatoris iniquitate, sit ab eodem Principe super alios Episcopos consequutus Primum; S. vero Gregorius Tyrannicam Monarchiam in Ecclesia plane firmaverit, iura Sæculorum Principum circa electionem Episcoporum, & ipsius Romanii Pontificis prosternendo. Hinc, sequitur Maastrichtius, Corpus Juris Canonici tot, tantisque titulis *De officio & postestate Judicis ordinarii, & delegati: De Tregua, & Pace: De pactis: De Transactionibus*; aliisque hujus generis auctum est, atque locupletatum.

Hæc tamen omnia quam perverse, ad summi Pontificis dignitatem labefactindam, quam subdole ad suos in aversione a Catholica Comunione stabiendos, ad suam etiam ingenui saltem hominis famam deturpandam pronunciaverit Maastrichtius facilissime revinci potest. Ab Apostolica traditione Victoris sententiam circa Paschæ celebrationem descendit tradidere Palæstini Patres in Synodo congregati circa Annum Christi 198. eamve sententiam, arque decretum de celebrando Paschate die Dominico receperunt atque firmarunt Synodi Romana, Pontica, Gallica, Ostroena, Corinthia, & aliae denique aliorum prope infinitorum (Episcoporum), qui uno consensu, iudicioque uno eamdem de illis festi observatione tulere sententiam, ut scribit Eusebius Lib. 5. Historæ Eccles. Cap. 22. Quid ergo mirum si Sanctus Victor in suam opinionem devenire volebat Polycratem cum aliquibus Asianis Episcopis, ab Ecclesiæ Romanae observatione dissidentem? Optime siquidem noverat S. Pontifex, quod ad Romanam Ecclesiam, ut scripsit S. Irenæus Lib. 3. cap. 3. propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam = quia, ut inquit S. Augustinus Epist. 162., semper in ea viguit Apostolica cathedral principatus = Ex hoc igitur fonte Ecclesia Romana jus adiungendi alias Ecclesias, ut secum consentiant, sibi vindicavit, & merito quidem, cum proprio etenim capite, quod omnia membra convenienter sit necesse. Ex posteriori illa Principalitate, quam in Ecclesia Romana antiquiores etiam Patres confessi sunt, jus sanciendi leges, & causas etiam maiores, nec non controversias appellationum sibi merito tribuit Apostolica Sedes, postquam præsertim unanimi Episcoporum consensu in Sardicensi Concilio, eidem Sedi tale jus convenire declaratum est; ita ergo ducentorum nonaginta, & amplius Episcoporum Synodus Canone 3. apud Labbè Tom 2. Concil. Column. 660. definit =

εἰ δὲ ἦρχ πεπισκόπων ἔν πνι πράχηι ποδέῃ παταρίνετθαι, καὶ υπολημβάνει ἑαυτὸν μῆτρα-θρῷ ἔχτυ τὸ πράχηι ἵνα καὶ αὐτὸς ἡ κρίσις ανανεωθῇ εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ αὐχήῃ, πέτρᾳ τῷ ἀποσόλᾳ τὴν μνήμην παίγνωσεν, ἐγ γραφωνὶ προκαὶ τέτων τῶν λεγόντων Ιελών πεπισκόπῳ Ρώμην, ὡς εἴ διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ επαρχίᾳ επισκόπων, εἰ δένι, ανανεωθῶν τὸ δικαστήριον, ηγέτηνώντος αὐτὸς παράχοι = Clarus adhuc idipsum in Canonibus 4. & 5. definitum fuit: his ergo Ecclesiastici juris fontibus cur quæso standum non est? omittimus interim S. Athanasiū appellationes ad Apostolicam Sedem interpositas, contra Synodorum sententias, que tanquam legitimæ semper habité sunt: Qua quæso fronte nisi ferre, nisi marmorea Zosimum, Cælestimum, Bonifacium aliosque Pontifices, qui causas majores, & appellationes sibi vindicasse dicuntur Maastrichtius redarguere audet?

Non minoris convincitur falsitatis in iis, quæ de Primatu a Phoca Bonifacio II. concesso Maastrichtius pronuntiavit, ut videri potest in Nota (a) ad Cap. 10. L. 1. Francisci Duarenii de Eccles. Minist. & Benef. in Tom. 4. edit. Lucanæ; ubi pariter quo jure S. Gregorius Magnus, aliquique Pontifices Romanae Cathedræ Primatum adversus Patriarcharum Constantinopolitanorum audaciam sibi propugnauerint, demonstravimus. Pari modo cum Ecclesiæ Præsulibus jurisdictionem redarguendi, atque etiam puniendo subditos a via declinantes justitæ, & veritatis competere sit manifestum, ut ostensum est in nota (a) ad caput 4. Lib. 1. Duarenii de Eccles. Minist. & Benef. hinc ne per violentiam, & viam facti edicerentur sententiaz, leges condere necesse fuit ut per viam juris legitimi Rei punirentur, atque iudicia preferrentur; variis proinde Titulis juris Canonici Corpus augendum fuit. Quam denique partem Catholicæ Principes, & Imperatores in Episcoporum & ipsius Romanii Pontificis electionibus, atque ordinationibus habuerint, non est cur recinamus, cum satis de iis in Notis (a), & [b] ad Caput 6. Libri 1. Duarenii de Eccles. Minist. & Beneficiis dictum fuerit. W.

[3] Ad Romano-Catholicam Ecclesiam defecore quaqua versum, si possent Hæretici conspergendar, lapidem nullum prorsus immotum relinquunt; modo propriea in ejus Præsules, aliquando in ejus Doctores, & in ipsam denique Liturgiam illius computare non desinunt. Plura de Canone Missæ scribit in Lib. 2. cap. 11. de rebus Liturgicis Cardinalis Bona; non tamen de omnibus definitive pronunciat, sed sub lite relinquit incerta; id unum ab eodem asseritur: Canonem Missæ, quo juxta præsentem disciplinam utitur Ecclesia, admodum esse antiquum cum ad verbum sere legatur in Lib. 4. de Sacramentis apud S. Ambrosium & id verissimum est; quamquam hujuscemodi libros genuinum esse sicutum S. Ambrosii pernegare conentur, sed frustra, Hætherodoxi; cum plurima in iis continentur, quæ Sectariorum dogmatibus e diametro sunt opposita. De Canone Missæ legantur Notæ ad partem 3. Institutionum Catholicarum Pougeti sect. 2. cap. 7. §. 7. num. 15. & seqq. W.

funt? A. Diximus canonem regulam significare: Mithæ igitur regula, vel formula vetus est ille ipse Mithæ Canon. Canonicos vero regulares a qui dicunt, eandem rem bis dicunt ut cum Abba pater vocatur, vel Thomas Didymus, sive Geminus, atque alia simili ratione. Sed fingamus duas esse regulas, alteram laxiorem Canonicis fæcularibus scriptam, alteram duriorem regularibus tolis conditam. Utrosque sub canone esse dicemus, & canonicos, sed hos durioribus cancellis circumscri-

ptos. C. Hæc placent. Sed quid aliud est in Gratiani libro mutandum præter titulum libri, sive inscriptionem? A. Ita multa sunt b, ut non facile omnia uno die explicari possint. Sed genera tibi errorum quorundam proponam, ut postea de quibus magis placebit, agamus. Sæpe erratum esse video in nominibus hominum, urbium, provinciarum, conciliorum, & aliarum rerum, quæ postea exemplis apertiora fient. Sæpe falsæ sunt inscriptions, & quæ conciliorum sunt, Pontificum

Ma-

A Festive & eleganter, ut solet, hanc tautologiam traducit D. Erasmus in colloquio de peregrinatione religionis ergo: Collegium est Canonicorum, inquit, sed quibus a Latinis regule cognomen additur, medium genus inter monachos & Canonicos quos seculares appellant. In odiosis Canonici sunt, in favorabilibus monachi. Si Romanus Pontifex fulmine feriat omnes monachos, tum Canonici fuerint, non monachi. Sin idem permittat omnibus monachis uxorem ducere, tum fuerint monachi. Respiciebat videlicet Erasmus ad perditissimos mores sui seculi: qui si nostro revivisceret, videretque hodiernas Canonicorum regularium congregations, abstineret profecto ab eorum insectatione. Recte Cujacius ad titulum Decretalium de præbendis & dignitatibus: Et quamvis hec duo, Canonicos & regulares, idem significant, & hoc tantum interst quod una Græca, altera Latina appellatio sit, tamen, quia ita loquendi mos est, ita toquimur vel discretionis gratia, ut scilicet discernantur a secularibus. B.

Ibid. De his si Deus olim & vitam prorogaverit dicemus in corpore antiquo. Ecclesiast. de origine autem discriminis hujus, vide quædam notabilia apud Illustrum Salmas. Epist. de Com. ad Coliturum pag. 431. & seqq. ubi refellit Heraldum, qui canonicos & regulares eosdem facit. M.

B Verissima est hæc adsertio, maxime si ad Sacrae Scripturæ lapidem lydium & ex οὐλογίᾳ τῆς πίστεως dijudicari deberent. Interim vide judicia de Gratiano & ejus opere, quæ pauca, sed magnorum virorum, concessimus in Histor. Jur. Eccles. num. 318. (4). Materiam autem errandi Gratiano & aliis videtur præbuisse Burchardus Wormatiensis, de quo vid. Prefat. Clariss. Baluzii §. 29. M.

[4] Excellentes, magnique viri, quorum de Gratiani Decreto judicia referuntur a Mastrichtio in sua Ecclesi. Juris Historia sub Num. 318, sunt Molinæus. Mornæus, Matthias Flaccus. Illricus, Innocentius Gentiletus, Erasmus, & tandem Antonius Augustinus, cui proprium adjungit judicium Auctor Historiæ. Primi omnes ex Sectariorum partibus sunt, spiritu nequitæ propterea in veram Christi Ecclesiam Romano - Catholicam agitati. Augustinus autem non semel in Gratiano lapsus quoddam excusat, cum optime noverit quemlibet hominum ob humanitatis infirmitatem posse deficere. Mira est inter omnes Mastrichtii effrons impudentia, qui Dei Ecclesiam Apostolæ, sordium, absurditatumque multarum incusarum non erubescit, contra veritatem meridiana luce effulgientiorem. Cur quæso calumniatur ab Ecclesia Romana omnium rerum, & etiam conjugum communitatem permitti, ex Gratiani Decreto Cap. Dilectissimis. 12. Quæst. 1. Si non potest in medium, vel unicum exemplum proferre hujus sceleris, quod Ecclesia non condemnaverit a primæva sui ipsius institutione? Hereticorum vetustus hic error est, ut Correctores Romani notant ad dictum Caput Dilectissimis, qui siquidem locus depravatus fuit, nec unquam ab Ecclesia receptus; id fugere Mastrichtium minime poterat. Quantum vero ad duo Capita Is., qui. & Christiano. Distinct. 34. ex quibus Concubinatum in Romana Ecclesia licitum esse conclamat, cur Romanorum Correctorum animadversionem ibidem apposita non attendit Mastrichtius? Et tuac optime nosset cuius indolis concubinatus, ab Ecclesia olim permisus, esse debebar. Quatuor conditiones, ut licitus esset, eidem conjungi necesse erat. Prima quod uterque solitus foret; Secunda quod mutua fides daretur, ut alteri non jungerentur: Tertia quod a filiorum procreatione non abhorrenter: Quarta quod usque ad mortem in ea vita conjunctione manendum sibi proponerent. Hisce Deficientibus conditionibus, quæ verum Matrimonium constituant, nequam ab Ecclesia permittebatur concubinatus.

Hisce aurem conditionibus eum comitantibus, nil inhonesti, & illiciti in concubinatu reperiebatur cum verum esset connubium, ut tradit Augustinus Lib. de bono conjugali scribens: „Cum Masculis, „& fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius „sibimet non filiorum procreandorum, sed propter

„incontinentiam solius concubitus causa copulantur, „ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum „altero id faciat; potest quidem fortasse non absurdum de hoc appellari connubium, si usque ad mortem „alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sint, „non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur“. Tale Connubium legitimum esse, atque licitum agnovit Synodus Toletana I. Anno 400. celebrata, quæ Canone 17. ita definit: „Si quis habens „uxorem fidelem, concubinam habeat, non communiceat. Cæterum is, qui non habet uxorem, & pro „uxore Concubinam habet a communione non repelletur; tantum ut unius mulieris, aut uxor, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit coniunctione contentus; alias vero vivens abiiciatur donec desinat & per penitentiam revertatur“. Affectione Maritali retinebant concubinas scripsit Hieronymus in Epistola ad Oceanum, ad evitanda onera, & minuendas impensas quas tamen ad ampliores enecti divitias, etiam uxoris non tantum nomine, & dignitate, sed & jure dignabantur = Hinc S. Thomas in 4. Dist. 33. quæst. 1. art. 3. subiungit = Et cur id genus concubina non appellantur merito uxores, cum revera coram Deo uxorum loco fuerint = Videaptur Arnobius Lib. 4. contra gentes Cassiodorus Lib. 9. Ver. Cap. 18. & in jure civili integræ Tituli de Concubinis. Non desuere Catholicæ Doctores, qui hujusmodi Concubinatum ab Ecclesia non probatum, sed toleratum fuisse contendunt, ut Ferdinandus de Mendoza Lib. 2. Comment. ad Concilium Illiberitanum Cap. 8. apud Labbe Tom. I. Concil. column. 1098. & cum Eo Natalis Alexander dissert. 29. in Historiam Sæculi I. post secundam Responsionem ad tertium objectum; Verum nos opinionem amplectimur Bellarmini Lib. 2. de Conciliis Cap. 8. in Responsum ad undecimam objectionem Severini Binii in Nota ad Can. 17. Concil. Tolet. I. apud Labbe Tom. 2. Concil. Col. 1487. Lit. B. aliorumque plurium Theologorum, & Canonistarum, qui ajuunt tunc temporis ea privata connubia licita fuisse; quamquam postea jure ab Ecclesia sublata fuerint: Nec magni facimus Theodori Beza, Hermanni Hamelmanni, Mastrichtii, aliorumque Reformatorum calumnias, atque convicia. W.

Maximorum esse dicuntur; & quæ sunt unius Episcopi inferioris, Romano Pontifici, aut concilio generali, vel provinciali tribuuntur. Ex hoc genere sunt illa, quæ ex concilio Martini Papæ, aut Hadriani Papæ sumpta esse feruntur, quæ vel Martino Bracarense, & Græcis conciliis, vel Engelramo Episcopo, vel Hadriano ad Engelramum inscribi debuerunt. Multa Gregorii, Ambrosii, Augustini, vel Hieronymi verba esse dicuntur, quæ aut nusquam extant, aut aliena sunt. Illa quoque ipsa, quæ inscriptiones habent veras, non recte referuntur. Sape enim contrarias sententias referri scimus, sæpe valde præcisas. Jam vero, quæ ex Græcis fontibus manant, ex variis interpretationibus afferuntur, quasi sint aliorum scriptorum: ac sæpe aliud Græce, quam Latine significant. C. Tu vero me in sylvam quandam errorum inducis, cuius nullum exitum video; sed malo, ut de primis quibusque a te dictis agas, ut præcisis his ramis interiora illustriora fiant. A. Quid autem B. nostro placet? B. Ego vero hæc ipsa, quæ proponis, expecto; sed non is sum, qui operæ pretium esse existimem, tam multa de solo Gratiano dici. Hic enim, ut nosti, & ut facile omnes concedunt, compilator insignis, nihil fere habet valde utile, quod proprium dicere possis: sed corniculæ illi similis, ut est in fabulis, risum scientibus, admirationem ignorantibus movet. Si verba consideres, nihil illo tritius; si artem requiras, & ordinem docendi, frustra laborabis. Ita multa refert alieno loco ponenda, ita pro certis incerta constituit; ut malis illa eadem in ipsis libris non solum conciliorum, sed etiam Burchardi, & Ivonis, & aliorum collectorum requirere. Itaque dum tu quid apud

Gratianum mutandum sit, dices; in veteri me confirmabis opinione, qui frustra hunc scriptorem mendis purgari putem. Te vero potius hortari, & si pateris, monere non desinam; ut in eam tantum rem incumbas, ut meliorem harum regularum, sive decretorum collectionem edas. A. Ludis tu quidem, ut soles perurbane, & mihi videris pro tua præclara dicendi facultate magnas res contemne, & pro nihilo ducere; minores vero in cælum tollere, atque augere dicendo. Nam ut dem tibi, nihil fere, aut pauca de suo Gratianum attulisse, quod falsum est; adfert enim multa, quæ in aliis collectionibus non invenies: qualia sunt, quæ post Burchardum & Ivonem sunt nata; item multarum difficultatum solutiones: sed quamvis nulla attulerit, feliciorem tamen ceteris collectoribus fuisse negare non poteris; quos in tenebris diu fuisse novimus, dum hic in omnium manibus versatur; multorum interpretum illustratur lucubrationibus; refertur denique in judiciis omnibus atque a Theologis non minus, quam a juris utriusque peritis in pretio habetur. Quod si in illo verborum elegantiam desideras, temporis est, non hominis culpa; tritis utitur verbis, ut omnibus prodesse possit: artem, & ordinem docendi flagitas, quasi vero meliore ceteri sint usi. Quod vero postremo hortaris; ut collectionem aliquam eam potius, quam hanc ita perturbatam, & imperfectam ornem: facis tu quidem ludos, ut dixi. Sed hac de re posterius cogitabimus. Nunc quando utrique vestrum non displiceret, ut de Gratiani erratis agamus, in crastinum diem differo, quod sum pollicitus. Alia enim urgent his potiora.

DIA-

His scriptis editum vidi Romæ Gratiani volumen hac inscriptione. DECRETUM Gratiani emendatum Gregorii XIII. Pont. Max. jussu editum. Et initio distinctionis primæ: Concordia discordantium canonum. Et in admonitione ad lectorum ita scribitur: In plerisque vetustis hujus collectionis exemplaribus hæc tanquam inscriptione rubris litteris posita est: CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM, addita in quibundam dictione INCIPIT, sine ulla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scriptura paleas esse præpositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus: DECRETUM GRATIANI MONACHI SANCTI FELICIS BONONIENSIS, ORDINIS SANCTI BENEDICTI, COMPILATUM IN DICTO MONASTERIO ANNO DOMINI MCL. TEMPORE EUGENII PAPÆ TERTII. In aliis vero duobus codicibus in extremo est: EXPLICIT DECRETUM COMPILATUM A GRATIANO MONACHO MONASTERII S. FELICIS DE BONONIA. In endem admonitione hæc etiam verba leguntur: Novissimus istorum omnium,

præter auctorem Panormiæ; nam is recentior fortasse est, Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Ivonis fortasse præfatione excitatus, eo potissimum incubuit, ut certis quæstionibus præpositis, quod in utramque partem ex canonibus, qui inter se nonnunquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret; omninoque eorum varietatem, quæ speciem dissensionis habebat, ad concordiam revocaret. Hæc in Romano.

In editione Gregorianæ cap. 7. Quoniam dist. 16. multa mutata sunt, & notis ornata: & quamvis dicatur: Et opuscula Theophili, &c. tamen in notis a Ivonis verba relata sunt: Confirmamus Sanctorum Patrum Canones, & Synodos &c. & Græca verba canonis referuntur, & Latina interpretis, quibus appetit non opuscula, sed canones appellari. Quod eriam verba a Gratiano relata indicant: Confirmamus & ceteros sanctorum canones, & synodos.

a Ivo part.
4. cap. 106.
& 134. de-
cr. & lib. 2.
tit. III. c. 29.
pan.

DIALOGUS SECUNDUS

De Gratiani erratis in propriis nominibus.

B. **E**T tempus, & locus aptus est, ut te promissi tui admoneamus. Quid enim hac nortorum auctoritate jucundius? avidas autem aures adferimus ego, & C. noster. A. Video nihil diutius vobis posse deberi. Sed libris aliquot nobis opus est, & in primis Gratiano editionis ejus, quæ habeat duorum Antoniorum A. notas. C. Eum librum mecum attuli, quod eum potissimum a te laudari sciebam; & ut viderem, quid tu de singulis erratis eties diciturus, & ut melius id memoriam mandarem. A. Laudo providentiam tuam. Ego quoque in adversariis quibusdam, quæ attuli, scripsoram ordine litterarum aliquot Gratiani errata, quæ facilius referam. Vos etiam alia fugareritis. Et quoniam heri diximus, in nominibus propriis saepe fuisse librarios lapsos: ab eisdem initium sumamus. Principio duo ex sacris libris loca corrigenda sunt: cum pro Ochozia b. Rege a. Achab editus est, & pro Achan, sive Achar c. Achor b. Verba Gratiani sunt c. Sed obiicitur illud Ambrosii: Ambrosii verba querantur: Ad preces Heliæ ignis descendit de caelo, ut Prophetæ vindicaretur injuria quod tunc intelligitur factum quando Achab Rex Israel &c. mitit duos quinquagenarios: nostis reliqua (z). Alter locus ita scriptus est. Cum enim Achor de anathema furtim turripiisset &c. Ita cecidit fors super Achor d. Bis Achor pro Achan scriptum legimus. B. Ego Gratianum errasse arbitror,

a Reg. 1. b.
b 26. q. 2.
in princ.
c 27. q. 4.
d 29. Si illic. §. Sed obiicitur.

d Jofu. 7. b.

non librarios. A. Si Gratiani erratum est, memoria erratum est, qualia multa & apud Ciceronem, & apud alios scriptores saepe agnita sunt: si librarium peccatum est, cur Gratianus notatur? (3) Tertius locus est. In inscriptione quadam pro Carthaginensi concilio Agathense primum scribitur e. Est autem caput XI. concil. Carthag. I. (y) Alibi Alexander Episcopus Leander Hispalensis dicitur f. Atque idem Leonardus Episcopus alio in loco g. Prior locus est dist. XXXVIII. ubi post verba B. Augustini additur: *Idem ad Alexandrinum Episcopum. Indignum vehementer existimo, ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati.* Hæc non Augustini verba sunt, sed Gregorii in prefat. Moralium in Job cap. ult. qui liber ad Leandrum Episcopum inscriptus est h. Hoc non fugit Joannem And. F. Sunt, qui putent additum esse hoc caput Gratiani discipulo Palea, ut id, quod proximum est, cuius inscriptio non vocem *Idem* habere debet, sed hanc, *Augustinus* [δ]. Alter locus est ex epistula quadam Gregorii ad eundem Leandrum Episcopum de trina mersione baptismatis, quæ extat, ut notat Demochares, lib. 1. epist. quadragesima prima registri. Ejusdem mentionem invenies in concilio Toletano quarto cap. V. & in concilio Wormaciensi item cap. V. & apud i. Iwonem, & Anselm. Lucens. & alios collectores (ε). C. Quis hic Leander fuit? A. Tres fratres germanos insignes pietate, & eruditione viros habuit Hispania Reccaredo Rege, Leandrum, Isidorum, & Fulgentium: duo illi Hispalenses Episcopi fuerunt, hic tertius Astigitanus. Leandro acceptam ferimus Gotthor. Arianorum in catholicam fidem con-

e 15. q. 7.
c. 3. Si quis.

f Dist. 38.

c. 13. Indi-

gnum.

g De conf.

dist. 4. c. 80.

De trina.

h Jo. And.
in c. Ad au-
dientiam.
in fin. de re-
script. d. c.
80.

i Ivo lib.
1. tit. 2. c.
53. panorm.
ε part. 1.
c. 130. decr.
Anselm. lib.
9. c. 17. ε
61. Cœf. lib.
12. cap. 43.
Tarr. lib. 4.
c. 10.

ver-

cap. II. Mox additur. Sic est emendatum ex vetustis codicibus; nam in vulgatis erat, AGATHENSI PRIMO, cum unicum duntaxat Agathense memoretur.

(δ) Inscriptio capituli 13. Indignum, dist. 38. in Gregoriana editione est hæc. Item Gregorius ad Leandrum Episcopum Hispanensem in prefat. Moralium ad finem. Et capituli 14. Locutio, inscriptio est. Item Augustinus de vera religione c. 49. & 50. Palea.

(ε) In dicta Gregoriana editione inscriptio capituli 80. De trina. de consecr. dist. 4. est hæc. Item Gregorius Leandro Episcopo Hispaniar. lib. 1. epist. 41. ε in margine additur. Et in Tolet. 4. c. 5. & in Wormaciensi c. 5. Sent. ibid. [hoc est sent. 4. dist. 3.] Polyc. l. 3. tit. 10. Anselm. l. 9. c. 61. Ivo p. 1. c. 130. Pan. l. 1. c. 60.

(z) In editione Romana 23. q. 4. c. 29. Si illic. §. Sed obiicitur: nomen Achab editum est, sed in margine est, Ochozias filius Achab, ε in scholio Achab. Confundit historiam ε. in fine post illa verba, sub Ochozia, additur, cuius filius fuit Achab, ut legitur 4. lib. Reg. in princ. & 3. Reg. ult. Quod vero in contextu verborum dicitur, illud Ambrosii. Ad preces Heliæ ε. habet in margine, supra ead. quod Christus. 4. Reg. 1. Id caput est inscriptum, Ambrosio lib. 7. commentator. ad cap. 9. Lucæ. Sed illic nihil de Achab dicitur; neque apud Ambros. eadem verba inveni.

(β) In Romana editione 26. q. 2. in princ. Achar editum est, non Achor, ε in margine, alias Achan, & Jofue 7.

(γ) In Gregoriana editione inscriptio capituli tertii: Si quis tumidus. 15. q. 7. hæc est. Item ex concilio Carthaginensi primo

A. Democharis & Contii, qui primi medicas manus admovevunt Gratiano. Post hos secutus est tertius Antonius Augustinus. B.

B. Ita legitur hoc nomen in versione vulgata, quam sequitur hic Augustinus. Aliis vocatur hic Rex Achazia. M.

C. Hakan vocatur hic aliis vel Hachan הַחָנָן. Achar eum vocari non memini. M.

versionem. Cum hoc Gregorius amicitiam i-nivit Constantinopoli; venerat enim illuc alter Pelagii Pontificis, alter Regis sui legatus ad CP. Imperatorem. B. Hic idem Alexander temel vocatur ab Anselmo Lucensi, item Leander. Fieri potest, ut idem nomen sit: ut Josue, Jesus, & Jason. Scander Berg, pro Alexandro Magno, a avorum memoria, insignis vir peritia rei militaris, dictus est. A. Quid tu Leandrum Musæi putas eundem esse cum Alexandro Macedone? B. Non ego eundem virum esse dico, sed idem nomen, quamvis in etymo utriusque hæreo. A. Sequitur Anastasius sæpius ex Athanasio mutatus. Dum enim narrat a Gratianus Athanasii pueri, simulati Episcopi factum, qui cathecumenos aqua salutari tingebat, tempore Alexandri Episcopi Alexandrini, eum Anastasium vocat. Sed ex Rufini historia lib. X. cap. XIV. mutari nomen debet (α). Idem erratum in duabus inscriptionibus est. Altera hæc est b: Felix Papa Anastasio, & omnibus Orientalibus Episcopis. Scribe, Felix Papa secundus Athanasio, & omnibus &c. ex conciliis (β). In altera est c: Anastasius Patriarcha Papæ Felici. Scribe Athanasius Patriarcha Alexandrinus Felici Papæ secundo. Referunt horum capitum verba Burchardus d, Ivo e, & Anselmus f (γ). Alterius Athanasii nomen inventio in Anastasium esse mutatum. Etenim in concilio Chalcedon. actione XIV. de quodam Athanasio Episcopo Parrhenorum * agitur, qui cum a Patriarcha suo deponeretur, eum sibi inimicum esse conquestus est, iterumque audiri jubetur. Idemque Nicolaus refert in epist. ad Michaelem Imp. cuius initium est; Proposueramus. At Gratianus hunc Anastasium appellat g (δ). B. Eadem ratione Atha-

a 1. q. 1.
c. 58. Spir-
itus. §. Ecce.

b 5. q. 2.
c. ultimo.

c 9. q. 3.
c. 11. Fuit.

d Bucr. lib.

1. c. 221.

e Ivo §. 5.

o. 15. &

335. decr.

f Ans. lib.

2. c. 50 &

51. * Parzeno-

rum.

g 3. q. 5.

c. 14. Nulli.

§. 1. &c.

15. Quod

suspecti.

nasi libris aliquot Anastasii Antiocheni, ^b ut existimo, libri mixti sunt. Ut cum plebeii in patricias familias inferebantur. A. Illud ^c quo animo ferendum est, quod pro Asello Anselmus scriptus est in inscriptione cuiusdam capitilis ^d his verbis: Item ex concilio Milevitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus Romanæ Ecclesiæ legatus contra Pelagianos. In concilio Carthagin. VI. & VII. mentio fit trium legatorum Romanæ Ecclesiæ, Faustini Episcopi, & Philippi, & Aselli presbyterorum. Hi a Zosimo Papa missi sunt, & in Africa post ejus mortem fuerunt. Interfuisse hos legatos in concilio Milevitano, mihi non constat. Sed præsentibus eisdem letos fuisse canones ejus concilii, & aliorum multorum, constat ex concilio Africano, & ex concilio Carthaginensi Græce conscripto. Sunt etiam Milevitani concilii litteræ ad Innocentium, qui ante Zosimum fuit, & Innocentii ad eandem synodus (ε). Arsatii Episcopi nomen invenio apud Anselmum ⁱ, qui Thracius dicitur a Gratiano ^k in relatis Pelagi verbis. Sed in alio veteri Anselmi libro idem Tertius vocatur, & scriptor epistulæ Gelasius. Sic omnia sunt nobis incerta. Tantum hoc in variis lectionibus conscribi potest (ζ). Illud certum est, quod alibi pro Ascanio Tarragonensi Episcopo, Ascanius apud ^l Gratianum legitur in Hilarii Papæ verbis. Namque in conciliis aperte Ascanius appellatur, ad quem sunt duæ Hilarii epistulæ, & de eodem agitur in concilio Romano ab Hilario habito. In eodem Gratiani capite de Barchinonensi Ecclesia agitur, sed scribendum est, Barchinonensis. Et postea: Talis protinus de clero proprio & Barchinonensis ordinetur Episcopus: dele Et, atque scribe Barchinonensis.

^h De conf.
d. 4. c. 152.
Placuit.

ⁱ Anselm.
lib. 12. c.
46.
^k 23. q.
5. c. 44.
Quali.

17. q. 1. c.
30. Remoto.

(α) In eadem editione Romana 1. q. 1. c. 58. Spiritus. §. Ecce. per Athanasiū puerum scriptum est.

(β) In eodem Gregoriano libro inscriptio cap. ult. 5. q. 22. hæc est. Item Felix Papa II. Athanasio, & omnibus Orientalibus Episcopis epist. 1. c. 3. Additur in margine Bucr. lib. 1. c. 221. & Ivo p. 5. c. 335.

(γ) In eodem libro inscriptio capitilis 11. Fuit semper. causæ 9. q. 3. ita scripta est. Item Athanasius Patriarcha Papæ Felici secundo & in margine est. In tomis conc. & Ivo p. 5. c. 15.

(δ) In eodem libro 3. q. 5. c. 14. Nulli. par. 1. Athanasius appellatur: sed in margine est: al. Anastasius. Sed capite 15. Quod suspecti, Athanasius dicitur sine ulla

varietate; & multa de eodem dicuntur in notis ex concilio Chalcedonensi actione 14. Mendose autem in margine dicitur actione 24. in fine. (Vide lib. 2. dial. 12. add. 6.):

(ε) De consecrat. distin. 4. c. 152. Placuit igitur, hanc habet inscriptionem in Romano libro. Item ex concilio Milevitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus Romanæ Ecclesiæ Legatus contra Pelagianos c. 1. Additur in margine. & in Afric. c. 76. & mos ad vocem ANSELMUS, videtur mendum in hoc nomine.

(ζ) In eodem Romano libro 23. q. 5. c. 44. Quali. Pelagii, Thracius editum est fine ulla varietate. In margine est. Ans. l. 12. c. 46. Polyc. ibid. (hoc est lib. 7. tit. 5.).

A Martinus Barletius de gestis Georgii Castrioti Epirotarum Principis, lib. 1. pag. 2. Epirensibus varia nomina, prioribus mutatis, indita sunt ex consuetudine gentis Turcicæ. Georgius seu casu, seu quod nobilior inter ceteros indoles, egregium nescio quid præ se ferre videbatur, SCANDERBEG appellatus; idem quod apud nos ALEXANDER DOMINUS. Et ita in tota historia hunc Georgium Castriotum vocat, non Scanderberg. M.

B Vellem Doctissimus Auctor eos libros nominasset, aut fundamenta suæ suspicionis aut existimationis addidisset. Pauca enim sunt hujus Anastasii scripta nota. M.

^a Anselm. ^b lib. 6. c. 101. ^c Anselm. ^d b 21. q. 1. ^e c. 5. Relatio. ^f c. 2. de immunit. eccl. in 1. collect. ^g Gratianus. ^h Ivo part. ⁱ c. 137. ^j decr. ^k c. un. de oblig. ad ratio. in 1. collect. & apud Gregorium IX. ^l Tom. III.

^a Anselmus habet (α). Sic etiam male scribi solet *Terraconia* pro *Tarracone*, & *Barchinona* pro *Barcinone*, & *Terraconensis*, pro *Tarraconensi*. Sed & *Terraconensis* pro *Tarracinensi* invenies apud Gratianum *b*. At ex registro *B.* Gregorii constat agi de *Fundensi Ecclesia*, & *Tarracinensi* eidem Episcopo commissis *c*. Conjungi autem debent duo capita ex eadem Gregorii epistula sumpta ad *Agnellum Episcopum*, quæ est epist. *XIII.* cap. *LII.* libri secundi. Hæc etiam recte Anselmus conscripsit *d*, & liber *Cæsar-* *lib. 5. c. 25.* *Augustanus A e* (β). *C.* Eadem ratione fortasse apud Gregor. *IX.* sub titulo de immunitate ecclesiarum capituli secundi inscriptio mu- *z. c. 48.*

(α) *Caput 30. Remoto. 7. q. 1. hanc in eodem libro habet inscriptionem:* Item *Hilarius Papa Episcopis Tarraconi. c. 3. O postea est.* Remoto ab ecclesia Barcinonensi &c. *O de clero proprio Barcinonibus &c.* *O frater Ascani. In margine est:* Anselm. *I. 6. cap. 109.*

[β] *In Romana editione 21. q. 1. c. 5. Relatio, Gregorio adscribitur lib. 2. ep. 13. seu c. 52. ad Agnellum Episcopum. Initium capituli est, Relatio cleri, simul & populi Tarracinensis. In notis hec scripta sunt: TARRACINENSIS. Sic est emendatum ex vetustis, cum in vulgatis esset TARRACONENSIS GENTIS. In originali autem legitur, TARRACINÆ DEGENTIS. In extremo capite hæc etiam addita sunt: Alia est sententia B. Gregorii, ac Gratianus putare videatur. Hunc enim Agnulum, qui antea Fundorum erat Episcopus, quod ea civitas ab hoste esset vastata, Tarracinae Cardinalem constituit sacerdotem, ut in sequenti capite. De qua re notatum est supra dist. 71. cap. Fraternitatem. In margine hujus capituli est: Anselm. *I. 5. cap. 28. Polyc. I. 1. tit. 8. Capite proximo est:* Tarra- cinensis Ecclesiæ cardinalem, & Tarracinensis Ecclesiæ.*

(γ) *Caput secundum de immunitate ecclesiarum in Romana editione hanc habet in-*

tanda est *f.* A. Reætæ admones: idque ex lib. *VII.* registri ejusd. Gregorii constat, ut diximus in notis ad collectionem Bern. Papiensis, & in collectione conciliorum Tarraconensium *b* (γ), Venio nunc ad aliam, ut hic noster appellare solet, metamorphosin. In Gratiani libro legitur distinct. *LIV. Ex concilio Maguntinensi cap. VIII. Palea. Magnus Episcopus Augustudensis dixit. Carthaginensi primo pro Magunt. scribendum esse admonuit Ant. Demochares. Astigitanensis pro Augustudensi scribi etiam debuit ex conciliis. Astugensis habent Burchardus *g*, & Ivo *h*; Augustensis, Bernardus Papiensis & Gregor. *IX. i* (δ) *C.* Cur nomen hoc, *Palea*, c adscriptum est*

D huic

scriptionem: Gregorius Archiepiscopo Tricensi. *O in margine:* Gregorius Agnello Terracon. Episcopo. Alias Terracina. Episcopo. Item Gregorius Agnello Episcopo lib. 7. Epist. 20. ind. 1. registri B. Gregorii. Vide c. 2. eod. tit. in 1. compilat.

(δ) *Caput tertium distinctum in 54. editione Romana hanc habet inscriptionem:* (Ex concilio Carthaginensi primo cap. 8.) *Palea. Eius initium est:* Magnus Episcopus Astigenensis dixit. *In notis scribitur:* In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Ivone, Decretali. In c. un. de obligat. ad rat. *In margine hæc sunt:* Extra de obligat. ad rat. c. Magnus. Burch. I. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 137. *In eadem editione caput unicum de obligatis ad ratiocinia hanc inscriptionem habet:* Ex concilio Carthag. *O hoc initium:* Magnus Episcopus August. dixit. *In margine hæc sunt:* Concilium Carthaginense primum c. 8. ut refert Burchardus libro 2. decreti c. 36. Ivo part. 6. c. 137. & in 1. compilat. eod. tit. c. unic. Gratianus dist. 54. c. 3. ubi falso tribuit concilio Maguntinensi. Et est difficilis textus. Sed vide, quæ dixi in notis hujus capituli. Cur hæc postrema verba edita sint, quærendum.

A Quoniam auctor istorum dialogorum saepe laudat hunc librum, visum est semel observare intelligi vetustam canonum collectionem MS. ad Antonium Augustinum missam ex monasterio Carthusianorum Cæsaraugustano, quo per venerat post obitum Hieronymi Suritæ clarissimi scriptoris annalium Aragonensium; ut ipse Augustinus docet in dialogo quinto libri prioris. Divisa est illa in libros quindecim. Cum vero nullius Romani Pontificis, qui post Urbanum secundum vixerit, decretis utatur illius auctor, recte judicatum est illam eo tempore scriptam fuisse. Uſus est autem istius collectionis auctor canonibus Conciliorum, decretis Romanorum Pontificum, & dictis sanctorum patrum. Hæc ex Antonio Augustino Jesuita, ut opinor. B.

Ibid. Referenda, quæ hic Clariss. Baluzius habet de Codice Cæsaraugustano ad Collectiones incertas, de quibus in histor. jur. Ecclesiæ egi a num. 409. & seqq. quibus hanc ut addas collectionem rogo. M.

B Nescio quid his verbis intelligat Antonius; nisi si loqui vult de collectione constitutionum provincialium Tarraconensium, quæ Tarracone edita est. Verum tamens editionem illam non viderim, non punto locum hec fuisse emendandi alicujus veteris canonis Africani, cum probabile sit hanc collectionem non fuisse diversam ab ea, quæ anno MDXCHI. recusa Tarracone est ex decreto secundi Concilii provincialis celebrati sub Joanne de Teres Archiepiscopo Tarraconensi post Antonium Augustinum. Atqui in nova illa collectione nihil extat præter nudas constitutiones absque Notis. B.

C Instituti mei non est inquirere in originem hujus vocabuli. Sufficere arbitror Notam Correctorum Romanorum, quam invenies editam apud Antonium Augustinum pag. 20. Illud tantum dicam, non vidisse me hoc vocabulum in antiquis Gratiani exemplaribus manuscriptis; nisi quod aliquando, sed id tamen raro, diu postea scriptum est in notis marginalibus libro Sangermanensi adjectis. Idem vocabulum non reperitur etiam in prima editione Moguntina in fronte capitum, quæ eo nomine prænotantur in vulgatis editionibus.

huic & aliis quibusdam capitibus? Sunt enim, qui putent incertis, & inutilibus id adjectum. Sed tu discipuli Gratiani nomen esse dixisti. A. Ego duorum Jurisconsultorum testimoniam habeo, Joan. Andreæ, & Catelliani Cortæ. Sed & video in veteribus Gratiani libris illa capita desiderari; & in Joannis Teutonici scholiis raro ad verba eorum capitum aliquid adscribi. Itaque existimo illa capita postea adjecta fuisse. Huc accedit, quod Bernardus Papiensis nonnulla ex his in librum suum retulit, quod de Gratiani capitibus non facile invenies. Sed quid B. selecti illi viri Romæ de Palea dicunt? B. Hoc ipsum audiui, in veteribus libris non inveniri. Paleæ que nomen esse hodie familiæ cuidam Cremonensi proprium. Neque tamen carere auctoritate, aut esse reiicienda hæc capita, sed aliqua nota esse a ceteris distinguenda, quasi addita post Gratiani lucubrationes (x). A. Hoc sit hujus diei pensum. Cras, si videbitur, pluribus de ceteris agemus.

DIALOGUS TERTIUS.

De eodem erratorum genere.

C. **A**ntequam cetera dicas, quæ mendosa tibi esse videntur, velim scrupulum auferas mihi de his mendis cogitanti, qua de

re cum B. egi; sed cum is aliquid mihi dixisse videretur, postea iterum in eandem incidi dubitationem. A. Quid tandem illud est? C. Quidnam interest, Gratianum pro Leandro Leonardum scribere, aut pro Athanasio Anastasium? Nam cum jus Pontificium tractetur, id æque in Leonardo, & Anastasio vim suam obtinebit, atque in Leandro, & Athanasio. A. Quid ad hæc B. nosster dicebat? C. Exemplo ex symbolo sumpto vim argumenti eludere conabatur. Namque dicebat, si quis diceret, Christum passum sub Pontico Pilati; non sub Pontio Pilato: non convenire in symbolo fidei crederetur cum catholica Ecclesia; nisi eum rusticum fuisse, & imperitum Latini sermonis constaret. Atqui in re nihil interfuit, Pontius ille, an Ponticus diceretur, sub quo Christus passus esset. A. Mihi exemplum non displicet. Tu vero quid ad hæc? C. Non mihi videtur Gratianus aliquid habere cum symbolo commune. A. Quid ita? C. Symbolum formula quædam est, a qua cadere ne verbo quidem licet, aut syllaba. At Gratiani scripta licet vel tota contempnere A. Nisi forte verum est, quod ajunt quidam, ab Eugenio Tertio fuisse confirmata. A. Malo te illa priora credere, quam hæc. Etenim in illis unum, atque alterum vitium est: in his de omnibus agitur. C. Non satis intelligo, quid dicas. A. Tu si Leandrum credas

(x) *De Palea hæc sunt in admonitione Gregorianæ editionis;* De nomine Paleæ sunt variæ doctorum hominum sententiaz. Multi ea capita, in quibus res inanes, ac leves continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alii quasi τὰ παλαιά, id est antiqua: alii quasi additiones quasdam, derivata, aut potius depravata voce ab adverbio πάλιν, id est rursum, quo scriptores etiam Latini tempore Gratiani uterentur. Verum Joannes Andreæ in addition. ad Specul. tit. de disputation. & allegation. prope finem, (quem Imola in rubr. de verbor. obligat. Alexandrin. in procemio Decretal. (scribe, DECRETI) Jason in rubr. tit. de action. & alii sunt secuti.) putat quendam Protopaleam, quem Jason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adjunxisse. Atque ut in re tam incerta aliquid elici conjectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus observatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex hujusmodi capitibus habentur. In uno valde emendato sunt apposita in margine sine ulla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamvis vicissim in illo additiones aliquæ

sint, quæ in his non habentur. In alio literis perantiquis descripto Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleræque & partim quidem cum Paleæ nomine, partim vero sine ulla a ceteris capitibus discrimine. Ex qua observatione illud videtur posse colligi, has Paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, ut fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum conjunte cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas purant, ex eo constat, quod multæ & in Decretalibus & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur: *In meis libris non Protopalea, sed apud Joan. Andreæ, qui postea Palea, est; apud Jason. Quotapalea Cardinalis, apud Imol. Paucapalea, vel Pocapalea Cardin. apud Card. Alex. Procopaleas.*

nibus. Extat tamen, sed non adeo frequenter ut in vulgatis editionibus, in antiqua editione Veneta. Istud vero non impedit, quin antiquitus adscriptum fuerit in libris Gratiani, cum ejus diserta mentio extet apud Joannem Andreæ & alios veteres Jurisconsultos. B.

Ibid. Vide sodes *latissime Histor. jur. Eccles. num. 314. M.*

A Vera & ingenua Augustini confessio; Interim an ab Eugenio liber Decretorum Gratiani sit confirmatus,

das Leonardum dici, erras. Sed error hic unus est: item unus, si credas Athanasium alio nomine vocari. At si credas omnia, quæ Gratianus scripsit, Apostolica esse auctoritate confirmata, multiplex hic error erit tuus, & omnia complectetur hoc volumine conscripta. C. Nunc plane intelligo. Sed quo pacto probas non esse confirmata? A. Tu qui ais redige in memoriam. Vidistine umquam Eugenii confirmationem? C. Minime gentium. A. Habetne aliquem dicere, qui se dicat vidisse, aut qui ex ea partem aliquam referat? C. Ne hoc quidem. Sed sunt, qui afferant eum confirmasse. A. Sunt etiam qui id negent. C. Age vero, quid tu dicas ad id, quod initio petebam mihi satisfieri? A. Id, quod dici solet de his, qui glandibus vescuntur inventis frugibus. An si tu puero dederis exscribendam epistulam, quam patri, vel fratri tuo mittere velis: ille tibi multa nomina immutaverit, litteras addiderit, vel dextraverit; & cum illi iratus fueris, & iterum eam describere coegeris: ille hac ratione utatur; nihil interesse Leander sit, an Leonardus; Augustus, an Augustinus, cum de re ipsa constet; probabisne, quod dicet? C. Minime vero. A. Idem de librorum mendis dicendum est, quod de epistulis. Alii tamen aliis errores præcellunt. Sunt leves aliquot fateor; sed totum hoc genus emendationis contempnere inhumanum, & a ratione alienum esse arbitror. Sed quid ait B. noster? B. Mihi vero hoc ipsum, quod tu ais, ita verum esse videtur; ut nihil amplius te addere velim: sed ad cetera venire Gratiani mendose scripta. A. Est nobis principio ab inferis excitandus a Beli-

sarius, qui cum Gratiano contendat, cur ab eo *Guilifarius* dicatur. *Silverius* etiam Pont. Max. expostulabit, cur *Silvester* appelleatur. Admonuit Demochares hoc ipsum de Silverio, de Belisario Contius. Illud ab utroque male editum est: in *palatium Principis pro Pincis* b Anselmus paullo melius hæc refert. Hæc ex conciliis accepimus c (α). Plura errata sunt in illis verbis quæstionis tertiaræ causæ XXI. Quod autem clerici sacerdotalium negotiorum procuratores esse non valeant: auctoritate Carthaginensis concilii primi probatur; in quo Nicolaus Papa Episcopis Castilianis dixisse legitur. Palea. *Pervenit in sanctam synodum* &c. Quis umquam crederet, Nicolaum Papam, qui tot sacerulis vixit posterior omnibus synodis Carthagine habitis, aliquid in prima synodo dixisse? Verba autem, quæ Palea addidit d sunt ex concilio Chalcedonensi cap. III. de quibus Burchardus e, Ivo f, & Anselmus g tractant, & Gratianus distinctione XXCVI. extrema. Omnes recte ex Chalcedonensi concilio inscripserunt. C. Cur igitur Gratianus vel Palea, ex concilio Carthaginensi, in quo Nicolaus Papa &c. An in concilio Chalcedonensi Nicolaus Papa interfuit? A. Id concilium habitum est sub Leone Papa, & Marciano Imperatore. Nicolaus scripsit ad Michaelem Imperatorem de Ignatii, & Photii schismate aliquot postea sacerulis. Nicolao successit Hadrianus Secundus, sub quo synodus octava generalis habita est contra Photium. Chalcedonensis hæc quarta dicta est. C. Mendum igitur est in concilii & Papæ nomine. Quid si Leonem pro Nicolao, & Chalcedonensem pro

b *Anselm.*
lib. 12. c. 8.
c 21. q. 2.
c. 1. & 2.

d *Diss. 86.*
e *ult.*
f *Burch.*
lib. 2. c.
145.
g *Ivopart.*
6. c. 218.
decret.
h *Anselm.*
lib. 6. c. 181.
in Rom.

D 2

pitis, non est mutatum. In margine est: Poly. l. 1. tit. 7. Anselm. lib. 12. c. 8. & 9. In eodem capite editum est: in palatium Pincis: O postea: ante prædictam patritiam: O in notis additur: Sic mutatum est ex ipsa epistula, & vita Silverii, ubi hæc patritia vocatur ANTONINA. Antea legebatur, PRÆDICTUM PATRITIUM.

(α) In Gregoriana editione 23. q. 4. c. 30. hanc habet inscriptionem: Item obicitur illud Silverii Papa ad Amatorem Episcopum. Et postea: *Guilifarius* patritius noster mandavit. Et in notis: In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Silverio [antea enim tribuebatur Silvestro] legitur *BELLISARIUS*. Sed quia est initium ca-

tus, vide in *Histor. mea jur. Eccles.* n. 301. 302. O 309. M. (5).

[5] Legis vim non solum Gratiani Decreto (quod merito fieret, cum & ipsi Catholici hoc idem fateantur) inesse denegat Mastrichtius Num. 301. 302. & 309. Sed quod magis est Num. 311. & 312. Potestatem legislativam tam Concilii Ecumenicis, quam Romano Pontifici conatur abducere, solam declarativam auctoritatem proponendi quid cum Scriptura conveniat eisdem permittens, & eam sub conditione ut prima quæstio in obligatione Conciliorum esse debat, utrum sit conforme Sacra Scriptura, & tunc obligat non ex auctoritate Concilii, sed Divina. Quam longe tamen errata hæc Protestantum opinio a Divina Scriptura oraculis aberret, demonstrat in primis, quod Actorum 20. v. 28. scriptum est = Attendite vobis, & universo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei = Cui autem regendi populum est commissa auctoritas, etiam ferendi leges concedenda est; Hanc sibi inesse potestatem studendi præcepta cognovit Apostolus Paulus I. Tessalonici. v. 2. = Scitis quæ præcepta dederim vobis = Et

ad Hæbreos 13. versu 17. subiungit = Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri = His aliisque Scripturæ oraculis veram legislativam potestatem Ecclesiæ Præpositis inesse, & præsertim Romano Pontifici, omnes semper Catholici confessi sunt, inter quos unum audiamus Gersonium, qui legibus humanis quamvis non multum deferret, attamen libro de vita spirituali Lectione 3. expresse fatetur Romanum Pontificem dominum superioritatis a Christo supra totam Ecclesiam cum plenitudine potestatis accepisse in eis, quæ spiritale regimen Ecclesiæ proprie dictum respiciunt; & hæc potestas (sunt Gersoni verba) cognoscitur ex Evangelii, & Actibus Apostolorum, & ex eis, quæ per successivam relationem eorum ad nos tanta certitudine sunt devoluta, ut merito temerarius, & scandalosus, imo Schismaticus judicetur, qui potestatem hanc, vel abolere, vel diminuere præsumperit = Hæc Gersoni verba plusquam satis protestantium Novitates jugulant. W.

Carthaginensi substituamus? A. Cave feceris. Neque enim Leo in eo concilio interfuit. Præstat auferre quæcunque Palea interposuit. Ea autem sunt illa: *Pervenit in sanctam &c.* usque ad illa: *Credo placere &c.* quæ sunt ex Carthaginensi a. primo cap. VI. & pro illis: *Nicolaus Papa Episcopis Castilianis;* scribendum fuit; *Nicasius Episcopus Culusitanus.* C. Apparent vestigia emendationis in margine librorum Democharis, & Contii; & bis posita inscriptione ante caput utrumque indicat, inscriptionem prioris capituli non esse ad Paleæ verba referendam. A. Confirmantur hæc tum ex conciliis, tum ex b Burchardo, & c Ivone; quorum alter scribit: *Nicasius Evaristanus Episcopus dixit: Credo &c.* alter *Evaristanus pro Evaristanus,* cetera totidem verbis [æ]. B. Ex hac emendatione poterit C. noster a sua sententia discedere: cum videat tot vulneribus facile fuisse medicinam adhibitam. C. Ego vero manus libenter do: cum hoc exemplo cognoverim, multum interesse scire, unde singula capita sumantur, quæ verba Gratiani, quæ Paleæ sint, & quæ aliorum. A. Id ipsum assequi non poteris, nisi menda tollas inscriptionum, & nisi cum conciliis, & veteribus collectionibus Gratiani contuleris lubrications. Sed cetera persequamur. Joannis Chrysostomi nomine sæpe librarii sunt abusi pro Joanne Octavo in causa XXVII. his verbis: Item Joannes Chrysostomus Rostanno Archiepiscopo d. Atho præsentium lator &c.

a 21. q. 3.
c. 1. & 2.

b Burch.
lib. 2. c. 150.
c Ivo part.
6. c. 223.
decr.

d 27. q. 2.
e. 46. Atho.

Hanc emendationem e Ivo's collatione didicimus (3). Pro Chromatio sæpe litterarum similitudine dueti Chrysostomum scriperunt, ut causa XXII. Hinc etiam Joannes Chrysostomus ait. Juramenti hujusmodi &c. f scribe: Chromatius cap. IV. in fine in Matthæum. Et de pœnitent. distinet. I. Idem Joannes os aureum. Non potest quis gratiam &c. g scribe: Chromat. cap. IV. in Matthæum. Hæc etiam verba invenies mendosa, de consecrat. dist. IV. cap. IV. Sic etiam cap. X. eiusd. distinet. itidem mutandum est h (y). Hæc ex libris Mich. Thomasi Ilerdensis Episcopi accepi, qui unus ex selectis Romæ viris, atque ut audio, magna pars ejus belli fuit, idque ex litteris ejusdem accepi. B. Non sine Theleo Petro Ciacone, sive Ciaconio, cujus sudoribus, atque eruditione magnos progressus fecit. A. i Syricius in Cyricum mutatus est distinctione XX. in illis verbis Quarti Leonis de corpore canonum: Et cum illis regulæ præsulum Romanorum Silvestri, Cyrici, Innocentii. Si quis librum ipsum legat, quem Corpus canonum dicimus, videbit, eosdem Pontifices a Syrio ad Gregorium Juniores epistulas quædam, & canones conscripsisse. Eodem capite, dum concilia enumerantur, post vocem Gangrenium, hæc desiderantur; Antiochenium, Laodicenium, Constantiopolitanorum, Chalcedonenium. Hæc melius apud Iponem k, & Anselmum l, & in libro, quem Deusdedit a Cardinali scripsit m, & in libro Cæsar-

e Ivo p. 14.
c. 64. decr.

f 22. q.
5. c. 12. Ju-
ramenti.

g Depar-
nit. d. 1. c.
41. non potest
& de con-
secr. d. 4. c.
4.

h De con-
secr. d. 4. c.
10. Nun-
quam aqua.

i Disc. 20.
c. 1.

k Ivo lib.
2. tit. 11. c.
31. panorm.
& p. 4. c.
72. decr.

l Anf. lib.
3. c. 115.

m Deus-
ded. c. 2.

au-

(æ) Capitis primi inscriptione 21. q. 3. in Romana editione hæc est: Auctoritate Carthaginensis concilii primi probatur, in quo Nicasius Episcopus Culusitanus dixisse legitur c. 6. Palea. PERVENIT IN SANCTAM &c. In notis hæc sunt: Emendata est hæc inscriptione ex ipso concilio, & vetustis Gratiani codicibus, cum antea mendose legeretur: NICOLAUS PAPA EPISCOPIS CASTILIANIS. Pertinet autem hic titulus ad c. Credo. proxime post paleam interiectam sequens. In margine est: In conc. Chalc. c. 3. sup. dist. 86. PERVENIT Burch. l. 2. c. 145. Ivo p. 6. c. 228. In extremo capite hæc adduntur: Hic idem canon tertius concilii Chalcedonensis affertur sup. dist. 86. c. fin. ex alia versione. Abest autem hæc Palea a collatis exemplaribus exceptis duobus. In margine capitis 2. Credo placere. hæc sunt sup. dist. 54. Magnus. Burch. l. 2. c. 150. Caput ult. dist. 86. ita inscribitur: Unde in Chalcedon. concilio c. 3. legitur PERVENIT AD SANCTAM &c. In marg. est: Burch. l. 2. cap. 145. Ivo p. 6. c. 218. vel 223.

(3) In eadem Romana editione 27. q. 2. c. 47. est, quod ego 46. appello. Ejus capituli inscriptione hæc est: Item Joannes Octavus Rostanno Archiepiscopo. Atho præsentium la-

tor, &c. In notis est: Octavus] sic est restitutum ex plerisque vetustis, & Ivo. In vulgaris erat Chrysostomus. In marg. hæc sunt: Ivo p. 14. c. 64.

(y) Capitis duodecimi 22. q. 5. inscriptione in Gregoriano libro est. Hinc etiam Chromatius in c. 5. Matthæi. Juramenti hæc causa &c. In notis hæc sunt: Chromatius] antea citabatur Chrysostomus: cui errori occasionem dederat similitudo primarum litterarum. Proximo capite pro Idem est in marg. alias item. De pœnit. dist. 1. cap. 41. Non potest, ita inscriptum est. IDEM. Significatur autem Joannes os aureum, cuius est caput 40. Perfecta. In margine est: infra de consecr. dist. 4. Non potest. At de consecratione dist. 4. cap. 4. hanc habet inscriptionem. Item Joannes Chrysostomus. Non potest quis &c. In margine hæc sunt: forte Chromatius & Sent. 4. dist. 12. sup. de pœnit. dist. 1. Non potest. Caput vero decimum eiusd. distinet. quaræ, hanc inscriptionem habet: Item Chromatius in Matthæum c. 6. Nunquam aquæ &c. Et in notis hæc sunt: Antea citabatur Chrysostomus, apud quem non est inventum, sed in fragmentis Chromatii: Et in marg. est: Sent. 4. dist. 3.

^a De hac dixi in Hist. jur. Eccles. num. 273. M.

de Emend. Gratiani L. Prior. 29

^a Cesar. lib. 2. c. 11. augustano a inveniuntur (^a). Ex epistula B.

^b 1. q. 1. lib. 34. c. 23. q. apud Gratianum leguntur, alterum *causa prima*, b cuius initium est, *Sacramenta*; alterum *causa XXIII*.

^c 23. q. 3. c. 3. *Nostri adversus. Ad Demetrium*, pro *Ad Emeritum* utrobique scriptum est, atque ita scriptum, ut nescias libri titulus sit, an epistulae. Videndum Deusdedit. cap. 11. (^b). Non minus erratum est in illis verbis, quæ refert

^d Dist. 16. c. 10. d Quinta in Constantinopoli contra Theodorum *Mesochænum* e, & omnes hæreticos &c. temporibus Justiniani Principis, Julii Papæ Romani, domini Antiocheni, Eutychii Const. Vigilii pro Julii

^e 10. prima autem. p. quinta. scribebundum recte notavit Demochares tam hoc cap. X. Isidori, quam IX. Bedæ. Neque enim Julius Papa fuit temporibus Justiniani Imp. Sed & Domni pro domini scribendum fuit f, & *Mopsuestenum* pro *Mesochænum* ex conciliis. Mopsuestenum adgnovit Contius

^f Vid. I. 148. decr. ^g 24. q. 2. c. ult. §. Item Rabanus. ^h 10. q. 3. c. 2. Priscis. (^y). Idem Theodorus *Mosophenus* appellatur *causa XXIV*. quæstione secunda extrema his verbis etiam apud eundem Contium g: Item Rabanus sanctæ memoriae Episcopus factus Edissenæ civitatis, qui in sacerdotibus re-

splenduit, *Theodorum Mosophenum post mortem in Ecclesia anathematizavit*. Pro Rabanus scribe Rambulas, & pro *Mosophenum Mopsuestenum* (^g). B. Hicne est Theodorus, quem laudat Isidorus in viris illustribus, & ait, ab Acephalis fuisse damnatum? A. Negare non possum eundem esse. Sed existimo Isidorum tunc non legisse acta quintæ synodi generalis. Sic etiam apud Ivonem *parte quarta cap. XXCI. decret.* de Sozomeni historia dicitur: Eam sedes Apostolica suscipere recusat, quando multa mentitur, & Theodorum inconsuete nimium laudat. Pro *inconsuete*, scribo *Mopsuestiae*. B. Vehementer placet. A. Male autem factum est, cum pro concilio *Emeritensi*, concilium apud *Emerech* b scripserunt, *causa X*. quæstione tertia. Ejus concilii mentionem facit Innocentius Tertius lib. II. epist. CXXI. *registri*, & ex eo in decretais ait caput esse, cuius initium *Priscis*. Est autem caput XVI. ejusdem concilii, quod non editum vidi. Et ex eo negatio auferenda est ab editis Gratiani libris: *Cui sua plenissime sufficere non possunt*. Etenim legendum est, sufficere possunt. B. Vox plenissime aperte ostendit negationem non fuisse scribendam (^g). A. Sic ali-

bi

3. in cuius margine hæc sunt: Ivo p. 10. c. 80. Pann. l. 8. c. 26. & in notis dicitur additam esse negationem ex originali, & Ivo, & alia esse emendata.

(^y) Caput 10. dist. 16. cuius initium Prima autem: part. quinta, in editione Gregoriana sic habet: Quinta in Constantinopoli contra Theodorum *Mopsuestenum*, & omnes hæreticos &c. temporibus Justiniani Principis, Vigilii Papæ Romani, Domini Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani. Et in margine est: alias *Domni pro Domini*. Capite nono extenso, cuius initium Sexta synodus, hæc verba sunt: Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ sub Justiniano Principe, contra Theodorum, & omnes hæreticos. Et in margine: Pann. l. 2. c. 11.

(^g) Capite ult. 24. q. 2. §. Rambulas. hec verba sunt in Romana editione: Rambulas sanctæ memoriae Episcopus factus Edessenæ civitatis, qui in sacerdotibus splenduit, [al. RESPLENDUIT] Theodorum ipsum *Mopsuestenum* etiam post mortem in Ecclesia anathematizavit.

(^g) Inscriptio capituli secundi Priscis. 10. q. 3. in eo libro hæc est: Item ex concilio *Emeritensi* c. 16. In notis hæc sunt: Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manu scriptis corrupte citabatur ex concilio *Merech*. Est autem in *Emeritensi* c. 16. cuius concilii duo exemplaria ad S. D. N. *Gregorium XIII*. missa sunt. Hujus concilii, & capituli meminit Innocentius tertius in *Epistolis Roma* impressis lib. 2. epistola Petro Compostellano scripta his verbis: „ *Emeritense vero concilium au-*

„ then-

(^b) Inscriptio capituli 34. *Sacramenta*. 1. q. 1. in eodem libro Romano hæc est: Idem [Augustin.] ad *Emeritum* epist. 164. Et in margine: Algerus l. 3. c. 9. Polyc. l. 7. tit. 10. Similis inscriptio est. cap. 3. *Nostri*. 23. q.

a De con-
secr. d. 1. c.
30. Altaria.
b Burch.
libro 3. c. 25.
c Ivo lib.
2. tit. 4. c.
5. panor. &
p. 3. c. 30.
decr.
d 15. q.
4. c. 2.
e Burch.
libro 13. c.
21.
f Ivo p.
4. c. 53. dec.
g Burch.
lib. 11. c.
77. & lib.
13. c. 27. &
28.
h Ivo d.
p. 4. c. 59.
& 60. & p.
14. c. 125.
decr.
i Regin.
in add. an.
936. Lam-
ber, an. 935.

bi pro Epaunensi concilio, Hipponeſe ſcri-
ptum eſt. Haec enim eſt capiſis XXX. de
confeſeratione inſcriptio a: Item ex concilio
Hipponeſi cap. IV. Altaria ſi non fuerint la-
pidae &c. Scribendum, Epauneniſi cap. XXVI.
C XXVII. Melius tam Burchardus b, quam Ivo
c id caput referant (a). Quis etiam ferat, quod
cauſa XV. dicitur? d Item ex concilio apud
Ephesum habito praefente Henrico Rege?
Placita ſecularia &c. Quis Rex interfuit E-
pheſi in synodo, qua babita eſt ſub Theodo-
fio Minore, ſi de generali loquimur? Si de
alia, quid Henrico cum Epheso? Apud Bur-
chardum e pro voce Ephesum eſt Erphesfurt,
qua vox Germanica eſt: apud Ivonem f Er-
phord, non ſine mendo a. B. Memini vide-
re Romæ notas tuas ad Hadrianum, ſive En-
gelramum, in quibus de hac emendatione di-
cebatur. Eamque aliis Burchardi g, & Ivo-
niſ h locis conſirmabas. A. Inveni poſtea in
quibusdam chronicorum libris Galliæ, & Ger-
maniæ, i ejus loci, & concilii mentionem;
item loci tantum, in epiſtulis Zachariæ, &
Bonifacii Martyris [β]. Sed anchoras tolla-
mus.

DIALOGUS QUARTUS.

De eadem re.

C. Ncidi, Gratiani librum hodie legens, in
quædam verba capiſis primi, k & fe-
cundi distinctionis LXIII. de quibus ſcire ve-
lim, quid ſentias. A. Quid illud eſt? C.
Dixisti nuper l, Nicolaum, & Hadrianum
Minorem contra Photium pro Ignatio ſcripſi-
ſe, & ſub Hadriano octavam synodum habi-
tam fuſſe. A. Dixi fateor, idque verum eſ-
ſe exiſtimo. C. At non Photius, ſed Fotinus
bis dicitur diēto capite ſecondo, quod inſcri-
bitur, ex octava synodo, & ejus initium eſt:
Hadrianus Papa ſecondus, quod Nicolaus præ-
deceſſor ejus diſpoſuerat, miſſos ſuos &c. A.
Utere vellima, vel ſpongia mea, quas Græ-
cis verbis Iſocrateis adornat uper vidisti
ΦΙΑΟΜΑΘΗΣ ΠΟΛΤΜΑΘΗΣ: & pro Fo-
tino, ſcribe Photium. C. Hic ille eſt b, cu-
juſ Bibliotheca laudatur, & XIV. tituli No-
mocanoris cum Theodori Balsamonis com-
mentariis extant Latini uper facti? A. Hic
ipſe eſt. Sed quid de primo capite quæris? C.
Idemne Hadrianus eſt primi capiti ſcriptor;
an primi primus, ſecondi ſecondus? A. Utrum-
que caput ex octava synodo eſt ſub Hadria-
no Minore cap. XXII. Referunt Ivo m, & An-
sel-

k Dip.
63. c. 1. &l Dial.
3. ante add.
2.m Ivo
lib. 3. tit. 2.
c. 1. Panor.
& p. 5. c.
122. decr.

thenticum eſſe multis rationibus aſtruebas,
tum quia cum aliis conciliis continetur in
libro, qui Corpus canonum appellatur, quem
Alexander Papa per interlocutorem authen-
ticum comprobavit: tum quia de ipſo
concilio ſumptum eſt caput [Priseis qui-
dem canonibus] quod continentur in corpo-
re decretoru.n “. Et mox: Sufficere poſſunt.
Sublata eſt negatio, qua erat in vulgatis,
quoniam & ab utroque exemplari concilii, &
a vetuſtis Gratiani codicibus abeſt: & hoc
modo magis convenit cum ratione legis.

(a) Capitiſ 31. Altaria. de conſecr. diſt. 1.
inſcriptio eſt in edit. Gregor. Item ex Conci-
lio Epaunensi c. 26. & 27. Et in notis eſt:
Ivo citat, ut vulgata Gratiani exemplaria,
ex concilio Hipponeſi. Sed ex Burchardo,
& vetuſtis Gratiani codicibus reſtitutum eſt
Epaunensi, ex cuius 26. & 27. capitiſ con-
fectum eſt. Et in margine hac ſunt: Burch. l.
3. c. 25. Ivo par. 3. c. 30. Pann. lib. 2. c.
32. Eſt autem in hac diſtincione varietas
numerorum capitum a noſtris dialogis: qua

oritur ex diſtincione primi capitiſ. Nobis enim
non duo capita ſunt initium diſtincioneis
Confeſerationem, & illa verba Tabernacu-
lum enim &c. Quod non fugit ſelectos vi-
ros, qui veniam petunt ob citationes docto-
rum.

(b) Inſcriptio capitiſ ſecondi 15. q. 4. in
eodem libro hæc eſt: Item ex concilio apud
Erphesfurt habitu praefente Rege Henrico. Et
in notis: In vulgatis legebatur Ephesum,
quaſi hoc eſſet decretum aliquod concilii Ephe-
ſini habitu tempore Cæleſtini Papæ, & Theo-
dosii junioris. Hoc vero eſt Germanicum con-
cilium habitum praefente Henrico Rege, pro-
ut etiam apud Burchardum, & Ivonem di-
citur. Et codices Gratiani manu ſcripti habent,
quemadmodum eſt reſtitutum. In hoc autem
oppido petiit Bonifacius a Zacharia Papa con-
ſtitui Epifcopum, & impetravit. Quod appa-
ret ex prima epiſtola Bonifacii ad Zachariam,
& ultima Zachariæ ad Bonifacium. Et in
margine hac ſunt: Burch. l. 13. c. 21. Ivo p.
4. c. 53.

A Imo ſine Mendo. Utrumque enim legitur. Bonifacius Epifcop. Moguntinus in Epiftola ad Zachariam
Pontificem Rom. Unam, inquit, eſſe ſedem Epifcopatus decrevimus in caſtello, quod dicitur Wirtſburg, & alteram
in oppido, quod nominatur Buriburg, (Bertius conicit legendum eſſe Nuriburg) tertiam in loco, qui dicitur Er-
phesfurt, qui fuit olim paganiorum. Erphordia, Erphurdia, Erphord, Erfurd, paſſim in ſequioris ævi ſcri-
ptoribus nominatur. Vide ſodes, qua habet de ea Petr. Bertius lib. 3. Rerum Germanicarum mihi pag. 527.
quaſe huic transferre, niſi notas ſcriberem. Adde etiam Dresserum in part. quinta Iſagoges Histor. pag. 224.
Concilia autem illud Erphordiense habetur in collectione regia Conciliorum tom. 25. in quo continentur
Concilia ab anno 1073. ad 1116. M.

B Vide de eo late Hift. meam juſ. Ecclef. num. 228. & ſeqq. M.

^a Anf. lib. ^b c. 20. ^c Deusd. ^d Cœsar. ^e lib. 3. c. 63. ^f Tarrac. ^g lib. 1. c. 47. ^h 10. q. 3. ⁱ c. 8. Inter ceteras.

selmus *a*, & Deusdedit *b*, & liber Cœsaraug. *c* & tuus. B. Tarraconensis *d* A. C. Cur igitur utrumque non conjungitur, & omnia, ut in ipsa synodo octava sunt, leguntur? B. Si Gratianus ex fontibus suis aquas derivasset; id fecisset. Sed ex his, & aliis permultis constat, neque concilia vidisse, neque registra Pontificum *b*, neque alia sanctorum Patrum scripta: sed eum, quæ in variis collectionibus reperta ab eo sunt, ea in medium protulit. A. Non nego, hæc ita se habere: sed non facile invenire poteris omnia, quæ retulit Gratianus. B. Quis ille est Episcopus Neophæsinus Roma missus? nomen Ecclesiæ audiri numquam. A. Nepesinus *c* scribendum est. B. Hoc maxime placet, ab urbe Nepete, ut opinor. A. Maxime (*x*). Sed de aliis videamus; *Gallia pro Galicia* scripta est causa X. extrema Gratiani *e*, in illis verbis Toletani concilii. *Querimonias etiam parœcialium presbyterorum Galliæ provinciæ solertissime discernere*. Ejus capitinis verba sunt in Toletano concilio septimo cap. quarto, non quarto concilio, quod Demochares etiam animadver-

tit, sed cetera non mutavit. Scribe igitur *Gallia* pro *Gallia*; & *parochianorum* pro *parœcialium* [*β*]. Gennadium pro Germano, & *Thaumaturgum* pro *Trimegisto* scribere oportet *dist.* XVI. *cap.* VII. *f*. Sunt enim verba sextæ synodi repetitæ in *Trullo* *cap.* II. Quis autem umquam Gregorium *Trimegistum* dici audivit? Kz̄i Γρηγορίος ἐπίσκοπος γενούεσσι Καταρεῖας τῆς Θαυματουργίας, scriptum est in Graeco canone. Et postea, καὶ Γεννάδιος πατριώχης &c. Minus mendosi sunt *Ivo* *g*, & *Cœsaraug.* *liber* *h* in *Thaumaturgo*, at *Germanum* retinent. Contius recte *Gennadium* in margine scripsit, & *Thaumaturgum* [*γ*]. Inscriptio *capitis ultimi distinct.* XCV. *i* ita scripta est: *Item ex concilio Genuensi cap. IV. Palea.* Nusquam id concilium invenies. Scribendum censeo, *Ex concilio Neocœsariorum*, *cap.* XIII. Videndum *Martinus Bracaren.* *cap.* LVI. *Burchardus k*, *Ivo l*, & *Anselmus m*, & *liber Cœsaraugustanus n* [*δ*]. Hæc certa sunt. Illa verisimilia ex Ivone *o*. *Causa XXIV. capitis quarti principium est p.* *Audivimus*, *quod hereticus Ravenna dictus Archiepiscopo*

^f Dist. 16. ^g Ivo lib. ^h Cœs.lib. ⁱ Dist. 95. ^j Ult. ^k Burch. ^l lib. 5. c. 44. ^m Anselm. ⁿ Cœsar. ^o Ivo lib. ^p tit. 5. c. ^q 10. panorm. ^r p. 14. c. ^s 57. decr. ^t p. 24. q. 1. ^u c. 4.

(*x*) *Distinctione 63. in Romana editione caput primum ita inscriptum est:* Unde Hadr. PP. in 8. Syn. Constantinopoli sub ipso celebrata. *Et alterum caput hanc habet inscriptionem:* Item ex octava synodo actione prima Hadrianus Papa secundus, (quod Nicolaus prædecepsor ejus disposuerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem Episcopum, & Stephanum Nepesinum Episcopum &c. *Et postea:* schisma de Ignatii depositione, & Photii ordinatione sedaverunt, Photium anathematizantes &c. *In hoc extremo capite hæc adduntur:* Si hic addatur vers. *Quisquis*, ex capite antecedente; erit integer 22. canon. 8. synodi. In vulgatis sequebatur vox CLERUS, quæ in vetustioribus est glossa interlinearis. *In extremo capite primo hæc etiam sunt in notis:* Hic citantur partes quædam 22. canonis 8. synodi sub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anastasio bibliothecario Latinitate donatae. *Et in marg. eiusdem c. 1.* Anselm. lib. 6. cap. 23. & 27. Ivo p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deusdedit p. 1. *Et in vers. Quisquis. infra c. prox.* Polyc. l. 2. tit. 1. *Et in marg. c. 2.* Anselm. l. 6. cap. 23. Ivo p. 5. c. 122. Pann. & Deusdedit ubi supra. *Et vers. CONSECRATIONES*, Polyc. l. 2. tit. 1.

(*β*) *Capitis octavi Inter cetera, 10. q. 3.*

^a Et hunc quoque librum sæpe laudat auctor istorum dialogorum. Dono ad eum pervenerat ex celebri monasterio Populeti, vulgo *Poblete*, ordinis Cisterciensis, haud procul Tarracone, ubi etiamnum extat optimæ bibliotheca veterum librorum manuscriptorum. Quoniam autem is liber auctoris nomine carebat, placuit illum Tarraconensem appellari ex diœcesi. Continet decreta Romanorum Pontificum usque ad Gregorii septimi tempora, non vero postea; indicium non mediocre pro ea ætate conscriptum eum esse paulo ante Cœsaraugustanum, ut eodem fere tempore hæc duæ collectiones prodierint. Hæc rursum ex Augustino Jesuita. B.

Ibid. Hanc quoque ad incertos collectores referas peto, in *Hist. jur. Eccles.* num. 409. & seqq. M.

^b De his vid. *Hist. meam jur. Eccles.* num. 396. M.

^c In notitia Episcopatum, edita a Miræo, ponitur primus inter Episcopos Thuscian. M.

In eadem editione inscriptio est: Item ex concilio Toletano septimo cap. 4. *In eodem capite hec verba sunt:* querimonias etiam parochialium presbyterorum Galliæ. *Et in marg. al. parochianorum.* *In notis additur:* In conciliis impressis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur *GALLICÆ*: In aliis autem, & emendationibus, atque in codice conciliarior. Lucensi regio habetur, *GALLICANÆ PROVINCIÆ*. Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis, & ejus provinciæ Episcopi ad synodos Toletanas conveniebant; quod ex subscriptionibus Toletani tertii appareat, &c. *Ego vero Galliciæ retineo. Sequitur enim mentio synodi Bracarenis.*

(*γ*) *Distinctione 16. cap. 7. Quoniam. in Romano libro hæc verba sunt:* Gregorii *Thaumaturgi Neocœsariensis Episc.* &c. *Gennadii Constantinopolitanus Episcopi* &c. *Et in marg. al. Germani.*

(*δ*) *Inscriptio capitis ultimi distinct.* 95. *in eodem libro est:* Item ex concilio Neocœsariensi c. 13. Palea. *Et in notis est:* Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysii versio. *Et in marg. hæc sunt:* Anselm. lib. 7. c. 188. Burch. lib. 5. c. 44. Ivo p. 2. c. 53.

scopus &c. Henricus pro hereticus scribendum [α]. In nomine Hieremiae bis errasse librarios invenio. De pœnitentia capite sexagesimo septimo a, ubi in Hieronymum mutatus legitur. Vide cap. XVII. Hieremiae. Et mox cap. LXVIII. Alioquin & in reverentiam loquitur Deus. Pro in reverentiam, scribe in Hieremia b [β]. Ex libro Joann. Andreae de vita, & laudib. B. Hieronymi, Gratiani libri mendosi circumferuntur in ejus nomine; quædam enim Augustino, quædam Gregorio tribuuntur. Exemplum sumamus ex hoc loco in c Democharis, & Contii editione mendoſo relictio, XIV. cauſa, quæſtione prima extrema. Idem Gregorius in epift. ad Jovinianum. Quod præcipitur, imperatur &c. est enim scribendum, Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum. Error errorem sequitur, ut idem d Jo. Andr. ait, eadem enim verba posita sunt, ut Gregorii, lib. V. Decretal. sub titulo de verb. significat. Eadem si placet, in collectione veteri secunda quæramus. C. Exstat sub eod. titulo caput unicum tertio Cæleſtino inscriptum, & in eo bis nomen e Gregorii reperi: Idem secundum Gregorium, quod præcipitur, &c. Et postea: Quod juxta eundem Gregorium, non debet aliquis verba considerare &c. A. Hæc postrema vere Gregorio adſcribuntur, ut apud Grat. invenies.

a depōn.
d. 1. c. 67.
Si agamus
& c. 68.
Quamobrem
§. Rursus.
b Hier.
17. d.

c 14. q.
1. c. ult. in
fine.

d c. 15.
In his. de
verb. signif.

e 22. q.
5. c. 11. Hu
manæ.

C. Quænam alia loca sunt Gregorio, aut Augustino falſo adſcripta? A. Recte a Demochare conſcripta invenies; ut cauſa VII. cap. quadragesimo primo f, In apibus quod Gregorio inſcribebatur. Sic Augustino cap. VI. diſtinct. IX. g & diſt. quinquagesima cap. XIX. h (y). In Ilerda, & Ilerdensi concilio duplex error esse ſoleat. Sæpe enim in Hillerda, & Hyllerda, atque Hillerdenſe, & Hyllerdenſe mutantur: ſemel reſte Ilerda editum eft a Demochare, cauſa prima cap. CXVII. in inscriptione i. Item universis Episcopis per Ilerda provinciam conſtitutis. Quibusdam narrantib. &c. Pro voce Ilerda in margine poſita eft vox minus cognita Helledam: ſed mutanda eft in Helladem, quæ Græciam ſignificat. Fons ejus capit is eft, Demochare teſte, Gregorius libro IV. epift. LXVI. cap. C. ſive poſtremo. C. Non video ex hoc fonte probari poſſe, ſcribendum eft Ilerda, & Ilerdenſe concilium. A. Mihi ſatis eft, Helladem probare. De Ilerda scriptura B. noſter tibi nummis veteribus & titulis monumentorum, & carminibus veterum Poëtarum ſatisfaciet [δ]. Hyllerdenſe concilium pro Triburiensi refert Gratianus diſtinct. quinquagesima quinta cap. X. k & Burchardus l, & Ivo m. Vide cap. XXXIII. Triburiens. concilii (ε). Pro Justiniano Jovianus

f 7. q. 1. c.
41. In apib.

g c. 6. Ut
veterum. diſtinct. g.

h c. 19.
Cum exau
diero. diſt.
50.

i 1. q. 1. c.
117. Qui
busdam.

k Diſt. 55.
c. 10. Si quis.
1 Burchardus.
2. c. 15.
m Ivo lib.
3. tit. 5. c. 1.
panorm. &
p. 6. c. 34.
decr.

TUR, &c. In marg. eft: Cap. unico eod. tit. in 2. compilatione. In caſu ead. verba ſunt. Et in ſcholiis: QUOD PRÆCIPITUR. 14. q. 2. quod præcipitur. Bern. (mendoſe) Inſcriptio cap. 41. cauſ. 7. quæſt. 1. hæc eft: Item Hieronymus ad Rusticum monachum epift. 4. In apibus &c. In marg. eft: Ivo p. 5. c. 356. Caput 6. diſtinct. 9. uno verbo Idem inſcribitur: caput vero quintum Idem (Aug.) ad Hieron. epift. 19. In notis eft: Verba hujus capit is ſunt B. Hieronymi ad Lucinium Beticum epift. 28. ſed mutata non eft inſcriptio ob glossam. in vers. GRÆCI Hieron. in ſecundo prologo bibliæ &c. Sed Aug. ad primitivam Ecclesiam reſpicit &c. Magis credendum eft Hieron. quam Aug. &c. Desidero censuram hor. verbor. Caput 19. diſt. 2. ita inſcriptum eft: Item Hieronymus ad cap. 3. Micheæ. Cum exaudiero &c. In caſu eft: Probat Aug. in hoc c. &c.

(δ) Quod in eadem editione eft, 1. q. 1. c. 117. Quibusdam. hanc habet inſcriptionem: Item universis Episcopis per Elladēm provinciam conſtitutis, eod. lib. 4. epift. 56. ſeu cap. 100. Et in marg. hæc ſunt: Et eod. l. epift. 51. & 55. & l. 5. epift. 7. Et Burch. l. 1. c. 21. Ivo p. 5. c. 108.

(ε) Capitis 10. Si quis in infirmitate. diſtinct. 55. in eodem libro inſcriptio eft. Item ex concilio Ilerdensi. Et in margine: Concordat Triburiense, cap. 33. Et Burch. l. 2. cap. 15. Ivo p. 6. cap. 34. Pannorm. l. 3. c. 42.

nus scribatur oportet cap. VI. de pœnitentia
 a. *Ejus enim refertur constitutio, cuius initium est: Si quis non dicam rapere Ge. b.*
 6. *Si quis.*
 b. *C. de Episcopis. & cler.*
 l. 5.
 c. *Cod. Theod. lib.*
 9. *tit. 25.*
 const. 2.
 d. *Vide hist. Triper. lib.*
 7. c. 4.
 e. *36. q. 2.*
 c. 3.
 f. *Difl. 15.*
 c. 3. *Sancta.*
 §. *Item ve-*
nerabilis.
 g. *Burchard.*
 lib. 3. c. 220.
 h. *Ivo lib.*
 2. tit. 11. c.
 3. *panorm.*
 & p. 4. c.
 69. *decr.*
 i. *Cæsar.*
 lib. 2. c. 6.
 k. 1. q. 3.
 f. 8. *Salva-*
tor.

trumque Burchardus *g*, male Ivo in panoramia, recte idem in decretis *h*, & liber Cæsaraugust. *i* &, ut suspicor, Episcopus Segobiensis [*b*]. Quod dicam, non ita certum est. Idem Juvenci nomen mutatum invenio *causa prima quæstione III.* in inscriptione cujusdam capituli Urbani Secundi, quæ sic edita est: *Item Urbanus Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Præposito Ecclesiæ sancti Vincentii salutem, & Apostolicam benedictionem k. Salvator prædicit &c.* Exemplum hujus epistulæ inveni, in quo erat L. post vocem *filio*, quod Laurentium fortasse significat; & pro sancti *Vincentii*, erat, sancti *Juvenci Ticinensis*. Ejusdem epistulæ partem
 Tom. III.

(*α*) *De pœnitent. distinc. 1. c. 6.* Si quis non dicam. In Romana editione ita inscribitur: Cod. lib. 1. de Episcopis, & cler. Imperator Jovianus. Et in marg. hæc sunt: Tit. 3. & Cod. Th. l. 9. tit. 25. l. 2. c. 36. q. 2. Si quis non dicam. Triper. hist. l. 7. c. 4. Polyc. l. 4. tit. 35. Capit. tertii 36. q. 2. eadem inscriptio est, nisi quod Jovianus, pro Jovianus editus est. In marg. est: Sup. de pœn. d. 1. Si quis non dicam. l. in Cod. Theod. l. 9. tit. 25. l. 2.

(*β*) *In eadem editione cap. 3. Sancta Roma-*
na. §. Item venerabilis. distinc. 15. hæc ver-
ba sunt; Item Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. *Et in notis hæc sunt:* Antea legebatur: ITEM VINCEN-
TII, restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Ivone. *De quo Juvenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

(*γ*) *Capit. 8. Salvator. 1. q. 3. in eodem libro hæc inscriptio est:* Item Urbanus II. Episcopus servus servorum Dei dilecto filio L. Præposito Ecclesiæ sancti Juventii apud Ticinum, salutem, & Apostolicam benedictionem. *Et in margine:* Lucio, Anselm. & Deusdedit p. 2. Ans. l. 5. c. 42. *Et in notis:* Integrum epistolam Urbani II. dilecto filio L. Præposito ecclesiæ B. Juventii apud Ticinum

inveni apud Anselmum libro tertio extremo, in libro Romano. Poterit B. noster ex Italia nos certiores facere, num sit aliquis sanctus Juvencus, vel Juventius Ticinensis, cuius hæc sint. Interea hæc in variis lectionibus concribantur. Miror autem, cur post hanc inscriptionem edi Demochares passus sit hæc verba: *Quare in Evangelio prohibetur investitura Ecclesiæ a laicis fieri?* B. Hocne, obsecro te, editum est? A. Inspice. Quid tibi videtur? B. Nunquam hoc Demochares edidit: deleri oportet duas illas voces, in Evangelio. A. Immo tota clausula. In eodem capite hæc leguntur: *Sed beatus antecessor noster Paschalis libro de consecratione affirmavit &c.* Errare aliquos scio in hoc nomine *Paschalis*, & pro eo *Paschali* substituunt. Liber de consecratione *Paschalis* Papæ nullus exstat. Sed vox libro auferenda est. Sic enim in exemplo hujus epistulæ est. *Sed beatus antecessor noster Paschalis de consecratione affirmavit, quod quisquis eorum alterum vendiderit &c.* Hæc *Paschalis* Primi sententia posita est a Gratiano cap. VII. ejusdem quæstionis ex epist. ad Mediolanenses *l*, ut ex veteribus libris cognovi. Quod caput etiam referunt Ivo *m*, & Anselmus *n*, & Deusdedit *o*, & liber Cæsaraugust. p (*y*). In alia inscriptione posita cap. quinquagesimo sexto de consecratione scriptum est: *Item Macarius Papa. Nullus Episcopus &c.* q Quis unquam audivit, *Macarium Papam* fuisse? Pro *Macario Zacharias* scribendus est, qui in synodo Romana non edita cap. XIII.

E

1. r. q. 3.
 c. 7. si quis.
 m. Ivo lib.
 3. tit. 9. c.
 7. pan. & p.
 2. c. 84. deer.
 n. Ans. lib.
 7. c. 190.
 o. Deusdedit.
 c. 2.
 p. Cæsar.
 lib. 4. c. 43.
 q. De conf.
 d. 1. c. 56.
 Nullus.

& XIV.

refert Deusdedit in sua collectione. In summa hujus capitilis hæc tantum sunt rubrica notata: De eodem. In indice librorum ante Gratiani verba edito hæc sunt: Urbani II. concilium Placentinum, & fragmentum alterius concilii, & epistola L. Præposito sancti Iventii, ex Vaticana. In eodem capite §. Sed & beatus. ita editum est: Sed & beatus prædecessor noster Paschalis de consecratione affirmat, quod quisquis &c. Et in margine est: sup. ead. c. Si quis. Et in notis: Antea legebatur Paschalis libro de consecratione. Restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ. Et inscriptio capit. 7. Si quis objicerit. hæc est: Item paschalis Papa. Et in notis hæc sunt: Auctor vero hujus capitilis, ac totius illius epistulæ est Paschalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epistola Paschalis est post decreta Hadriani II. cum decreta Paschalis II. sint post Urbanum II. eo plane ordine, quo sibi successebunt: quod etiam in sequenti capite indicatur. Et in marg. Deusdedit p. 2. Magist. l. 4. dist. 25. Polyc. l. 7. tit. 6. Anselm. l. 13. cap. 33. Ivo p. 2. cap. 84. Pann. l. 3. cap. 123.

a Bucr. l. & XIV. illis verbis utitur. Videndus Bur-
z. c. 230. chardus a, & Ivo b, & liber Cæsaugust.
& 231.

b Ivo p. c qui hæc Zachariæ adscribunt [x]. Illud le-
z. c. 271. & ve videatur, quod mendosum est caussa XVI.
272. decr.

c Cæs. li- d Prima actione Theodulphi Malachitanæ
bro 4. c. 48. Ecclesiæ Antistitis &c. Scribendum Malaci-
tanæ, ex concilio Hispalensi secundo cap. I.
d 16. q. 3. c. 13. prima. Et postea, Egabrensis, non Egabiensis (3).
e Dist. Masonem pro Massanum scribo distinct. quin-
50. c. 28. quagesima cap. XXVIII. in inscriptione e.
Domino.

f 33. q. Item Isidorus ad Massanum Episcopum: Do-
2. c. 11. Hoc mino sancto, meritisque beato fratri Massa-
ipsum. no Episcopo Isidorus Episcopus salutem. Scri-
lib. 19. c. bo, Masoni pro Massano. Recte apud Gra-
43. & 73. tianum, caussa XXXIII. editum est f. De
h Ivo lib. his ita scribit Isidorus ad Masonem Episco-
3. tit. 11. c. 6. pum. Exstat eadem epistula ante libros sen-
17. panorm. tentiarum, five de summo bono. Refert Ra-
& p. 6. c. 397. & 398. banus in libro pœnitentium cap. I. Burchar-
& p. 15. c. 86. dus g, & Ivo h, & Anselmus i, & liber Cæ-
86. & 95. saugust. k, & Tarraconensis l (y). Sed quid
decr.

i Anselm. vos inter vos? B. Querit C. a me, cur me-
lib. 8. c. 37. lius sit Masonem, quam Massanum scribere.
k Cæs. Ego illi postea me dictum respondi. A.
lib. 8. c. 69. Quid autem dicturus eras? B. Quæ tu de
1 Tarrac. lib. 2. c. 84. Masonibus in Papiria familia scripisti. Unde
& 85. Marso ille apud Ciceronem, a te Maso dictus,

in tenebris diu jacuerat, quod Petrus Victorius laudat. A. Ego vero jam istorum eram oblitus. Veteres tantum libros sequendos dixisse. Sed cetera persequamur. Quid vos Melchiam esse creditis dist. XXXII. cap. X. m? B. Vocem sine mente, ut βλήτυει, live βλήτυει. A. Licebitne Melchiam substituere? B. Immo ex aſſe heredem instituas, licet. Incidi enim Roanæ aliquando in Urbani secundi synodus apud Melchiam habitam. A. In ea synodo cap. XII. quod Gratianus refert, extat. Ivo in Panor-
mia Melchiam scribit n minus mendose (8). Gregorii verba sunt apud Gratianum caussa XVI. o. Et temporum qualitas, & vicini-
tas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Musitanam unire debeamus Ecclesiæ. Muſi-
natum, pro Musitanam habet Anselmus p. Misenatem, vel Misenatum malo, ut habet Joannes Diaconus lib. III. cap. XIV. de vita B. Gregorii. Fons est Gregorius lib. II. epist. & cap. XXXI. ut refert Demochares [ε]. Idem caussa undecima cap. XLIII. q pro Milevitano concilio Toletanum tertium cap. XIII. edi-
dit. Sed cum ejusdem capitulis fieret mentio quæſtione secunda r, vocem Milevitani reli-
quit (z). Postremo ex Gregorii epistula s M-
nothelitas liceat iterum damnare, quos con-
stat,

n Ivo lib.
3. tit. 8. c.
18. panorm.
o 16. q. 1.
c. 48.

p Anſ. lib.
6. c. 100.

q 11. q. 1.
c. 42. Ino-
lita.
r 11. q. 2.
c. un.
s D: confe-
rat. d. 4. c.
44. Ab anti-
qua.

(x) *De consecrat. distinct. 1. in libro Ro-
mano cap. 57.* Nullus Episcopus. hæc inscri-
ptio est: Item Zacharias Papa in synodo Ro-
mana c. 13. & 14. Et in notis hæc sunt: An-
tea legebatur Macarius. Emendatum est ex
aliquot vetustis codicibus & cateris collecto-
ribus. Et caput ipsum habetur in concilio ma-
nuscripto Zachariæ. Et in margine: Polyc.
l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 230. & 231. Ivo
p. 3. c. 271. & 272. Varietas numeri capitum
hujus distinctionis pendet a cap. 1. ut antea
diximus.

(y) *In eadem editione 16. q. 3. c. 13. ita
inscriptum est:* Item ex concilio Hispalensi
II. cui interfuit Isidorus, c. 1. Prima actione
Theodulphi Malachitanæ Ecclesiæ Antistitis
&c. ab ecclesiis Astiginae, Eliberitanæ, atque
Egabrensis &c.

(z) *Distinct. 50. cap. 28. in eodem libro
hæc inscriptio est:* Item Isidorus ad Massa-
num Episcopum. Domino sancto, meritisque
beato fratri Massano Episcopo salutem. Et
in marg. al. MASONEM al. MASSENUM. O-
rig. Et Anſ. l. 8. c. 37. Polyc. l. 4. tit. 39.
Ivo p. 6. c. 397. p. 15. c. 57. & 86. Burch.
l. 19. c. 43. & 73. Pann. l. 3. c. 149. Rab.
Pœn. l. 1. c. 1. Et in notis hæc sunt: Sic ha-
bet hoc caput in epistola, quæ nuper una
cum aliis Isidori operibus est impressa Par-
isiis, & ita inscribitur: „Isidori Hispalensis
„Archiepiscopi Epistola ad Massanum Epi-
scopum &c. „Inscriptio cap. 11. Hoc i-
psum. 33. q. 2. hæc est: De his ita scribit Isi-
dorus ad Masonem Episcopum in præfatione
ad librum de summo bono. Et in marg. al.

MASSENUM. Et Raban. l. Pœn. c. 1. Polyc. l.
4. tit. 39. Anſ. l. 8. c. 37. Ivo p. 6. c. 398.
& p. 15. c. 91.

(ε) *Inscriptio capitulis 10. dist. 32. in Ro-
mano libro hæc est:* Item Urbanus II. in sy-
nodo apud Melchiam c. 13. Eos, qui post
subdiaconatum. Et in margine: Pann. l. 3.
c. 101. Et in indice librorum ante Gratia-
ni verba: Urbani II. synodus apud Melchiam
ex Vaticana, & a Jacobo Pamphilio canonico
Brugensi.

[ε] *Quod extat 16. q. 1. c. 48. ita editum
in Gregorianæ editione est:* Unde Gregorius
Papa scribit Benenato Episcopo, lib. 2. epist.
21. „Et temporis qualitas, & vicinitas nos
„locorum invitat, ut Cumanam atque Mi-
„senatem unire debeamus Ecclesiæ“.

*Et in notis MISENATUM. Sic emendatum est ex
vetusto codice B. Gregorii: quamvis in vul-
gatis, sicut etiam apud Gratianum est Mu-
SITANAM. Et in marg. Anſ. l. 6. c. 108. Po-
lyc. l. 3. tit. 30.*

(z) *Capitulis 42. Inolita. 11. q. 1. hæc est
in eodem libro inscriptio:* Item ex concilio
Milevitano. Et in marg. In Tolet. 3. c. 13.
Et in notis: In concilio Milevitano, quod
habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen ci-
tatur etiam ab Innocentio III. in c. Si dili-
genti. de foro comp. Habetur autem in To-
letano 3. c. 13. Et in eadem caussa quæſt.
2. c. un. Quod vero culpa illa suspensione
digna sit, ex capitulo illo Milevitani conci-
lii liquido constat. Et in marg. supra q. 1. INO-
LITA. Varietas numeri capitum quæſt. 1. ori-
tur ex cap. 10. Si quis clericus. quod in li-
bro

stat, a Martino primum Pontifice in concilio Romano fuisse damnatos mortuo jam Gregorio. Locus Gregorii sumptus est ex libro IX. epist. sexagesima prima ad Quirinum, & ceteros in Hibernia Episcopos, ut habet Demochares. Aliis, in Hiberia, magis placet. Apud Iwonem, a & in libro Cæsaraugust. b vox Hibernia non mutatur; Monophysitas pro Monothelitas mutatur: quod probo. Monophysitas est in veteri Anselmi libro in additionibus [x]:
 Claudire jam rivos pueri: sat prata biberunt.

a Ivolib.
1. tit. 2. c.
81. Pann.
norm. Op. 1.
c. 153. decr.
b Cæsar.
lib. 12. c. 68.

DIALOGUS QUINTUS.

De aliis Mendis Gratiani.

A. **N**ihil magnum veteres Romani, nisi auspicato, inchoare solebant: non solum in bello, sed in pace; tam publice, quam privatim. In eo cæci fuerunt; quod auxilia, & signa ab avibus, a canibus, a deorum simulacris petebant: tamen natura duce Dei auxilium petebant. Nobis nihil agendum Paulus præcipit, nisi in nomine Domini. Auspicato igitur hodie a Petro, & Paulo Principibus Apostolorum Dei incipiamus. Gelasii verba sunt apud Gratianum Distinct. LIV. c Magnis quippe studiis, secundum B. Petrum Apostolum præcavendum est: ne fides & disciplina Domini blasphemetur. Ubi Petrus hoc dixerit, ignoro. Sed Paulus

e Distinct.
54. c. 12. Ge-
neralis.

priori ad Timotheum epistula cap. VI. id scripsit. Et vidi in veteribus libris prima litera hæc nomina conscribi. Ita P. Apostolum scriptum olim fuisse, postea Petrum Apostolum credo. Fons est Gelasii epist. I. cap. XVI. ut notat Demochares. Ivo vocem d Petrum d Ivo p. 6.
omittit, licet in margine habeat Petri epist. c. 100. decr.
II. cap. II. & Pauli ad Roman. cap. II. Si Petrus id dixit, nihil mutandum erit. Si non dixit, aut Paulus scribendus erit, aut vox Petrus delenda. B. Selecti viri tollunt vocem Petrus, & in marg. addunt, i. Tim. VI. ubi pars verborum Gelasii invenitur [β]. A. Isidorii locus sequitur apud Gratianum e Nam e Dist. 2.
sub Octaviano Cæsare suffecti Consules Pa- c. 7. Quædam.
pius, & Pompejus legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia, & Pompeja. Poppæus pro Pompejus, Poppæa pro Pompeja scribendum est ex fastis capitolinis, & variis scriptoribus, ut in legibus scripsimus. Idem Contius notat (γ). Pompejo vieto, Renaldus vincendus est, cuius mentio fit in concilio Triburiensi f apud Gratianum in Patee f 17. q. 4.
nomine additis. Omnes, inquit, presbyteri c. 26. O.
interfectores compositione Episcopi, ad cuius mnes.
parochiam pertinent, solvantur, ita videlicet, ut medietatem Renaldus Episcopus ejus utilitati Ecclesie, cui prefuerit, tribuat. B. Hic Renaldus Episcopus est, facile a te vincetur. A. Quid si vobis vocem aliam Renaldo fortiorem substituam? B. Quænam ea est? A. Wrigildi a. C. Estne hoc Episco- E 2. pi

bro meo est ii. nam decimum est, Episcopus non flagitetur: quod in Romano est pars cap. 9. Testimonium.

(α) De con/eccrat. distinct. 4. c. 44. Ab antiqua, in libro Romano hanc habet inscriptionem: Item Gregorius Quirino Episcopo, & ceteris in Iberia Episcopis, l. 9. epist. 61. Et in notis: IBERIA. Sic emendatum est ex originali manuscripto Vaticano. Antea erat HIBERNIA. Et in marg. Polyc. ibid. [hoc est l. 3. tit. 10.] Ivo p. 1. c. 153. Pann. l. 1. c. 88. Et in eodem capite: Monothelitas vero, & alios &c. In notis hæc sunt: In originali, & in Polycarpo, & apud Iwonem in textu est, MONOPHYSITAS. De qua hæresi scribit Joannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus & Nicephorus, & alii. Sed ob glossam non est mutatum.

(β) In editione Gregoriana cap. 12. Generalis. distinct. 54. hæc verba sunt non longe a fine: Magnis quippe studiis, secundum

beatum Apostolum, præcavendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. Et in marg. 1. ad Tim. 6. & 2. Pet. 2.

[γ] Distinct. 2. cap. 6. Quædam. in ea- dem editione his utitur verbis: Nam & sub Octaviano Cæsare suffecti Consules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ a nominibus eorum appellatur Papia, Poppæa. Et in notis hæc sunt: Antea legebatur Papius & Pompejus, & paulo post: PAPIA & POMPEJA: Emendatum est ex manu scriptis exemplari- bus Isidori: Nam in impressis notaverat er- rorem Alciatus lib. 3. disp. c. 3. In tabulis autem Capitolinis anno urbis DCCLXI. ex Kal. Jul. suffecti Consules numerantur M. Pa- pius, Q. Poppæus. Varietas numeri capitum hujus distinct. cum meis dialogis oritur ex capite primo, quod mihi est initium dist. sumptum ex verbis Isidori: ejus non habe- tur ratio in eo libro Romano.

A Varie scripta legitur hæc vox: Wrigelt, Wergilt, Wergil, vid. Freher. in Gloss. in Marculphi formul. Wirgildum vocatur lib. 1. ubi Doctiss. Bignonius notat, Wirgildum vocari pecuniam, quæ pro homicidio, aut alio delicto defuncti heredibus solvebatur; fredum vero quidquid ex eadem causa fiscus capiebat. Ex more veterum Germanorum, apud quos delicta pecunia æstimabantur, homicidium morte non ine- batur. Vestigia moris habet Tacitus. Suscipere, ait, tam inimicitias seu Patris seu propinquai, quam amicitias neceſſe est. Nec implacabiles durant. Luitur enim homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipique satis- factionem universa domus. Vid. quædam apud Schottelium, de ling. Germ. lib. 2. c. 12. pag. 585. & de va- lore ejus Weneri Observat. Praet. & Jacob. Alemann. in Palæst. consult. 8. de jur. monet. quest. princ. 1. part. 13. Vocatur Wergeldum etiam Sbiungeld, Mangeld, de quibus vid. Wehnerum in observ. in jure Saxonico occurrit saepius vox ista. M.

pi nomen? A. Non est, sed compositionis. Apud Burchardum lib. VI. cap. XI. ita est: Presbyteri interficti compositio Episcopo, ad cuius parochiam pertinebat, solvatur, ita videlicet, ut medietatem Wirigeldi ejus Episcopus utilitatibus Ecclesiae, cui praeftuit, tribuat. Eisdem verbis utitur Ivo parte X. c. CXL. decret. & Bernard. Papiens. cap. II. de pœnis in prima collectione decretalium a.

a c. 2. de
pœnis. Ca-
pit. lib. 4.
c. 11.

Sed Gregorius IX: eam vocem noluit reperire, compositionis voce contentus. Ex his, & aliis, quæ in Capitularibus Caroli, & Ludovici leguntur, pro illis verbis, Omnes presbyteri interfictores compositione Episcopi &c. scribo, Omnes presbyteri interficti compositiones Episcopo solvantur (a). De Sacratio Rege Arragonum sub Hormisda Papa, quod Renaldi fabulis simile videtur, aliquid dicamus. Apud Gratianum caufa XXXI. b quæstione secunda post Hormisda caput legimus:

b 31. q.
2. c. 2. & 3.

c Ivo lib.
6. tit. 8. c. 8.
panorm. c. 1.
d. q. 2.

d Ivo p.
8. c. 24. decret.

Item Sacrario Regi Arragonum. De neptis tuæ conjugio &c. Apud Ivonem c in Panormia eadem verba sunt: non tamen post Hormisda verba, sed post Urbani, quæ etiam Gratianus refert ante Hormisda epistulam. Apertius idem Ivo d parte VIII. decret. Urbanus Satino Regi Arragonum. In libro Cæ-

saraugustano e Carthusianorum, qui Hieronymi Zuritæ a fuit, recte est: Urbanus secundus Sanctio Regi Arragonum. Errati occasio fuit, quod Palea Hormisda caput inseruit inter duo Urbani f rescripta. C. Hoc idem Didacus Cobarrubias Segobiensis Episcopus divinaverat. A. Gaudeo nos idem dicere, quos veri inquirendi studium conjunxit, & amicitia, non vulgaris (b). In Sisebuti, vel Sisenandi Regis Hispaniæ nomine tæpe erratum inventio. Distinct. quadragesima quinta cap. V. g ex concilio Toletano IV. cap. LXI. ut Demochares etiam notat: temporibus religiosissimi Principis Zizebuti: scribo Sisebuti: quidam Sisenandi scribunt, ut Burchardus h, & Ivo i, quæ varietas in conciliorum libris est. Item de consecratione distinct. IV. cap. XCIV. k quod dicitur esse ex Toletano concilio quinto; sed ex Toletano quarto cap. LVIII. est Demochari: illuc ita scriptum est: De quibus consulti plissimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemundi Regis, hoc sanctum decrevit concilium. In margine Sigismundi nomen est. Apud Burchardum l, consulti pro consulti est aptius, & Sisenandi pro Sisemundi. Item apud Ivonem in panormia m: sed in decretis consulum, & Sisenandi habet, non

e Cæsar.
lib. 10. c. 14.

f lib. 4. c.
11. var. re-
sol.

g Dist. 45.
c. 5. De ju-
dæis.

h Bure. lib.
4. c. 82.

i Ivo lib.

l. tit. 2. c.

65. panorm.

& p. 1. c.

276. dect.

k De conf.

d. 4. c. 94.

Plerique.

l Bure. lib.

4. c. 85.

m Ivo lib.

l. tit. 2. c.

68. panorm.

& p. 1. c.

279. dect.

(a) In eodem libro caput 26. Omnes. 17. q. 4. ita scriptum est: Item ex eodem (hoc est, Triburienſi concilio) c. 5. Palea. Omnes presbyteri interfictores compositione Episcopo, ad cuius parochiam pertinent, solvantur: ita videlicet, ut medietatem Wirigeldi, ejus Episcopus utilitatibus Ecclesiae, cui præfuit, tribuat &c. Et in margine al. WIRIGELDI. Et Capitul. l. 4. c. 15. ext. de pœnis. c. PRESBYTERI. Burch. l. 6. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. Pann. l. 8. c. 6. Et in notis: Hæc quoque Palea in uno tantum Vaticano codice habetur. Est autem in Capitularibus (unde citatur in Pannonia) lib. 4. c. 15. & in Decretalibus tit. de pœnis. c. PRESBYTERI. In concilio etiam Triburienſi, quod extat, c. 4. habetur quiddam simile. Et postea INTERFECTORES: sic etiam in Pannormia. Vaticanus codex habet INTERFECTI. In Capitulari legitur » Presbyteri interficti Episcopo, ad cuius parochiam pertinent, solvantur, secundum » capitulare glorioſi Karoli genitoris nostri; » ita videlicet &c. « Verum in Decretalibus & apud Burchardum, & Ivonem hoc modo » Presbyteri interficti compositio Episcopo, » ad cuius parochiam pertinebat, solvatur: » ita videlicet &c. « & similis locutio habetur in concilio Triburienſi c. 4. Sed quoniam est initium capituli, nihil visum est hic mutandum: reliqua autem sunt emendata ex locis indicatis. Et postea: WIREGELDI: Antea

legebatur RENALDUS. Emendatum ex ceteris locis indicatis, præterquam ex Decretalibus, unde abest utraque vox: legitur tamen in prima collectione. Caput 2. de pœnis, in editione Romana ita scriptum est: Ex concilio Triburienſi: » Presbyteri interficti compositione Episcopo, ad cuius parochiam pertinet » solvatur: ita ut medietatem &c. « In marg. est: In concilio Triburienſi sub Arnulpho Imp. c. 4. Sed aliis verbis referunt Burchardus lib. 6. decret. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. & Gratian. sive Palea 17. q. 4. cap. OMNES PRESBYTERI.

(b) Capitis tertii De Neptis. 31. q. 2. in eodem libro inscriptio est: Item Urbanus secundus Sanctio Regi Arragonum. Et in notis: SANCTIO. Sic est emendatum ex vetustis exemplaribus, Pannormia, & historiis Regum Aragonum. Nam antea erat SACRATIO. Et in margine Ivo: p. 8. c. 24. Pann. l. 6. c. 109. Capitis 2. Tua. eiusdem quest. hæc inscriptio. (Econtra Hormisda Papa scribit Eusebio Episcopo) Palea. Et in notis: Palea hæc in Decretalibus est c. 1. tit. de despōnſ. impub. & in vulgatis quidem citatur ex Honorio: sed in prima Decretalium collectione, ex Hormisda, ut hic. Ejusdem cap. 1. de despōnſ. impub. in eadem editione inscriptio est: Hormisda Eusebio Episcopo. Et in marg. c. 2. eod. tit. in 1. compil.

A Hunc virum plerique Zuritam Latine vocant. Sed ipse se Suritam vocavit in Indicibus & in epistola dedicatoria veterum scriptorum rerum Sicularum ad Antonium Augustinum. B.

non recte (a). C. Quinam hi Reges fuerunt Sisebutus, & Sisenandus? A. Hæc alio die accipies. Hoc tantum scire hodie potes, Sisebutum cœpisse anno secundo Heraclii Imp. & sub eo Hispanense concilium habitum anno Christi DCXIX. Sisenandum cœpisse anno DCXXXI. duobus Regibus interpositis Recaredo minore, & Suinthila, qui a concilio Toletano quarto, de quo agimus, damnatur. Id habitum est concilium anno tertio Sisenandi. Ex quo fit, ut cap. LVI. recte Sisebutus scribatur, at cap. LVIII. Sisenandus. C. Erat igitur tunc vivus Sisenandus, mortuus Sisebutus. A. Ita est. De Gelasii a verbis nunc agemus: *Ita nos Syllanorum cædes geminata Pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit.* Qui *Syllani Pontifices* fuerint, non inveni. Apud Iyonem b Carnotensem ita scriptum est: *Gelasius Majorico, & Joanni Episcopis: ita nos quidem Latinorum cædes geminata Pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit.* Apud Anselmum c Lucentem haec leguntur: *Gelasius Papa: Ita nos Scillacænorum sedes geminata Pontificum, horrendi sceleris atrocitate confundit.* In his verbis *sedes pro cædes* non recte est; at de voce *Scillacænorum* considerandum. Est enim urbis nomen *Scyllaceum*. Credo fuisse duos Episcopos ejus urbis occisos Gelasii temporibus [β]. Theodori Mopsuesteni in quinta synodo Theodoriti scripta contra Cyriulum Alexandrinum damnata sunt. Id Gregorius apud Gratianum distinet. XV. cap. II. d refert; sed non Theodoriti nomen editum est, sed Theodori. Videndum Gregorius lib. I. epist. XXIV. registri, & Gregorius VII. lib. VIII.

e Ivo p.
4. c. 117. de-
cret.
f Caesar.
lib. 1. c. 36.
g Tarrac.
lib. 1. c. 140.
h 11. q.
i 3. c. 69.
j Ivo p.
10. c. 48.
decree.
k Ivo c.
47. ead. par.
l 16. q.
1. cap. 49.
Postquam.
Cesar. lib. 7.
c. 35.
Na-

epist. I. registri; & Ivo e, & liber Cæsar August, f & Tarrac. g [γ]. Non omnium librorum erratum est, sed paucorum, quod ex Ecclesiastica historia Rufini lib. ult. cap. XVIII. sumitur h: *Cum apud Thessaloniam sedatio esset exorta &c. scribendum, Thessalonicam.* Et apud Iyonem i ex Paulino in vita B. Ambrosii: *Causa Thessalonensis civitatis non minima tribulatio successit Ambroso,* scribe, *Thessalonicensis.* Videndum idem Ivo k capite huic eidem proximo ex historia tripartita sumpto [δ]. Postremo l Gregorii verba sunt lib. II. epist. XXXV. ut Ant. Demochares notat, vel ut aliis placet, Joannis Diaconi in vita B. Gregorii lib. III. cap. XIV. qui refert Gregorii epistolam ad Joannem Episcopum Veliternum: *Ideoque fraternitati tuae curam, gubernationemque Treverensum Ecclesiæ prævidimus committendam.* Pro Treverensum, scribo. Trium tabernensum: quod recte apud Joan. Diacon. editum inveni. Etenim non longe fuerunt Tres tabernæ a Velitris urbe. Et sic Anselmus habet lib. V. cap. XXIV. quamvis liber Cæsaraugust. Gratiani scripturam confirmet (ε). Hæc in adversariis de Gratiani erratis ordine litterarum in propriis nominibus. B. Multo his plura colligere posse, si velles: & ut aliud ex alio, in Pontificum Romanorum nominibus maxime Gratianus aberrat, ut cum *Anicetus* ab eo appellatur *Anitus*, Miltiades *Melchiades*, Xystus *Sixtus*, Anteros *Anterus*, Callistus *Calixtus*, Cælestinus *Celestinus*, Hyginus *Higinus*, Zosimus *Sozimus* aut *Zozimus*, Zephyrinus *Zepherinus*. Ita etiam in nominibus conciliorum, cum *Nannetense* concilium vocat *Ananetense*, vel *Manetense*, vel

tur, in quo Theodorus personam &c. & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beatissimi Cyilli fides reprehenditur &c. *Male in causa uterque Theodorus dicitur.*

[δ] In Gregorianâ editione cap. 69. caus. 11. q. 3. *inscriptio, & initium est:* Item ex libro undecimo Ecclesiasticæ historiæ Rufini c. 18. „ *Cum apud Thessaloniam sedatione exorta &c.* “

(ε) Eodem in libro cap. 49. Postquam hostilis. 16. q. 1. *inscriptio est:* Idem (Gregorius) Joanni Episcopo Veliterno lib. 2. epist. 35. Et post alia: *Gubernationemque Trium Tabernensum Ecclesiæ prævidimus committendam &c.* Et in marg. Joan. Diaconus. 1. 3. c. 15. & 7. q. 1. Temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Polyc. l. 1. tit. 9. Et in notis: *TRIUM TABERNENSUM:* In vulgatis legebatur *TREVERENSUM.* Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Joanne Diacono. Nam ut is testatur, hæc epistola scripta est Joanni Episcopo Veliterno. Oppidum autem Trium tabernarum Velitris vicinum est.

(α) *Distinct. 45. cap. 5. De Judæis. in eodem libro ita inscribitur:* Unde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est. *In eodem ita legitur:* Sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti. *Et in marg. hæc sunt:* Burch. l. 4. c. 82. Ivo p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. Capitis 94. Plerique de consecr. dist. 4. *inscriptio est:* Item ex concilio Toletano 4. c. 58. *In eodem hæc verba sunt:* De quibus consultu piissimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemundi Regis &c. *Et in marg. Burch. l. 4. c. 85.* Ivo p. 1. c. 279. Pann. l. 1. c. 75. *Scribi debuit, Sisenandi pro Sisemundi.*

(β) *Inscriptio cap. 25.* Ita nos. 25. q. 2. *in libro Romano hæc est:* Unde Gelasius Papa scribit. *Et mox:* Ita nos Syllacænorum cædes Geminata Pontificum &c. *Et in marg. al. Squillatinorum. al. Syllanorum. & Polyc. l. 3. tit. 30.* Anselm. l. 6. cap. 148. Ivo p. 10. cap. 18.

[γ] *Distinct. 15. cap. 2. Sicut Sancti. in eodem libro ita scriptum est:* Quintus quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Iba dicitur, erroris plena reprobata.

Navatense; *Ancyratum* vocat *Anquiritanum*, vel *Ancyritanum*, vel *Anquirense*; Arausicanum *Aurasicensi*, Cabilonense *Bylonense*, Epaunense *Epanense*, Hispalense *Bispalense* vel *Spalense*, Matisconense *Maticense*, Vormaciense *Warmatiense*, A. Hi non Gratiani errores sunt, sed illorum temporum. Sic in conciliis edi solitum est: sic habent Burchardus, Ivo, & Anselmus, & ceteri collectores [x]. B. Habeo alia majora crimina, an errata dicam; quæ si pateris, in medium proferam. A. Hodie id fieri non sinam; cras ad clepsydram Gratianum accusare poteris,

DIALOGUS SEXTUS.

De Gratiani majoribus Erratis.

A. PERMITTITUR tibi B. in Gratianum dicere; sed ita, ut singulis criminibus probationes adferas, nisi res probatione non indigeat. B. Conditionem accipio. Ea enim adferam, quæ nemo negaverit. Et principio de *Anastasio secundo* videamus, quem ait ab Ecclesia Romana repudiatus, & a Deo fuisse percutsum. Hæc Gratianus *distinct.* XIX. *extrema* a, & *causa prima* cap. XCVI. b A.

a. *Dist. 19.*
c. 8. *Secundum in fine.*
b. 1. q. 1.
c. 96. *Di-*
ctum. §.
Quod vero.

Dixisse fateor Gratianum, sed non solum. Idem enim adfert Pontificalis verba c, quæ etiam Ivo d, & liber Casaraugustanus e & tuus Tarragonensis f. B. Majus crimen falsi intenditur, cum verba Pontificalis corruptis. Ea enim Ivo Carnotensis, & liber Casaraugustanus referunt in hunc modum: *Et quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit, quia divino nutu percussus est Acacius.* Gratianus voce *Acacius* deleta, & alia voce *quia*, ita scripsit: *Et quia occulte voluit revocare Acacium, & non potuit, divino nutu percussus est.* A. Deletum id a Gratiano probare debes. B. Non refert ea verba. A. Ita fortasse in suis libris legerat. Unde quod ad *Acacium* erat referendum, ad *Anastasium* retulit. Sed & non in omnibus libris ea vox *Acacius* legitur. B. Deceptum esse Gratianum fateris; non persequar hæc latius, cum id satis acerbe Albertus Pighius, & alii prosequantur. A. Modestiam in eis requiro a, sed causæ suæ inserviunt. Mihi hoc verum videtur, *Acacium* fuisse divino nutu percutsum, *Anastasium* ei numquam communicasse. Quod si suspicione suorum effugere non potuit, non id nocet aliis, qui culpa carent (β). B. Aliud adferam crimen, quod adver-

c. c. 9. ead.
distinct. A-
naftasius.
d Ivo p.
14. c. 40.
decret.
e Caslib.
14. c. 43.
f Tarrac.
lib. 1. c. 70.

[x] *Nomina propria melius edita sunt in Gregoriana editione, quam in ceteris. Erratum tamen est in his: Zozimus pro Zosimo, Melchiades pro Miltiade, Hostiensis pro Ostiensi, Calixtus pro Callisto, Iginus pro Hygino, Sixtus pro Xysto, Bracharenensis pro Bracarense, Zepherinus pro Zephyrino, Thelephorus pro Telesphoro.*

(β) *Distinct.* 19. cap. 8. Secundum ecclesiæ extremitatem. In libro Romano hæc verba sunt: Ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percutitus legitur fuisse hoc modo. Cap. 9. Anastasius secundus natione Romanus &c. & quia voluit occulte revocare Acacium, & non potuit, nutu divino percutitus est. Et in margine: Ex libro [ut in corpore conciliorum citatur] Pontificali. Ivo p. 14. c. 40. Et in notis: Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis aliis argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius [sic] fuscus Nicéphorus lib. 16. c. 12. & Evagrius lib. 3. c. 18. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliog-

thecarius in chronologia testantur] tempore Felicis III. obiit, cui succedit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & cap. I. ad Anast. Imp. Acacium mortuum jam, & ante judicem Christum una cum Felice adflare scripsit, ut Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24. q. 2. c. NEC QUISQUAM. Quomodo ergo potuit Anastasius de eo revocando tractare, qui jam obierat? Qui casus scripsit, satisfacere videtur, ita scribens: Occulte voluit revocare Acacium defunctum in hæresi, ut orationes pro eo in ecclesia fierent: & ideo multi clerici recesserunt ab obedientia ejus, & lepra percutitus est. *Gratiani etiam opinio improbatur in notis cap. 7.* Ita dominus. ejusdem *distinct.* §. Hoc autem. verba Gratiani sunt: Anastasius autem secundus favore Anastasii Imp. quos Acacius post sententiam in se prolatam faceret, vel levitas ordinarerat, rite fungi acceptis officiis debere decrevit, ita inquiens. In notis hæc sunt: Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite

A dictum adversus Albertum Pighium & alios illorum temporum assertores & vindices effusissimæ protestatis Romani Pontificis. Sic Covarruvias lib. 4. variar. resolut. cap. 13. notat eundem Pighium lib. 4. de eccles. hierarch. cap. 8. multam ex ea occasione adversus Gratianum candescere in iram, pio quidem animo, inquit, & ferventissimo in apostolica sedis majestate zelo, quippe qui omni conatu contendat Summos Pontifices, qui post Petrum sedem illam obtinuere, a labe heresis prorsus immunes fuisse. Itaque & Augustinus & Covarruvias damnant nimium Alberti Pighii zelum. Gaudeo vero idem eos dicere, quos veri inquirendi studium conjunxit & amicitia non vulgaris, ut ipsa Augustini verba ponamus ex dialogo quinto libri prioris pag. 68. B. (6).

[6] Satis in Nota (5) praecedenti de Romani Pontificis auctoritate ex Gersonio dictum est. W.

a. Dist. 56. c. 1. q. 2.
adversus Romanos Pontifices. His verbis uti-
tur *distinct.* LVI. post. cap. I. a. Exemplis, &
auctoritatibus non solum sacerdotes, sed et-
iam summi sacerdotes fieri possunt. Loquitur
autem de filiis presbyterorum A. Mox addit:
*Unde Damasus Papa scribit Hieronymo pres-
bytero. Osius Papa fuit filius Stephani sub-
diaconi, Bonifacius Papa Jucundi presbyteri
&c.* Mox alios enumerat, qui longe post Da-
masi, & Hieronymi tempora fuerunt. Cur
vero Osium ante alios numeraverit, & eum
subdiaconi filium dixerit, cum de presbytero-
rum filiis agatur, querendum. A. Si in eo cri-
men versatur, quod dixerit, fuisse aliquos
summos sacerdotes filios presbyterorum: dixit
hoc Ivo in præfatione excerptiorum his ver-
bis: *Et ita genitos ex presbyteris non solum
ad presbyteratum, sed etiam ad summum
sacerdotium promoveri permiserunt. Et ut
de nostris temporibus taceamus, sicut legitur
in gestis Romanorum Pontificum, Felix ter-
tius &c.* Et in Panormia ex libro Pontifica-
tus, vel potius Pontificali, ut in veteri b li-
bro est, eadem referuntur. *Felix tertius &c.*
Sed & in ipso libro Pontificali, qui exstat, post
Damas collectionem de vitis Pontificum, se-
quuntur aliorum vitae. In singulis nomina pa-

rentum adscribuntur. Unde credendum est ali-
quem confecisse verba ab Ivone, & Gratiano
relata. B. Cur ergo Damaso tribuit Gratianus,
quaे aliorum sunt? A. Id non Gratiani,
sed Paleæ erratum esse suspicor, cuius nomen
edidit Demochares. Aut si Gratianus id scri-
psit, ex titulo libri Pontificalis Damasi dece-
ptus est. B. Cupio scire a te, unde Paleæ
verborum initium sumas. A. Aut ab illis ver-
bis, *Unde Damasus;* aut ab illis, *Osius Pa-
pa.* B. Finem verborum Paleæ quemnam fa-
cis? A. In illis verbis, *filius Jucundi presby-
teri.* Ute ea, quaे sequuntur, *Felix enim ter-
tius,* sunt Gratiani, vel Pontificalis libri ab
eo relati. C. Cur non totum illud caput, *O-
sius &c.* Paleæ adscribis? A. Quia video eum
proposuisse exemplis ostensurum, aliquos sum-
mos sacerdotes fuisse. Huc accedit, quod Ivo
de Felice tertio, & aliis ex libro eodem Pon-
tificali, sive ex gestis Romanorum Pontificum
idem affirmat comprobari. B. De *Osa* nihil
dixisti. A. Fateor, me nihil habere, quod di-
cam. Tantum scio, multos Episcopos olim
Papas fuisse dictos. Et *Osius* Cordubensis no-
men celebre est tam in concilio Niceno, quam
in Sardicensi. Subdiaconi filium fuisse ignoro
[a]. B. Quando te patronum habet Gratia-
nus;

decrevit. Pro c. Anastasius. videtur scriben-
dum c. Ita dominus.

(a) *Distinct. 56. cap. 1. Extremum. in Ro-
mano libro ita editum est:* non solum sacer-
dotes, sed etiam summi sacerdotes fieri pos-
sunt. [*Unde Damasus Papa scribit*] Palea.
*Osius Papa fuit filius Stephani Subdiaconi,
Bonifacius &c. Silverius Papa filius Silverii
Episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Ste-
phani subdiaconi. Felix enim tertius natione
Romanus &c.* Et in margine initio cap. 2.
est: In Pontificali. Et prope vocem Silverii
est: al. Hormisdæ. Et Ivo in prologo. Pann.
in prol. c. trigesimo & lib. 3. c. 52. Et in
notis hæc sunt: In nullo vetusto Gratiani ca-
dice ascribitur h̄c nomen Paleæ. In decimo
Vaticano & aliis quibusdam habetur conju-
ncte cum verbis superioribus Gratiani a vers.
FELIX ENIM TERTIUS, usque ad finem. In
alio autem satis etiam emendato ista ea-
dem cohærent cum superioribus, sed post illa
verba „ ex patre Gordiano presbytero origi-
„ nem duxit „, sequitur: „ unde Damasus
„ Papa scribit: Deusdedit Papa &c. Bonifacius
„ Papa & Felix Papa &c. Agapitus Papa
„ &c. Theodorus Papa &c. Silverius Papa fi-
„ lius Hormisdæ Episcopi Romæ. Complu-
„ res etiam &c. „ Nec vero magnopere mi-
ran-

rite fungi acceptis officiis potuisse. Hoc enim
dumtaxat, inquit in capite seq. firmam esse
Sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod
verissimum est, sicut & alia omnes sententiae,
quas in ea epist. ex B. August. Anastasius
acepit, verae sunt. Habetur autem hæc ea-
dem Anastasii Papæ II. epistola in corpore
canonum; quod Romana Ecclesia semper ap-
probavit, ut infra dist. 20. c. DE LIBELLIS,
est adnotatum. Itaque sine causa reprehendi-
tur hoc loco Anastasius a Gratiano. Capite
quoque 96. Dictum est. 1. q. 1. verba Gratiani
sunt: Quod vero per haereticos sacramenta
dignitatis ministrata dicuntur carere effectu,
improbatur auctoritate Anastasii Papæ, qui
ordinationem Acacii &c. Sed hoc eum illi-
cite, & non canonice, immo contra decreta
suorum predecessorum fecisse, probant Fe-
lix, & Gelasius &c. Unde etiam ab Ecclesia
Romana repudiatur: & a Deo fuisse percus-
sus legitimus in gestis Romanorum Pontificum,
hoc modo. [*Anastasius II. natione Romanus
&c.*] Requirere retro in tractatu decretalium
epistolarum. In margine est: supr. distinct. 19.
In notis hæc sunt, SED HOC EUM. Supra
distinct. 19. c. ANASTASIUS. ostensum est im-
merito reprehensum esse Anastasium, & ve-
rissima esse, quaे ipse de Acacio scripsit, &

A Ex eo patet in primitiva Ecclesia Clericis non fuisse prohibitum matrimonium. Quod late, alios ut
taceam, per omnia saecula probat Clariß. Georg. Calixtus in tract. acto de Conjug. Clericor. quem vide.
M. (7).

(7) De Conjugio, & Cœlibatu Clericorum in
primitiva Ecclesia videatur Nota [a] ad Caput 7. li-

bri 4. Duarenii de Ecclesiast. Minist., & Benefic. Edit.
Lucanæ Tomo 4. W.

nus; tuas adferam reprehensiones. Apud Gratianum ex Theodosianis legibus verba referri

a. Paul. lib. 5. sent. 35. 36. & ejus interpretis Aniani. Gratianus caussa secunda quæstione VI. capite XXII. & alius quinque capitibus b cum ignoraret, quæ Pauli essent, quæque interpretis, omnia confessit. A. Sumpsit hæc Gratianus non ex ipsis fontibus, sed ex Iwonis panormia, aut ex decretis, sive excerptis ejusdem. In panormia ita

c. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 3. 4. 5. 6. 7. p. 5. c. 281. 282. 283. 284. 285. scriptum est c : Excepta de legibus Theodosianis, quas interpretatur Paulus: propter superfluum &c. In Theodosianis legibus cap. XXXVI. Ab eo &c. Sic etiam in decretis, paucis exceptis. B. Qui fieri potest, ut Theodosianas leges interpretaretur Paulus, qui sub Alexandro, & Gordiano vixit? A. Nulla ratione fieri potuit. Sed existimo, Theodosianas leges dictas esse eum librum, Alarici tempore conscriptum, quod etiam Contius notat, in quo ex Theodosiano Codice, & Novellis, & ex Caii institutionibus & Pauli sententiis excerpta sunt multa. Sic melius est Gratianus;

randum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim, qui Pontificalis dicitur, ubi hæc scripta suis locis leguntur, a Damaso cœptus est scribi. Ideoque licet ab aliis multa deinde sint addita, retinuit tamen primum auctoris nomen. Ivo quidem eadem fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam hujus capituli, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo hujus distinctionis. Auctor vero Paleæ, dum unum per se caput confidere voluit, ordinem perturbavit, præterim in repetitione Felicis tertii, & illud de Osiō temere adjunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit. In scholiis additum est: Osius, alias Orosius: Ego scriberem Deuidedit: Item enim de utroque dicitur. Illa verba, Felix enim &c. usque ad finem erant alii litteris scribenda, ut Gratiani verba scribi solent.

(α) Quod caussa 2. q. 6. c. 22. Propter superfluum. & alius inscribitur ex Theodosianis legibus in Romana editione ita scriptum est: Unde in Theodosianis legibus sic statutum invenitur. Et in margine: In sententiis Julii Pauli cum interpret. Aniani lib. 5. tit. 33. c. 1. Ivo p. 5. c. 281. Pann. l. 4. c. 127. Et in notis: Hoc & quattuor sequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodosianis, habentur lib. 5. sententiæ Julii Pauli, cum interpretatione. Ex quo appareat Gratianus etiam tempore has sententiæ conjunctas fuisse cum Codice Theodosiano, seu Breviario Alarici. Alaricus autem in præfatione profiteretur se volumen illud non ex solo Theodosiano Codice, sed ex variis libris collegisse, &

nus locutus, quam Ivo Carnotensis [α]. B. Similis error est caussa XXXV. quæstione V. extrema d. Enumerantur gradus adgnatorum, & cognatorum totidem verbis, quot Paulus utitur lib. IV. sententiæ. Sed & interpretis Aniani verba referuntur mixta Pauli verbis, & inscriptio est: Item Isidorus. A. Si credis Demochari, Isidorus eadem e scriptis lib. IX. cap. V. etymolog. Si vis antiquiorum scriptorem, Burchardus lib. VII. cap. XXVIII. ex Isidoro de septem gradibus consanguinitatis. Idem Ivo in panormia. At in excerptis, sic ait: Hæc capitula de septem gradibus consanguinitatis, s. Isidorus diligent inquisitione descripsit, & in figura apertius depicta ordinavit. cap. I. de septem gradibus consanguinitatis. In margine Iwonis adscriptus est locus Isidori in etymologiis a Demochare notatus. B. Quid si Isidorus a Paulo si fatetur, sumpsit: si negat, surripuit? A. Id minime dubium est, non a Paulo solum, sed ab ejus interprete sumpta omnia esse. B. Habeo, quod volebam (β). Venio nunc ad

d 35. q. 5.
c. 6. Primo
gradu, Vid.
infra l. 2.
dialogo 10.

e Ivo lib.
7. tit. 12. c.
in. panorm.
& p. 9. c.
64. decr.

in legum collectione, atque interpretatione, Episcoporum præcipue opera usum fuisse. Capite 23. Habita. In margine: est: D. si quis caut. l. 1. Et in notis: Caput hoc abest a vetustioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Ivone, & Pannormia. In uno autem Gratiani valde emendato est in margine superioris capituli tanquam glossa quædam. Inscriptio cap. 24. Ab eo. est: Item ibidem tit. 34. Et in margine: Ivo p. 5. c. 282. Pann. l. 4. c. 128. Et vers. Ista jam. est in margine: Sunt verba interpretis. Inscriptio cap. 25. Quicunque. est: Item ibidem tit. 35. c. 2. Et in margine: Ex interpretatione. Ivo p. 1. (scribe 5.) c. 283. Pann. l. 4. c. 129. Inscriptio cap. 26. Quoties. est: Item ibidem tit. 36. c. 1. Et in margine: Ex interpretatione. Ivo p. 5. c. 284. Pann. l. 4. c. 130. Et vers. Si propter. est in margine: Ex Paulo ibidem. Inscriptio c. 27. Omnino. est: Item ibidem tit. 37. c. 1. Et in margine: Ivo. p. 5. c. 285. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo. Et in notis hæc sunt: OMNINO PUNIENDUS. In sententiis Pauli legitur: OMNIMODO PROBANDUM EST &c. Sed quia est initium capituli, & de hujusmodi punitione multa sunt a Doctoribus annotata, non est mutatum. Tantummodo duetus orationis est emendatus, addita particula ut.

[β] Capitis sexti, Primo gradu. 35. q. 5. in libro Romano inscriptio est: Item Isidorus. Et in margine: Isid. l. 9. c. 5. In sententiis Julii Pauli lib. 4. tit. 11. de gradibus, Hugo de S. Viet. par. 11. l. 2. c. 14. Burch. l. 7. c. 28. Ivo par. 9. c. 64. Pann. l. 7. c. 89. Et vers. Illæ personæ. in margine: Anianus interpres Pauli. Et postea in notis est: Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro sentent. Pauli, ad ditis

<sup>a 12. q.
1. c. 15. Fu-
turam.</sup> ad Miltiadis verba, quem, ut heri diximus, Melchiadem appellat. Fuit autem is, ut nosti, Eusebii successor, Silvestro vero prior. Gratianus *caussa XII. cap. XV.* a multa verba ei adscripsit, ex quibus eum posteriorem Silvestro facere videtur. *Romani*, inquit, *Principes*, qui totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licentiam &c. Nonne videtur hic longe ab illis temporibus abesse tum dicendi in elegantia, tum his verbis, quibus appareat, alios fuisse Principes Christianos, qui tum monarchiam tenebant, e quibus Constantinus primus fuit? Quid? quod de baptismo Constantini loquitur ante Silvestri tempora? Sed & Nicæni concilii facit mentionem, quod XX. anno imperii habitum est sub Silvestro, ut omnes scribunt, paucis exceptis, qui sub Julio habitum esse dixerunt. Nam venisse Rot. III.

^{l. 9. c. 5.} ditis non uno in loco verbis Aniani interpres. Pleraque tamen habentur etiam apud Isid.

[α] *Inscriptio cap. 15. Futuram. 12. q. 1. in eodem libro hæc est*: Item Melchiades Papa. In margine hæc sunt: Polyc. l. 1. tit. 19. Burch. l. 3. c. 2. & 5. Ivo p. 3. c. 4. & 7. Pann. l. 2. c. 3. Et in notis: Ceteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse recte animadvertisse aucto glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicæna synodi: quo tempore (ut ex ipsa synodo, Eusebio, & ceteris historicis appetet) jam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiva ecclesia, & munificentia Constantini: quod in collectione Isidori Lutetiae bis impressa sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum supra distin-^{ct.} 88. ad c. DECREVIT. adnotatum est. In Scholiis, sive glossis: MELCHIADES: Falsus est titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Silvestrum, & ejus tempore est Constantinus conversus. 96. distinc*t.* in illa Palea Constantinus. In contextu hæc sunt: ut non solum Gentes, sed etiam Romani Principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissi-

mam Miltiadis temporibus Constantium, ex Augustino, & Optato, & Eusebio elici potest. Multi Silvestri temporibus id actum scribunt. Sed hæc verba quis ferat? A Idem vero Imp. præsidens sanctæ synodo, quæ apud Nicænam congregata est &c. Sic enim malo, quam Nicenam legere. A. Non primus Miltiadi Gratianus illa, quæ dicis, adscripsit: sed ante eum Burchardus libro tertio b, & Ivo c, & alii d, ex decretis Melchiadis Papæ cap. IIX. X. & XII. In conciliis sine nomine scriptoris hæc leguntur ante donationem Constantini hoc titulo: De primitiva ecclesia, & synodo Nicæna. Miltiadis esse non credo (α). B. De donatione Constantini b Gratianum e non reprehendo; habet enim Paleæ nomen adscriptum: & eam defendes Græcis verbis Balsamonis ad Phocium tit. IIX. cap. I. & Ivone f, atque Anselmo g, & aliis h collectoribus [β]. De Eusebii verbis videamus i: *Crucis Domini Nostrí Jesu*

F Chri-

mus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit &c. Idem vero præsidens in sancta synodo, quæ apud Nicænam congregata est &c.

[β] *Distinct. 96. cap. 13. & 14. Constantinus in eodem libro tantum hoc nomen Palea inscriptum est. Et in margine cap. 13. hæc sunt: Ans. t. 4. (pro l. 4.) c. 32. Deus dedit l. 4. c. 1. Et in notis: Apud Anselmum libro quarto pro rubrica capituli 32. hæc habentur: „Quod Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus“.* In principio vero ejusdem capituli 32. hæc leguntur: In gestis B. Silvestri, &c. usque ad finem hujus, & seq. Paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit. Et in margine capituli 14. hæc sunt: In edicto Constantini, quod est post concil. Neocæsar. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibid. Et in vers. Beato Silvestro. est in margine: Ivo p. 5. c. 49. Pao (pro Panno). l. 4. c. 1. Et in notis hæc sunt: Hæc Palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ Paleæ esse non solent. CONSTANTINUS: Verba hæc usque ad ver. IN EO PRIVILEGIO. non solum habentur apud Anselmum & Deusdedit, sed etiam in

A Fert cum reverentia veræ antiquitatis, qui ex ea novit, id juris & moris fuisse primis temporibus, cum ad Christianam religionem conversi essent Imperatores. Quod vel unus sufficienter evicit Mornæus in Mysterio iniquitatis, ut alios fileam. M. (8).

B Hanc universa ejurat historia, &c. usque ad judices regem. Verba sunt Nobiliss. Mornæi in Mysterio Iniquitat. pag. 17. & 18. edit. Gorickemens. M.

(8) Id Juris, & moris fuisse prioribus Ecclesiæ temporibus, cum ad Christianam religionem conversi essent Imperatores, ut ipsi Christiani Principes Concilis per se, vel suos Judices præsiderent, ut in eis omnia rite, ordine, atque secundum præscriptas regulas agerentur, & ne quid turbarum a quoquam ederetur, aut vis aliquam inferretur, omnes pene Catholicæ tradunt, &

ipse etiam Justinus Febronius in suo libro singulari de Statu Ecclesiæ Cap. 5. §. 4. num. 3. confiteretur; qui ulterius subiungit ibi Cap. 6. §. 4. Jus præsidendi Conciliorum, ut Caput Ecclesiæ universalis soli Romano Pontifici competere. Videatur Nota (d) ad Cap. II. Libri I. Duarenii de Eccles. Minist., & Benef. Edition. Lucanæ Tom. 4. W.

b Burch.
lib. 3. c. 2. 4.
c 5.
c Ivo lib.
2. tit. 1. c. 2.
c 3. panorm.
c p. 3. c. 4.
6. & 7. decr.
d Cæsar.
lib. 7. cap.
58.
e Dist. 96.
c. 13. & 14.
Constantinus.
f Ivo lib.
4. c. 1. pa-
norm. & p.
5. c. 49. decr.
g Ansel. lib.
4. c. 33.
h Deus-
ded. c. 4. Cæ-
sar augst.
lib. 2. c. 72.
Tarrac. lib.
6. c. 33.
i De con-
fecr. d. 3. c.
19. Crucis.

Christi, quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus V. Nonas Maii inventa est, in prædicto Kalendar die inventionis festum vobis solemniter celebrare mandamus. Placeret ne tibi Kalendar appellatione etiam diem V. Nonas venire? A. Mihi quidem non placet. B. Jam hoc quo pacto defendes, ante Miltiadem, & Silvestrum crucem Domini inventam esse sub Eusebio Pontifice? A. Gratianum excusare possum, qui viderit, aut videre potuerit Eusebii Papæ epistulam tertiam, & Damalum in Eusebii vita, & Iwonem parte IV. c. III. excerpti, & librum Tarragon. a tuum. B. At historici b post concilium Nicenum iter Helenæ, matris Constantini, Hierosolymam conscribunt, & maxima hominum frequentia dedicatum esse templum, illic etiam convenisse Arianos Episcopos narrant. Si his credere nolis; in vita Silvestri Pontificis, & Helenæ dicitur, matrem post filii baptismum cum Judæis aduersus Silvestrum Romanum venisse; & non ante credidisse, quam Judæi a Silvestro vici fuissent. A. Video difficultatem; & quæ ita contraria sunt, non facile in concordiam ducentur. Aut dicendum est, mendum esse in illa Eusebii epistula, & Damasi scriptis; aut si illa recipimus, cætera con-

a Tarrac.
l. 4. c. 55.
b Vid.
Euseb. apud
Runn. lib.
10. c. 7. c.
c. 11.

temnamus oportet (2). Sed tu alia Gratiani errata propone. B. Non ego solus sum, sed a tota veterum schola Gratianus reprehenditur; quod Gregorii tertii verba ad Bonifacium Legatum Germaniæ c ad Angelorum indulgentiam retulerit a B. Gregorio concepsam. A. Legantur Gratiani verba. C. Illud vero Gregorii ad Bonifacium Anglicis pro tempore permisum est, quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione conjugia contrahi permisit. A. Iwonis d & Gratiani, & libri Cæsaraugustani e inscriptione illorum verborum ad Bonifacium quænam est? C. *Gregorius Junior Bonifacio Episcopo, apud omnes*. Additum tamen est a Demochare in margine: *Gregorius III.* ut etiam ab eo, qui Excerptiones Iwonis edidit. A. Eggo eadem verba in Coloniensibus conciliorum editionibus inveni. B. Gregorio adscripta in epistola ad Augustinum, & Gregorio tertio ad Bonifacium. Sic facile excusari posset Gratianus, nisi addidisset illa (*ad Bonifacium*). Nunc tantum dicam, in voce *Anglicis* esse erratum. Fuit autem Bonifacius ex Anglicis, quorum origo ex Saxonia Germanorum regione fuit; hi in Britanniam insulam migrarunt, ut Beda refert (3). B. Jam vero illud propono, *apocryphis a scripturis*,

c. 32. q.
7. c. Quod
proposuisti.
18. c. 24.
Si quis, §.
Illud,
d Ivo lib.
6. tit. 10. c.
1. pann.
e p. 8. c.
78. decr.
e Cef. lib.
10. c. 94.

in gestis B. Silvestri, in his, quæ a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur. UTILE. Hinc usque ad finem sumpta sunt ex gestis, seu actis S. Silvestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus est: *PRIVILEGIUM S. R. E. &c.* De quo item privilegio Leo Nonus in epist. 1, sive libello aduersus inauditas præsumptiones Mich. CP. & Leonis Acriani Episcorum c. 13. „Pauca ex „privilegio &c. “ De iisdem gestis, sive aëtis Gelasius in concilio LXX. Episcorum (& refertur supr. dist. 15. c. SANCTA ROMANA) sic loquitur, ut ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Uluardi in festo S. Silvestri legitur, cujus actus clari habentur. Inveniuntur vero etiam hodie pervertissim litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulæ: quorum interpres in proemio hæc ait: „Historiographus noster „Eusebius Cæsarez Palæstinæ urbis Episcopus „&c. Sanctum Silvestrum me de Graco in „Latinum transferre præcepisti &c. “ Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus & codicibus, in quibus sanctorum vitae sunt descriptæ, in vita B. Silvestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri, & Pauli

spectat) refert Hadrianus Papa in epist. Constantino Imp. & matri Irenæ scripta, quæ in 2. actione septimæ universalis synodi habetur. Ipsum autem privilegium fere integrum refert Leo Nothus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photii nomocanon tit. 9. c. 1. quamquam aliis in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ Ecclesiæ non satis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarunt Ansel. Deusdedit. Ivo locis notatis. Quo ea pertinent, quæ Pet. Damianus in disceptatione synodali inter regium advocationem, & Romanæ Ecclesiæ defensorem scripsit: *LEGE*, inquit, *CONSTANTINI IMP. EDICTUM*, &c. De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario aëtatis sextæ, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis part. 6. c. 2. addi debuit. *Nicol. 3. in c. 17. Fundamenta de elect. lib. 6.*

(2) *De consecrat. distinct. 3. cap. 19. Crucis domini. in eadem editione inscriptione est:* Item Eusebius Papa epist. 3. *Et in margine* Ivo part. 4. c. 5.

(3) *Capitis 18. Quod proposuisti, caus.* 32. quæst. 7. *in Romana editione inscriptione hæc est:* Item Gregorius tertius Bonifacio Episcopo epist. 4. *In margine est:* Ivo p. 8. c. 78. Pann. l. 6. c. 112. *Et in notis:* Epistola, ex qua capitulum hoc acceptum est, impressa extat tomo 3. conciliorum, & manu scri-

A De his, si Deus vitam & otium prorogaverit, dicturus sim in *Apocryphis ad cap. Sancta Romana. Distinct. 15. M.*